This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

6000111811

28.

225.

LAPIS BONNENSIS n: 101.

Paris 1829

SYLLOGE

EPIGRAMMATUM GRAECORUM

EX

MARMORIBUS ET LIBRIS COLLEGIT ET ILLUSTRAVIT

FRIDERICUS THEOPHILUS WELCKER.

EDITIO ALTERA RECOGNITA ET AUCTA.

ADIECTA EST TABULA LITHOGRAPHICA.

BONNAE.

IMPENSIS AD. MARCUS.

1828.

225.

BIBLIOTHECA · BODLEIANA ·
DOMINUS ILLUMINATIO MEA

EPISTOLA

AD

FRIDERICUM JACOBSIUM

VIRUM CLARISSIMUM

DE ANTHOLOGIA GRAECA ET LITTERIS OMNINO GRAECIS IMMORTALITER MERITUM.

limus, campum, cognitione instructum? Et epigrammata quidem Graeca tractans, quisquis sit, ad quem prius dirigat animum, quam ad Te, quo neminem huic generi post renatas litteras intentiorem et diuturniorem adhibuisse curam, operam magis conducibilem et fructuosam, inter omnes constet? Me vero hoc quidquid est epigraphici operis ad te afferre tanquam appendiculam ad largam Tuam Epigrammatum Appendicem applicandam, Tibi dicare et in Tuo quasi nomine edere eo etiam par est, quod Tuo exemplo, quum in ultimo Anthologiae Palatinae volumine occupatum Te ex litteris cognovissem, primum excitatus sum, ut dispersa epigrammata circumspicerem et indagarem. Quamvis enim inscriptiones veteres ubicumque occasio ipsa marmora videndi data fuisset, quorum adspectus rerum exhibitarum momenta mirifice augere solet, cupide consideraveram, neque editas, his semel deliciis captus, prorsus neglexeram, at egeram hoc tamen quasi in transcursu et magis animi causa quam seria opera et continua. Tum vero et libris multis evolutis et schedis excussis, quae nondum a Te occupata videbam, misi epigrammata, quae Tu Addendis inseruisti. Postea nova identidem accesserunt, et quum a. 1819 forte ac subito negotium imponeretur, ut prima, quae Rhenana Academia celebravit, sollemnia academico more indicerem, promsi quantum aderat in pub-

licos usus. Quo fecerim consilio, qua ratione, praesertim quum non mutaverim, iisdem, quibus olim, verbis declaro. Dixi igitur, quod Tu, Jacobsi, Brunckii secutus exemplum, epigrammata ex libris et marmoribus collecta utrisque Tuis, quibus aeternum de Anthologia Graeca promeritus sis, editionibus, corollarii loco, subjunxeris, gratiam habere et semper habituros esse omnes Graecarum litterarum studiosos, tum quia multa sint inter ea sensuum atque dictionis nativa venustate et grata simplicitate insignia, quae in libris minus vulgaribus, non ad litterarum Graecarum, sed ad reconditiorem antiquitatis scientiam pertinentibus delitentia, multorum poeseos Graecae condorum promorum vel ex doctissimis notitiam fugere potuissent, tum quia variis hujus generis reliquiis in unum collatis et cumulatis facilius, quam late patuerit inter Graecos sermonis poetici et metrorum peritia quaedam et usus, quatenus scilicet ex lapidariae Musae fetibus hoc aestimetur, censeri atque computari possit. Quare operae pretium visum esse, si quae epigrammata vel dudum edita a Te et Brunckio praetermissa, vel nuperrime in itinerariis vel ubiubi in lucem protracta reperissem, ea ut in fasciculos subinde constricta ad largas messes Vestras apponerem; non quo curiose omnia excuterem, docteque et copiose illustrando absolverem, sed ne nimium quantum dispersa diutius a multis ignorari paterer. Ne-

que soli Anthologiae editores, ipsorum ejus conditorum hac in re similes, epigrammata ex marmoribus vel libris epigraphicis conquisivere, sed fuerunt et alii, qui de carminibus ex inscriptionum farragine seligendis et ad poeseos thesauros transferendis cogitarunt. Scipioni Maffejo, egregio viro, in universali, quod parabat, Latinarum veterum et Graecarum inscriptionum Corpore epigrammata versibus concepta, a reliquis sejuncta, *in poesis gratiam*, ut ipsius utar verbis in Sigl. lapid. p. 128. 132, in unum colligere et consociare propositum fuit: quo motum suspicor Bonadam, hominem nec ingenio nec litteris instructum, ut ederet *Anthologiam sive collectionem omnium veterum inscriptionum poeticarum tam Graecarum quam Latinarum in antiquis lapidibus sculptarum in decem classes distributam* 1751. Mihi collectio rectius in tres classes distribui posse videtur, titulos ἀναθηματικούς, qui statuis, aris, donariis insculpti fuerunt, *sepulcrales* et *mistos*, ita quidem, ut classes in capita quaedam dividantur, prima igitur ut secundum certum personarum et rerum, deorum et heroum, magistratuum et privatorum, civitatum etiam ordinem, sepulcrales ut in publicos et privatos dispertiantur, et illa quidem ad civitatis, haec ad domus et familiae et totius vitae humanae imaginem quandam rite adumbratam commode ac solerter disponantur, temporis simul ubique, quantum fieri liceat, ratione ha-

bita. Tertia, quam dixi, classis reliquos omnes titulos carmine decurrentes continebit, numero pauciores, quorum varius fuit usus, quum Graeci etiam significationes variarum rerum et indicia, nuntios, monita, denunciationes, sententias, dicteria versus aliquo ornatu instructa in locis publicis inscribere soliti sint. In ejusmodi autem opere conficiendo facile apparebit epigrammata etiam omnia, quae ab antiquis ex marmore et aere descripta vel testium fide vel argumento ipso constet, simul ad censum vocari et magno cum fructu ad utrorumque intelligentiam et ad facilius pleniusque ex cunctis vel rem antiquariam, vel poetarum morem, consensum et varietatem cognoscendam ex Anthologiae sectione sexta et septima, ubi diversae indolis plurima iis immista sunt, et ex reliquis, quo istius generis quaedam aberrarunt, traducta, suo quodque loco inseri posse. Dorvillium quaenam ad novam Epigrammatum tum ex saxis tum ex codicibus editionem praeparantem mors occupaverit, quod factum est duo annos post Bonadae editum librum, Burmannus in praefatione Anthologiae Latinae p. VII refert. Viscontius, Astorgio narrante in Epistola in Anthol. Bosch. Vol. V p. XXXVII, fuit quum ineditorum Epigrammatum syllogen e lapidibus concinnare in mente haberet, quam Hieronymo de Bosch edendam traditurus erat.

In altera hac editione ut quinam ex priore

repetiti tituli sint in oculos incurreret, eorum numeros novis, qui nunc impositi sunt, uncinis inclusos adjeci. Feci etiam ideo, quod illis partim contigit, ut animadversionibus meis suas viri quidam eruditissimi adderent. Nam non diu post quam specimen prius edideram a. 1819, *Fridericus Graefe*, Vir Graece doctissimus et de epigrammatica poesi jam antehac egregie meritus, simili instituto, *Inscriptiones Graecas ex antiquis monumentis et libris editis depromptas restituit et explicavit* in Dissertationibus duabus lectis in consessibus Academiae Petropolitanae mense Martio et Octobre a. 1821 et mox impressis in Actis Academiae T. VIII, 1822 p. 629 — 708. In quo opere plura epigrammata in illo specimine exhibita denuo tractavit et pluribus locis felicissime restituit, quae nunc leguntur n. 11. 36. 39. 52. 74; simulque alia, quae a me in altero fasciculo eodem anno 1822 edito, antequam vel Graefii commentatio in meas manus venerat vel alter libellus meus ad Graefium allatus fuerat, edita sunt, n. 6. 28. 32. 36. Utroque autem programmate perlecto *Niebuhrius*, quo est quorumcunque utriusque linguae monumentorum juvandi studium prompto animo, observationum suarum copiam ultro mihi fecit humanissime, quem erga opellam meam favorem et ipse libentissime acceptum retuli, et multi litteratorum hominum, qui rebus faveant, de quibus agitur, praedicabunt. *Boeckhio*, quan-

tum tota haec Sylloge debeat, quaevis fere pagina loquitur: qui non in excusis tantum ad emendationem et explicationem plurimum contribuerit, sed per litteras etiam et lectiones et tota epigrammata quaedam mecum communicaverit. Idem, pro amicitia sua, quum jam inibi esset, ut liber typographo traderetur, tertii fasciculi majorem partem antequam absolutus et vulgatus esset ad me misit, unde factum est, ut non nisi ultima folia, inde a p. 820, post impressum jam librum meum acciperem, ex quibus quae ad illum spectant in Addendis excerpsi. Interim etiam *Osannus* in ampla, quam edere continuat, Sylloge Inscriptionum, plures, quas in hanc nostram recepi, suis annotationibus instruxit; qui quidem Vir doctissimus etiam inedita quaedam mihi tradidit. Eandem debeo gratiam *Eduardo Gerhardo* meo, Viro optimo, qui nunc denuo in Italiam reversus ad vasa picta aliaque artis opera edenda praeclaro studio totum se applicat, et *Letronnio*, qui accurata doctrina et eximio acumine Galliam litteratam ornat et illustrat. Ab hoc enim duo accepi epigrammata non antea prodita; ille autem plura mihi olim Romae ex marmoribus, quae ultimis hisce annis terra eruta sunt et partim in Diariis Romanis edita, multa impensa opera, accurate transcripsit. Subsidiis his luculentum accessit et gratissimum augmentum, Tuarum annotationum, amicissime Jacobsi, nova et copiosa symbola. Non

Quae pluribus abhinc annis Programmatis duobus edita a me sunt Epigrammata Graeca, quum ejusmodi scripta paucorum admodum, quorum intersit, in manus venire soleant, cum alii quidam viri monuerunt gravissimi, tum Tu potissimum, Jacobsi, auctor fuisti ut typis denuo describi curarem. Et Tu quidem consilio statim addidisti opem, emendationibus locorum corruptorum dubiorumque ad me missis, quibus in nova uterer editione. Qua liberalitate vel sola non mirandum foret si eam editionem moverer ut Tuo inscriberem nomini. Sed aliae accesserunt caussae non minus graves. Primum enim quod Lessingius in rem litterarum conducere putabat, libros fere ut epistolas scribi pro amicis, hoc nescio an praesertim hodie probandum sit, crescente in dies cum librorum copia lectorum plurimorum levitate. Tum Tuo inprimis arbitrio quam ego non lucubrationum mearum libenter committam, cujus non integrum minus judicium et aequum sit, quam acutum, elegans et ab intima rerum per totum hunc, quem uterque co-

limus, campum, cognitione instructum? Et epigrammata quidem Graeca tractans, quisquis sit, ad quem prius dirigat animum, quam ad Te, quo neminem huic generi post renatas litteras intentiorem et diuturniorem adhibuisse curam, operam magis conducibilem et fructuosam, inter omnes constet? Me vero hoc quidquid est epigraphici operis ad te afferre tanquam appendiculam ad largam Tuam Epigrammatum Appendicem applicandam, Tibi dicare et in Tuo quasi nomine edere eo etiam par est, quod Tuo exemplo, quum in ultimo Anthologiae Palatinae volumine occupatum Te ex litteris cognovissem, primum excitatus sum, ut dispersa epigrammata circumspicerem et indagarem. Quamvis enim inscriptiones veteres ubicumque occasio ipsa marmora videndi data fuisset, quorum adspectus rerum exhibitarum momenta mirifice augere solet, cupide consideraveram, neque editas, his semel deliciis captus, prorsus neglexeram, at egeram hoc tamen quasi in transcursu et magis animi causa quam seria opera et continua. Tum vero et libris multis evolutis et schedis excussis, quae nondum a Te occupata videbam, misi epigrammata, quae Tu Addendis inseruisti. Postea nova identidem accesserunt, et quum a. 1819 forte ac subito negotium imponeretur, ut prima, quae Rhenana Academia celebravit, sollemnia academico more indicerem, promsi quantum aderat in pub-

pseram. Quam non sint portentosa, sed lepida, docuit me Niebuhrius, et vidi accidisse mihi, quod plures saepe experiri videntur, ut in iis, quae Graece scripta legant vel Latine, quasi antiquitatis et antiquarum litterarum ac phrasium quodam fascino constricti, acumina, argutias, jocos, sensus non perspiciant, quae vel mediocriter doctus et perspicax, si in libro novicio in ea incideret, nullo negotio perciperet.

Ceterum multum abfui a Brunckii rationibus (Lectt. et Emendd. p. 301) et morositate, cui non nisi ea, quae boni commatis essent, Anthologiae addere visum est (quasi boni commatis essent omnia, quae Anthologia continet): nam saxea in saxis legi satis esse. Quare ex solo Veronensi Museo, unde Brunckius novem deprompserat epigrammata, Tu duo alia adjecisti (Append. n. 315 et Not. crit. p. XCIX, quamvis hoc illic ex Monumentis Gabinis profers), sex alia sumsi, n. 19. 56. 72. 76. 83 et 86; in Gruteriano autem Thesauro undecim mihi relicta erant, n. 40. 41. 42. 49. 73. 76. 77. 80. 84. 91. 165, postquam Brunckius inde hauserat viginti octo, quibus accesserunt in Appendice Tua n. 137. 153. 155. 160. 289. Ex Muratorii collectione affero n. 59. 61. 65. 81. 87. 90; quaedam etiam apud Reinesium, Gudium, Hesselium inveni non praecepta, n. 78. 100. 138. Exclusi autem nihil omnino eorum, quae vel in lapidibus inventa metro adstricta sunt, vel in li-

que soli Anthologiae editores, ipsorum ejus conditorum hac in re similes, epigrammata ex marmoribus vel libris epigraphicis conquisivere, sed fuerunt et alii, qui de carminibus ex inscriptionum farragine seligendis et ad poeseos thesauros transferendis cogitarunt. Scipioni Maffejo, egregio viro, in universali, quod parabat, Latinarum veterum et Graecarum inscriptionum Corpore epigrammata versibus concepta, a reliquis sejuncta, *in poesis gratiam*, ut ipsius utar verbis in Sigl. lapid. p. 128. 132, in unum colligere et consociare propositum fuit: quo motum suspicor Bonadam, hominem nec ingenio nec litteris instructum, ut ederet *Anthologiam sive collectionem omnium veterum inscriptionum poeticarum tam Graecarum quam Latinarum in antiquis lapidibus sculptarum in decem classes distributam* 1751. Mihi collectio rectius in tres classes distribui posse videtur, titulos ἀναθηματικούς, qui statuis, aris, donariis insculpti fuerunt, *sepulcrales* et *mistos*, ita quidem, ut classes in capita quaedam dividantur, prima igitur ut secundum certum personarum et rerum, deorum et heroum, magistratuum et privatorum, civitatum etiam ordinem, sepulcrales ut in publicos et privatos dispertiantur, et illa quidem ad civitatis, haec ad domus et familiae et totius vitae humanae imaginem quandam rite adumbratam commode ac solerter disponantur, temporis simul ubique, quantum fieri liceat, ratione ha-

bita. Tertia, quam dixi, classis reliquos omnes titulos carmine decurrentes continebit, numero pauciores, quorum varius fuit usus, quum Graeci etiam significationes variarum rerum et indicia, nuntios, monita, denunciationes, sententias, dicteria versus aliquo ornatu instructa in locis publicis inscribere soliti sint. In ejusmodi autem opere conficiendo facile apparebit epigrammata etiam omnia, quae ab antiquis ex marmore et aere descripta vel testium fide vel argumento ipso constet, simul ad censum vocari et magno cum fructu ad utroramque intelligentiam et ad facilius pleniusque ex cunctis vel rem antiquariam, vel poetarum morem, consensum et varietatem cognoscendam ex Anthologiae sectione sexta et septima, ubi diversae indolis plurima iis immista sunt, et ex reliquis, quo istius generis quaedam aberrarunt, traducta, suo quodque loco inseri posse. Dorvillium quaenam ad novam Epigrammatum tum ex saxis tum ex codicibus editionem praeparantem mors occupaverit, quod factum est duo annos post Bonadae editum librum, Burmannus in praefatione Anthologiae Latinae p. VII refert. Viscontius, Astorgio narrante in Epistola in Anthol. Bosch. Vol. V p. XXXVII, fuit quum ineditorum Epigrammatum syllogen e lapidibus concinnare in mente haberet, quam Hieronymo de Bosch edendam traditurus erat.

In altera hac editione ut quinam ex priore

formula in epitaphiis obvia, ut Palat. VII, 693 Πόσειδον, οὗ σὺ σῶζε. Boschius in Anthol. T. V p. 184 Miletum, quum Romam ludos sub Imperatore Severo spectatum venisset, *in delectationem vulgi labyrinthum exstruxisse* recte dicit; sed qualis hic fuerit labyrinthus, cuinam delectationis generi destinatus, nec ipse dicit nec alium novi explicantem, quem ne accensitum quidem usquam aliis invenerim labyrinthis. Ex marmore illum fuisse exstructum indicat votum pro marmorariis factum. Aliquid lucis lucramur ex basi statuae eidem Mileto positae, apud Gruter. p. 330, 5: *τον σοφον εν ανδρασιν ειωνικον ανδρα μεγιστον κυιντον ιουλιον μειλητον οι τεχνειται ανεθηκαν.* In sinistro latere: *κυιντος ιουλιος μειλητος ζων καταειερωσα* (i. e. *καθιέρωσα*) *τη προς ζ καλ. μαρτ.* Quae ad sepulcrum spectare videntur, in quo ponenda esset statua: nam sacrari eam ab eo ipso, cui ponitur, mira res foret. Perversa est Scriverii emendatio, quam Boschius adoptat, CKHNIKON ponentis pro ЄIΩNIKON, vel, quod Gudius falso legit, OIΩNIKON. Est id enim Ἰωνικός, et Jonicum virum artifices honorifice appellant Tripolitanum civem, quippe non in sua tantum civitate, sed in universa Jonia summum virum. Alibi Ἰωνικὸς nomen est proprium (Corp. Inscr. n. 193 l. 19). Τεχνῖται saepe sunt histriones, eoque in errorem inducti sunt, qui σκηνικὸν quendam fuisse putarunt Miletum, hominem immensarum divitiarum

et quae ad aedificium publicum Romae exstruendum illa aetate, quae Septizonium surgere vidit, privato sufficerent. At alio manu ducit artificum mentio. Nonne enim ipsos, qui Mileto statuam ponunt, histriones vel mimos sive pantomimos labyrintho ad populi oblectamentum usos esse dicamus? Certaminibus musicis Domitianus Odeum, Hádrianus Athenaeum exstruxerat. Simili aedificio nomen labyrinthi vetusta fama inclytum, et dicantis vanitati plebique novitatis studiosae gratum, quo etiam Attalus, Lepidus triumvir aliique usi sunt, impositum esse videtur. Quod adiectum in fine est ὁ τόπος λαβύρινθος ad cippum spectare puto, cui quidem locus sit labyrinthus, qui in eo vel prope illum collocandus sit. Ubinam enim aptius memoria hominis coli potuisset?

Admonet hoc epigrammatis Catanensis, cuius ego quum lacunas ita explevissem, ut fontis perpurgati et canalis ducti monumentum esset, Tu in Not. crit. p. XCVII sepulcrale esse coniecisti, ita ut cippus iuxta opus in civitatis commodum confectum, in quo ille vitae labores absolverat, quod ultimum fuerat operum eius, positus fuerit. In quo prorsus Tibi assentior: et verum Te restituisse documento certe sunt verba ἀγχόθι λαϊνέης αὔλακος, et vox αὐτὸς etiam in v. sequ. ita demum bene habet si antea mentio iniecta fuerit defuncti. Hoc tantum verbis non videtur inesse, quod illum hominem, qui πόρον ἐμπεδὸν ὤπασε

Νυμφῶν, ut Herculius Megarensis n. 155, morte impeditum statuis canalem non perfecisse: neque diversa esse opera crediderim, de quibus Latina et Graeca inscriptio agit. Münterus in Itiner. Neapol. et Sicil. p. 427 istum lapidem supra Thermarum ostium inventum refert, et nomen versibus subscriptum ΕΝΝΟΙΟΥ (i. e. *Ennii*) poetae esse conicit, quod verissimum puto. Etiam sub carmine in Sphingis digito insculpto poetae nomen scriptum videmus n. 170, et Aelianus ipsis versibus in Homerum scriptis Append. n. 279 nomen suum intexuit. Amici quum interdum epitaphia componerent, ut in Megarensi fragmento ap. Boeckh. n. 1100 legitur τάδ' ἔγραψε τεὸς φίλος, fieri vix potuit, quin unus et alter simul nomen suum in amicitiae memoriam apponeret. Et nescio an hinc factum sit, ut bina saepe in eodem cippo insculpta sint carmina, quum plures amicitiae suae monumentum exstare vellent. Alios privatorum quoque sepulcrales titulos poetas auctores habuisse, a propinquis ad illos scribendos invitatos, quis dubitet? Euripides hunc morem tangit Troad. 1195, ubi Hecuba de Astyanacte:

Τί καὶ
γράψειεν ἄν σε μουσοποιὸς ἐν τάφῳ;
τὸν παῖδα τόνδ' ἔκτειναν Ἀργεῖοί ποτε,
δείσαντες; αἰσχρὸν τοὐπίγραμμα γ' Ἑλλάδι.

Atque horum etiam nonnullis suam una cum de-

functi memoria praetereuntibus commendare fortasse placuit. Nomina autem una cum titulis a periegetis transcripta esse coniicias, et Plutarchus Themist. 32 totis libris περὶ τῶν μνημάτων a Diodoro Periegeta scriptis usus est. Ex istiusmodi libris haustae videntur inscriptiones Philiadae Megarensis in eos, qui in proelio contra Persas occubuerant, Append. n. 94, et Asinii Quadrati in inimicos gloriosa morte interemtos, Anthol. VII, 312, quas utrasque Stephanus Byzantius servavit, fortasse etiam epitaphia privatorum a Carphyllida, Xenocrito Rhodio, Pisandro Rhodio, non vetere illo Camiraeo, Philippo Carystio (Anthol. VII, 260. 291. 304. 394) scripta, quorum omnium nec nomina aliunde, neque alia carmina nota sunt praeter unum aliud Carphyllidae epigramma, et multi alii eiusdem libri septimi tituli.

In repraesentando textu eam mihi praescripsi legem, ut in iis omnibus, in quibus versificator peccasse videretur, marmora exprimerem, neque contra illorum fidem vel rhythmum vel dictionem emendarem et emacularem, ut solent, qui justa carmina a poetis diligentia docta elaborata et polita edunt. Quem errorem multi olim commiserunt, et ipse Ruhnkenius, ob hoc traxatus a Marinio (Fr. arv. p. 433)*), ut in marmo-

*) Ruhnkenio etiam ap. Koen. ad Gregor. p. 306 titulum Doricum Δωριχώτερον facere collibuit.

ribus tractandis eadem libertate critica uterentur, qua libri veteres corriguntur, quamvis etiam non libri saepe, sed scriptores ipsi emendantur et perpoliuntur, in eum hodie non facile labaris. Ipsis poetis in epigrammatis publico usui destinatis fortasse major quam in longiore poemate licentia et in usu verborum et in rhythmo atque prosodia concessa fuit. Alii quantum licitum esse crediderint, versibus atque verbis demonstrant. Prae ceteris epitaphia multa auctores habuerunt scribendi artis rudes et ignaros. In quibus si quando boni pessimis misti inveniuntur versus, hos ex melioribus epigrammatis in ore hominum versantibus desumtos esse, membra etiam versuum et phrases novo usui accomodatas facile distingui ab iis, quae de suo homines de plebe adsuerint, Tu olim, Jacobsi, in litteris ad me datis observasti. Latina quaedam epitaphia disertam auctoris mentionem faciunt, velut Anthol. IV, 23:

Te rogo, praeteriens, fac mora et perlege versus,
Quos ego dictavi et jussi scribere quendam.

In quibus male Burmannus corrigi vult *fiat mora;* legendum enim *mora', moram.* Publius Ael. Ulpius ibid. n. 33 *ipse suo curam titulo dedit,* et n. 269:

Hoc genitor cecinit Taurus lacrimabile carmen.

Interdum etiam tenui hoc in genere gloriolam

quaesitam esse, ex Luciano liquet, qui Admetum, malum poetam, epigramma monostichum ab ipso factum, quod posui n. 112, cippo suo insculpi in testamento jussisse ait, et ex Lucillii epigrammate Anthol. XI, 312, ubi Marcum poetam cenotaphium exstruxisse narratur, insculpto epigrammate in puerum monosticho, quod ostentandi ingenii caussa composuerat. Praecipua attentione formae videntur dignae, quae in epigrammatis occurrunt vel ἅπαξ λεγόμεναι, vel barbarae, qualis est in Append. n. 207 βοωμένου, ab imperito versificatore inventum, uti annotasti, ad supplendum versum, et quales in hac collectione sunt n. 23, 3 αὐξούμενον, n. 68 βαρηθέν, n. 52, 2 ὤλλυσεν, n. 78, 6 ζῆναι, n. 91* τέξε, n. 100, 14 ἀμειλιχής, n. 128* p. 302 ἐξηργήσαντο, n. 210, 5 ἐπίουσι, et fortasse n. 136, 3 pro χεσομαι qui scripsit non χεύσομαι voluit, sed χέσσομαι. Alias video Boeckhium congessisse in Corp. Inscr. T. I p. XIX et 799, qui etiam p. 12 verissime monet, dialectorum tam mirificas esse varietates, ut si forma vel maxime inexspectata clare scripta appareret, deberet ferri. Et quasdam ferendas esse etiam in antiquis scriptoribus formas pravas, recte contendit Buttmannus Gramm. ampl. T. I p. 121 not. **). Aliud soloecismorum genus est in usu particularum vel expletivarum, ut, n. 67, 3 ἐν δ' ἄρα Τάρσῳ, ibid. v. 5 ἀλλ' ἄρ' ἐσαθρήσας, n. 65, 3 βωμὸν δ' ἀρ' ἐδωμήσαντο, n. 93, 5 ἠδ' ἄρα παῖ-

δας δεξαίμην, n. 58, 1 ὁ καὶ ἱερεὺς τῶν τε θεῶν πρῶτον Βοναδίης εἶτα κ. τ. λ. n. 91 οὐκέτι σοι φάος ἠελίοιο, οὐκέτι κλεινὰ δὲ δώματα Ῥώμης, vel male positarum, ut δὲ in epigrammate a. 1825 prope Ficuleam reperto:

Τὴν στήλην, παροδεῖτα, διελθὼν γνώσῃ [ὅλως με],
καὶ πῶς μοι βεβίωται καὶ πῶς ἀνέλυσα μαθήσ[η].
ἔσπειράν με γονεῖς παρ' Αἰγύπτοιο δ' ἀρούραις.

Haud melior per eandem particulam transitus fit n. 46, 5. Metri leges in multis labentis Graeciae epigrammatis violatas esse, monuisti in Praefat. Palat. p. XVII not. 11. Maximam in versibus incuriam prodit pedum numerus non justus, uno pede vel deficiente, ut hexametris n. 37, 2. 46, 3. 53, 1, vel ultra mensuram addito, ut et pro senariis versus habemus septem pedum n. 59, 4. 134, 10 et 11, qualem continet etiam Anthol. Lat. IV, 323, 2, et pro hexametris, Append. n. 315, 5, ubi nomen et numerum annorum non cepit versus integer, Syllog. n. 6. 34, 1; et hi quidem quum versus boni sint et a multis fortasse antea usurpati, serius interpolati esse videntur, ut de alio Tibi Not. crit. p. XCV v. 7 visum est et Boeckhio etiam n. 1064. Spondeus in quartam trimetri sedem irrepsit n. 23, 2. De aliis trimetris n. 196 non loquor. Hiatuum in versibus serioris aevi exempla ex Anthologia protulisti in Praefatione p. XXXVIII not. 38, nec in hac minore Sylloge

eorum est penuria. Legitur n. 93, 7 μὲ ἐδείματο, n. 190, 17 Κύκνον καὶ ἀετόν. Mala caesura est n. 12, 3 θυμέλαισιν Ὁμήρου. Mediam pentametri syllabam in caesura brevem habemus n. 82, 4. 88, 4, quibus augeatur Friedemanni catalogus p. 284, qui Lucianum primum post artis excultae tempora sibi hanc indulsisse libertatem statuit. Eadem usus est Ennoeus in epigrammate Catanensi v. 6. Contractiones duriores notavi ad n. 114. In eodem versu n. 46, 8 in φιλίης et in nomine Ὀϋνίων (Ὀϋννίων) Jota cum sequente vocali coalescit. Incredibili licentia multi usi sunt in syllabarum productione et correptione, quarum exempla luculenta sunt in Palatina VII, 695 ψυχῆς τὸ κάλλος μᾶλλον ἢ τοῦ προσώπου (προσόπου), Syllog. n. 51, 3 θέλξας με καθ' ὕψους, n. 59, 8 ἀδόλεσχος, prima longa, in trimetro. In thesi passim breves syllabae producuntur, ut n. 11, 6 πᾶσιν ἀγγελέειν, n. 64, 3 παῖδας λίπον, n. 74, 1 νεὸς τελέσσας, n. 100, 15 ὡς θέον, cf. Animadv. ad Anthol. T. II P. 2 p. 300, et in arsi etiam producitur πατὴρ μὲν Πρίαμος Anthol. VII, 140. Excusationem a caesura et sequente liquida Νεικομήδης habet ὄνομα, ultimâ longâ, n. 12, 2, ut βαιὸν ἐμὲ Νύμφαις in epigr. Catanensi, ἅμα Νύμφαις Odyss. VI, 101, Ὀδυσσῆα μεγαλήτορα, ibid. XXIII, 153. Numerus ἑβδομήκοντα metro repugnans evitari non poterat n. 38, 2. Socordiae vel inscitiae tribuas n. 83, 3 δεισιδαίμων, prima correpta, n. 92, 4 ἀψί-

δα, ut κνάμιδες ap. Alcaeum, Athen. XIV p. 627 B, κρηπίδα ap. Pind. monente illic Gu. Dindorfio, n. 96, 4 εἴκονας σῆς et n. 100, 11 δεσπόταις, ἀλλὰ, n. 201, 1 εἰσακούσαντας in senario. Nitidissimus hexameter est n. 93, 6, comparandus cum disticho Append. n. 233, 3. 4. Nomina propria cum metro pugnant haec Σωσῖνος n. 3, Νεικομήδης n. 12, Ἀπολλώνιος n. 197, Μύσκελλος n. 206, Τάραντος n. 208, Ἔντιμος n. 209, et nominibus etiam condonari potest correptio diphtongi n. 74 κεῖμαι Σοαιμὸς et n. 78, 1 Ἑρμογένους τε καὶ Φύρμης. Non minor fit vel auri vel litteris vis Append. n. 28 in Πασισωκλῆς, n. 47 in Ἀλέξανδρος, n. 106 in Μακηδονίη, n. 227 in Κλεοσθενής, n. 380 in Ἀβάσκαντις, quod nomen obvium est in Atticis titulis, Smyrnensibus, Nubiensibus et Latinis, n. 402 in Βασίλλη, Not. crit. p. XCIII in υἱὸς Φιλίππου. Exempla correptae in nominibus vocalis ω̄ sunt allata in Animadv. ad Anthol. T. ult. p. 826, productae litterae ῑ et ᾱ in iis, quae in ινος et ανος exeunt, ibid. p. 13 et 76 et Not. crit. ad Palat. VII, 700. IX, 510, Append. n. 247, 15. 271, 1. 381, 1. Sic *Juliānus* Anthol. Lat. IV, 226.

Lectionem epigrammatum etiamsi vitiosa sit marmorum fidei astringendam dixi. Non verendum autem est, hac via ne conjecturae et correctioni materies praeripiatur et ingenii critici exercendi parum copiae relinquatur, quod potius nescio an vel sic in nullo quoquam scriptorum

genere plus pabuli inveniat, quam in epigrammatis. Scatent enim vitiis cum quadratariorum serioris temporis marmora plurima, tum transcribentium schedae et textus editi multi lapidum cujusque aevi. Litterae et syllabae omissae sunt, perperam geminatae, confusae, saepe singuli versus explendi et reficiendi, ipsa verba ex litteris continuis formanda haud raro ambigua sunt, totum saepe argumentum divinatione critica constituendum et rationibus suis fulciendum. Et de vitiis orthographicis et ceteris, quae non versificatorum culpa, sed lapicidarum et transcribentium inscitia et oscitantia orta sunt, velles saepe, his an illis tribuenda sint, constaret; nimium enim parvus numerus est apographorum, quorum fides omnino certa sit. In nostra quidem Sylloge, quamvis in plurimis titulis suspicionis caussa non adsit, pro certo tamen eorum tantum affirmare ausim veram ubique scripturam vel editam vel in annotatione exhibitam esse, quos Romae Gerhardus transcripsit et quos in Parisino Museo ipse examinavi. In his igitur quaecunque vitia commissa sunt, lapidariis debentur, ut n. 46, 2 ΗΜΑΡΤΟΝ pro ἡμαρ τῶν, si vera est conjectura, v. 6 ΟΥΝΟΜΑ pro ΘΥΜΩΜΑ, n. 55, 10 ΝΗΩΙ pro ΝΗCOI, n. 57, 2 ΜΕΤΕΜΟΝΤΕCOPAC pro μετέχοντα, et quae praetera sensum pervertunt n. 60, 6. 61, 2. 68, 1. In his igitur locis correctione opus est. Sed ultra progrediendum, nec videndum tantum,

quid scripserint versificatores, sed saepe etiam, id, quod Tuarum emendationum elegantissimarum plures praestant, quomodo scribere debuissent. Ceterum etiam in tanto Anthologiae locorum depravatorum necdum certis conjecturis sanatorum numero superesse nonnullos puto, in quibus emendatione abstinendum sit, quia ex scripturae ductibus verus sensus elici possit. Quorum unus est, de cujus explicatione spero et confido Te mihi assensurum esse, doctissime Jacobsi, in eleganti epigrammate *Erinnae*, non Lesbiae illius, quod in Catalogo poetarum epigrammaticorum monuisti, sed ignotae poetriae, Palat. VII, 712, quod quam varie tentatum sit ad Anal. T. I p. 58 n. 3 et in Add. p. 392 exposuisti. In hoc igitur lectionem tueor Codicis ab omnibus rejectam τὰ μεθ' ὁρῶντι ὄμματα, scribens τὰ μεθορῶντι, Dorice ut ἀγγελέοντι in v. sq. Vocalis enim in τὰ producitur ante liquidam ut apud Callimachum πολλάκι σεῖο, μαῖα, quam Tu lectionem defendisti Not. Crit. p. 1043, et saepissime apud Homerum ut in Διΐ μῆτιν, ἡ δὲ μέγαν ἱστὸν Il. III, 125, τε μεγάλην ib. 221, δεῦρο μὲν ibid. 240, Αἴας δ' ὁ μέγας XVI, 358, in ὑιὲ, μέγα φέρτατε Odyss. XI, 477, οὐκ ἔμελέ μοι XVI, 465, ἐμὲ μελιηδὴς, ἐνὶ μεγάροις, XIX, 550 s. κατὰ μέγαρ' XX, 167, δὲ μέγα δῶμα XXIII, 146, οὔτ' ἄρ τι μεγαλίζομαι 174. Μεθορᾷν pro μεταβλέπειν, quamvis ἅπαξ λεγόμενον est, qualia multa sunt in epigrammatis, non ha-

bet difficultatem. Atque his admissis verbis verum demum ajo prodire carminis argumentum, novum id, gratum atque venustum. Quod Salmasio, Brunckio atque Tibi placuit, mi Jacobsi, figuris allegoricis monumentum ornatum fuisse (σύμβολα vocat Antipater Sid. Epitymb. n. 425, 10), quibus sepultae mulieris mors ipsas consecuta nuptias significaretur, unde ὄμματα τὰ mutandum fuit in ὠμοτάταν, Tu leniore atque feliciore, quam ceteri, emendatione ita expressisti:

Βασκανος ἔσσ' Ἀΐδα· τὰ δέ τοι καλὰ σάμαθ' ὁρῶντι
ὠμοτάταν Βαυκοῦς ἀγγελέοντι τύχαν.

Et in Palatinae quidem editione dubitas, σάματα de inscriptione ipsa accipiendum sit, an de signis quibusdam symbolicis cippo insculptis. De illa si cogitemus, nescio an affectati quid habeat epitheton καλά; haec si praeferas, non video, quibusnam symbolis significari potuerit, Baucidem, non dico ipso nuptiarum die, quod omnino symbolico modo exprimi nequit, sed nubilem et aetate florente mortuam esse, nisi sculptus fuit Pluto sponsam rapiens, qua imagine nulla fere frequentior fuit in sarcophagis et cippis. Hanc ipsam autem fabulam indicant verba καλὰ τὰ μεθορῶντα ὄμματα, quod ut ostendam, totum carmen transcribo, ita quidem ut v. 4 τὰ et τύχαι cum Salmasio et Reiskio mutem in τὰν τύχαν, et in di-

sticho tertio Tecum suppleam καλὸς, atque ὡς ponam pro ὃς et ταῖσδ' pro τὰν δ', praeterea autem v. 3 pro τὰ δὲ scribam τάδε.

Νύμφας Βαυκίδος ἐμμί· πολυκλαύταν δὲ παρέρπων
στάλαν τῷ κατὰ γᾶς τοῦτο λέγοις Ἀΐδᾳ·
βάσκανος ἐσσ' Ἀΐδα· τάδε τοι καλά, τὰ μεθορῶντι,
ὄμματα τὰν Βαυκοῦς ἀγγελέοντι τύχαν,
ὡς τὰν παῖδ' ὑμέναιος ἐφ' αἷς [καλὸς] ᾔδετο πεύκαις,
ταῖσδ' ἐπὶ καδευτὰς ἔφλεγε πυρκαΐα·
καὶ σὺ μέν, ὦ Ὑμέναιε, γάμων μολπαῖαν ἀοιδὰν
ἐς θρήνων γοερῶν φθέγμα μεθηρμόσαο.

In anaglypho toties repetito, ad quod hos refero versus, nihil est significantius, nihil etiam magis constanter expressum, quam caput sponsae a raptore aversum et retortum, vultus ad vitae amoenitatem retrospiciens, moeroris et desperationis index. Hic igitur vultus loquitur quae sors fuerit Baucidis, τάδε καλὰ ὄμματα, τὰ μεθορῶντι, vultus, non aspicientis, puto, quamvis nec hoc ineptum, sed respicientis: nam *aspicere* licet vulgo significet μεταβλέπειν, quidni praepositio in hoc composito etiam eam habere possit vim, quae est in μεταστρέφεσθαι, μετακλίνειν, μεταῤῥεῖν? Ceterum non verba tantum βάσκανος ἔσσ' Ἀΐδα, sed totus sermo viatoris est; quum enim in primo disticho cippus loquatur, tum verba sequantur viatoris, non potest denuo mutari persona et ad poetam

transire oratio. Cippus autem viatorem monet, ut et Plutonem et Hymenaeum alloquatur, quae ingrata foret repetitio, nisi oratio ad alteram personam in marmore repraesentatam converteretur. Hymenaeus est puer alatus cum face Plutonis currui velut dux praevolans, vario nomine Amor etiam et Hesperus vocatus, de quo dixi in Diario Gottingae edito de arte ant. p. 83. Quo spectat etiam Meleager in ep. 125 in Clearistam (Palat, VII, 182):

Αἱ δ' αὐταὶ καὶ φέγγος ἐδᾳδούχουν παρὰ παστῷ
πεῦκαι, καὶ φθιμένᾳ νέρθεν ἔφαινον ὁδόν.

Atque sic demum v. 2 bene habere videtur. Mirum enim foret si viator Plutoni, ad quem quidem iter non dirigeret, et ante quam de illius crudelitate et de sepultae mulieris fato aliquid accepisset, quaedam dicere iuberetur. Contra si Plutonem raptorem supra vel infra verba sculptum tibi finxeris, nihil desiderabis. Res ipsa imagine indicata est, additur inscriptio quasi explicandi caussa et ad pingendum, quem illa moveat, affectum. In simili carmine Epitymb. n. 186, 5 Antipater Thessalonicensis:

Δακρυόεις Ἀΐδη, τί πόσιν νύμφης διέλυσας
αὐτὸς ἐφ' ἁρπαγίμοις τερπόμενος λέχεσιν;

Verbo meam de hoc epigrammate sententiam indicaveram in libro modo citato p. 196, ubi etiam

p. 91. 193 cippi Romani quinque recensentur eadem ornati imagine, quam nec in eo desse suspicor, unde Maffejus in Mus. Veron., p. LXI epitaphium edidit in Liciniam Pollam, in Append. n. 229. Potest tamen epigramma nostrum, nisi epideicticum fuit, id quod duplex nominis forma Βαυκὼ et Βαυκὶς prodere videtur, etiam sarcophagus insculptum habuisse; nam sarcophagos frequenter epitaphiis instructos fuisse vel hic libellus docet n. 34. 56. 66. 75. Et in eo, de quo p. 296 dixi epigramma ad ipsas, quibus sarcophagus ornatus est, imagines spectat. Carmen Erinnae in Baucidem imitatur epitaphium vel Leonidae vel Meleagri in Erinnam Lesbiam Palat. VII, 13, quod in Epigrammatum Delectu posuisti IV, 33:

Παρθενικὴν νεαοιδὸν ἐν ὑμνοπόλοισι μέλισσαν
Ἤριναν, Μουσῶν ἄνθεα δρεπτομέναν,
Αἴδας εἰς ὑμέναιον ἀνάρπασεν· ἦ ῥα τόδ' ἔμφρων
εἶπ' ἐτύμως ἁ παῖς· Βάσκανος ἔσσ' Ἀΐδα.

Quae adiunxi, ut hunc quoque poetam ad aliam eorundem in sarcophagis anaglyphorum partem spectare monerem. Solet enim in plurimis Proserpina flores in pratis Ennensibus cum Venere, Pallade et Diana decerpens a Plutone occupari. Cum his gitur floribus carmina comparantur, quibus intenta poetria a Plutone rapitur.

In enotanda lectionis varietate non eandem in omnibus titulis rationem secutus sum. Qui

enim in Corpore Inscriptionum iam sunt editi, in quo quasi horreo vasto et verae lectiones et falsae maximo acumine maximaque cura selectae et congestae ad seram posteritatem asservantur, eorum non nisi eas annotavi scripturae diversitates, ex quibus de eiusdem vel emendationis veritate iudicari et de quibus adhuc disceptari possit; in ceteris quicquid inveni varietatis apposui, simulque editorum notas, quae ad rem facere viderentur, excerpsi, curavique, ut libri minus vulgares, ut Acta Academiae Gallicae et Petropolitanae, Itineraria multique alii, quibus usus sum, ii ut lectori curiosiori omnino ne desiderandi essent. Et quae ad linguae et ad argumenti rationes pertineant, ea etiam ex Corpore Inscr. adiunxi, omissis tantum ex Boeckhiana annotatione iis, quae non ad erucendum verum, sed ad refellendas falsas opiniones scripta sunt; atque ita etiam de meis rescidi, quae hoc consilio in priore editione de quibusdam titulis, nunc ab amico uberrime tractatis, animadversa erant. Ad varietatem lectionis tamen non arbitror pertinere quidquid in scripturae ratione variatum est et peccatum, ut n. 56, 4. 6 ΕΤΚΟΜΕΝΗΣ, ΕΤΚΟΜΕΝΟΥ, quae mutatio admodum frequens (Grut. p. 1137 v. 2 ΛΛΟΚΟΝ, ap. Eurip. Iph. Aul. 1418 pro ἄρχει emendatum est ἀρκεῖ), neque omnia, quae veteribus propria ab hodierno usu recedunt. Non notavi igitur legi ΕΝΕΝΚΑΜΕΝΗΝ n. 10, 4, ΕΝΙΕΛΑΣΑΣ n. 12, 4, ΑΝΑΝΚΗ n. 13, 8 et 184, 12, ΛΑΙΝΚΙΟΥ

n. 55, 3, ΕΝΤΓΟ n. 100, 5, ut ap. Boeckh. n. 22, et similia passim: ν autem pro μ, ΠΕΝΠΟΙΣ n. 36, 4, ΤΙΝΒΟΣ. ΤΙΝΒΟΣ n. 99, ΣΙΝΦΟΡΩΝ n. 184, 19, ΑΜΕΝΦΕΣ in Naniana n. 119, 1, ut ΣΥΝΜΑΧΙΑ, ΟΛΤΝΠΙΟΙ in Elea, et μ pro ν, ΑΓΑΘΩΜ ΠΑΤΕΡΩΝ n. 18, ΓΗΡΑΙΟΜ ΒΙΟΤΑΣ n. 45, 10, ΚΑΜ ΦΘΙΜΕΝΘΙΣΙΝ, n. 52, 6, ΘΕΩΜ ΠΡΟΣ n. 118, 3, ut in epigrammate Megarensi ap. Boeckh. n. 170, 1 ΕΤΠΟΛΕΜΟΜ [ΜΝΗΜΑ], ΜΕΜ ΦΣΤΧΑΣ, ΕΜ ΠΡΟΜΑΧΟΙΣ, in Arcadica n. 1534 ΤΑΜ ΠΕΤΡΑΝ, in Mylasensi ΤΟΜ ΒΩΜΟΝ, et ut hodie quoque Graeci scribunt τὴμ πόμπην. Neque *Jota subscriptum* vel positum vel omissum commemoravi; quamvis vellem nunc positum, quod rarius in his titulis, semper indicassem. In Boeotia maturius illud omitti coeptum est, v. Boeckh. in Corp. Inscr. T. I p. 783. 700. 80. Circa Olymp. 145 jam deesse in ΡΑΨΩΔΟΣ et similibus formis, non tamen constanter, idem annotat p. 770. Notissimus est locus Strabonis XIV p. 648: πολλοὶ γὰρ χωρὶς τοῦ ῑ γράφουσι τὰς δοτικάς. Abest illud a monumentis Aphrodiensi et Stratonicensi ad triumvirorum Romanorum aetatem pertinentibus ap. Chishull. p. 152. 156, notante Koenio ad Gregor. p. 607, etsi monumenta publica diutius quam privati et in libris et in lapidibus adscribendi illius morem conservarunt. Quintilianus I, 7, 17 *Graecos ῑ litteram non solum dativis casibus in parte ultima adscribere* (sua igitur aetate), *sed quibusdam etiam interponere* ait. Imperatoris Com-

modi aetate certarunt Grammatici, ἐν ταῖς δοτικαῖς προσθετέον το ῑ, Sext. Emp. c. Gr. I, 9 p. 252. Non deest Jota in eximio epigrammate Philano, Augusto imperante inciso n. 169, 2. 3. 10; adscriptum est etiam ubique in oraculo Pergameno n. 183, quum desit semper in Patarensi n. 184; et illud quoque serioris aetatis esse prodit ει pro ῑ scriptum. In epitaphio Thebano n. 26 legitur ΧΩΡΑΙ et ΠΟΛΕΜΩΙ, in monumento Amazaspi Iberi, cujus Romae fuisse videtur sepulcrum honorarium, n. 49, 9, ΔΗΙΩΙΛΤΘΡΩΙ, v. 3 autem ΚΛΗΘΡΑ. Epigramma Corcyraeum n. 32, 6 habet ΛΙ[Σ]ΕΝ, v. 14 ΛΚΜΛΙ et ΩΙ, v. 3 autem ΤΛΦΗΣΙ et ΚΛΗΖΕΤΛΙ, v. 16 ΤΙΠΛΛΙΩ. Aliquoties etiam in scrioribus titulis appositum reperitur Jota, ut in eo, quem p. 46 ex Walpolio transcripsi, in alio Walpoliano *Travels* p. 589 ex imperatoris Severi tempore, n. 40, 3 ωι et in eodem versu ΕΛΤΤω, n. 79, 6 ΤΩΙΛΕ ΚΛΗΡΟΤΧω ΤΛΦωΙ ΣΤΗΛΗΙ Λε, n. 80 ΓΛΗΝΩΙ, n. 83, 2 ΤΕΙΜΙωΙ ΚΛΙ ΛΞΙωΙ, n. 136, 1 ΔΛΤΤΙωΙ et v. 4 ΦΙΛΛΤΟΜΕΝωΙ, n. 143 ΜΕΣΣΩΙ, n. 145, 4 ΤΟΙΩΙΛ. Praeterea ubique, si bene attendi, omissum est, notavi certe ad n. 8, 3 et 4. n. 29, 2. 34, 1. 35, 4. 41, 6. 42, 4. 46, 1. 53, 2. 3. 5. 55, 9. 13. 15. 57, 2. 3. 4. 61, 1. 62, 3. 68, 2. 121, 6. 134, 10. 137, 2. 150, 3. 159, 4. In Nubiensibus inscriptionibus Niebuhrius semel, tab. IV, 23, additum invenit; semper deest etiam in Syriacis; in Memnonianis et in προσκυνήμασι, praeter unum ap. Wal-

pol. *Travels* p. 591. Minime omnium opus videtur, ut quoties *elisionem* neglexerint lapidarii in editione non primitiva annotetur. Non magis enim quam librarii hac in re sibi constant illi, et saepe in eodem lapide admodum variant, v. ad n. 183, 10. Exempla plura collegi ad n. 32, 16. In pluribus antiquissimorum abjicitur vocalis in hiatu et in crasi, ut n. 117 ΟΘΕΡΜΕΣ, n. 119 ΤΟΛΑΜΕΝΙΗΕΣ, ΤΟΤΤΕΤΕΛΕΣΣΕ, n. 122 ΤΛΑΓΙΤΟΥ, n. 123 ΤΑΡΓΕΙΟΙ, n. 124 ΤΤΡΑΝΑΠΟ, ap. Boeckh. n. 22 ΤΟΛΣΤΕΣΕΝ (in columna striata n. 120 est ΤΟΛΕΛΓΑΛΜΑΙΕΡΕΣΙΩΛΙ[σιν], et ita interdum in serioribus apostropho usi sunt, ut n. 54, 6 ΚΕΙΝ, n. 60, 4 ΚΟΥΚ, sed multo frequentius posuerunt diphthongum in crasi v. ad n. 52, 4 p. 76, et vocalem in hiatu abjiciendum n. 6, 2. 13, 2. 15, 4. 26, 4. 45, 4. 7. 10. 46, 1. 2. 3. 59, 1. 3. 6. 60, 2. 61, 3. 73, 3. 79, 1. 100, 3. 5. 11. 15. 102, 3. 4. 146, 1. 150, 1. 3. 158, 1. et 3 (ΤΕΛΘΛΟΦΟΡΟΙΣ), 164, 1. n. 55, 4, quo in titulo praeter ΤΕ ΗΝΟΡΕΗΝ hiatus in scriptura non admissus est.

Legitimum verborum Graecorum sonum posteriorem aetatem latuisse, et plus etiam incuriae et arbitrio tribuendum, verissime monent Animadv. in Anthol. T. XII p. 312. Sunt tamen in ipsis mendis scripturae leges quaedam analogiae, quas nisi observaverit et stabiliverit, multum operae et temporis perdet Criticus, et emendationes multas frustra excogitabit. Quare vitia manifesta

aliquoties commemoravi et contuli, et alia fortasse addere debueram, ut geminum ΛΛ pro Μ, quod inveni n. 195, 1 ΠΕΡΙΚΑΜΕΑ, n. 197, 1 ΑΠΟΜΩΝΙΟΣ et saepius in Gavii schedis. Idem vitium est in titulo Memnoniano ap. Leich. Carm. sep. p. 79 et in Descriptione Aegypti p. 111 n. 19 ΤΡΕΒΟΜΗΚ, bis in Ennoei epigrammate Catanensi, ΑΜ pro ἀλλ', ΠΟΜΙΑ pro πολλά, ap. Dodw. Itiner. T. II p. 283 ΠΑΝΕΜΗΝΑ, in titulo Siculo ap. Castell. p. 168, 27 ΚΑΜΙΣΤΡΑΤΟΣ, ap. Murat. p. 1321, 10 ΑΜΑ pro ΑΛΛΑ. In iisdem litteris ap. Boeckh. n. 666 latuit ΠΑΛΛΑΣ v. Add. et apud Sophoclem Oed. R. 330 variat in Codd. lectio τἄμα et τἄλλα. Hinc Callistrato c. 14 certissime restituisti οὐκ ἀμούσως pro οὐ πάλλους ὡς. Saepe num quid pronunciationis vitio, an calami vel scalpri lapsu aliter quam vulgo scriptum sit, anceps est judicium, ut in consonantibus geminis et in vocalibus ει et ι confusis. Ad consonantes quod attinet, sphalma apertum est n. 59, 9 ΣΤΗΛΛΗ, n. 193 ΑΧΙΛΛΗΙ; in vase in Millingenii Monum. ined. tab. 38 ΗΕΡΑΚΛΛΕΣ. Nomen unius ex Oenomai equabus ap. Scholiast. Apollon. I, 752 et Phavorinum Ψίλλα, Ψύλλα est quum Bacchi cognomen Laconicum rectius Ψίλαξ a Pausania scribatur; a πτίλον enim utrumque descendit. Saepe autem liquidae conduplicatio in scriptura ipsam pronunciationem imitari videtur ut in iis, quae ad verbum ΛΗΜΜΑ n. 161 p. 294 congessi, et in ipso fortasse verbo λῆμα.

Hoc etiam cadere videtur in duplicatum sigma inter vocales duas et ante T et K, X. Scribitur enim Ἰσσωρία, Diana apud Hesych. et alios, Νύσσα ap. Terpandrum Lydi de Mens. c. 5. p. 81, Stephanum, Eustathium aliosque, Διόνυσσον ap. Alcman. in Schol. Ambros. Odyss. III, 171, Πισσαῖος, Jupiter, ΚΑΙϹϹΙΑ Chandl. Inscr. p. 91 n. 5, ΜΑΪΣΣΩΛΟΣ in titulo Mylasensi ap. Leakium Itiner. As. Min. ΟΤΟΛΟΥϹϹΙΑΝΟϹ in numo Musei Vindobon. et Quinctilianus I, 7, 20 *Ciceronis temporibus paulumque intra, fere quoties S littera media vocalium longarum vel subjecta longis esset, geminatam* refert. *Ut caussae, cassus, divissiones quomodo et ipsum et Virgilium quoque scripsisse, manus eorum* doceant. Gemini ante consonantem sibili exempla plurima attulit Boeckh. ad n. 25. 429. 1306. 1520. 1638 et occurrunt alia, ΑΡΙΣΣΤΩΝΙΛΛΑΣ, artificis nomen, ΜΕΓΙϹϹΤΟΥ, in Marm. Oxon. ϹΕΒΑϹϹΤΙΟΝ et ΦΡΙϹϹΚΩ in titulo Naniano, Paciaud. Mon. Pelop. T. I p. 198, ΕϹϹΤΙΝ in Ephesino titulo, Diar. Class. T. IV p. 456, ΑΘϹΚΛΗΠΙΛΛΗϹ in titulo sepulcrali Romano ap. Marin. Fr. arv. p. 493, ΑΓΓΟΙϹϹΤΑ in numo ibid. p. 490, ΑΡΙΣΣΤΟΥ, ΦΙΛΟϹΕΒΑϹϹΤΟΥϹ in marmore Corcyraeo et aliis ibid. Mirum est de hac scribendi ratione Rosii judicium Inscr. vet. p. XLVI. Mihi veteres inter sibilum durum et mollem sive tenuem distinxisse videntur, fere ut Gallica lingua, in qua quod in marmore scriptum est SSATVRNI habet quo se de-

fendat. Et fortior fortasse revera fuit etiam rhotacismus in ΧΑΙΡΡΟΝΕΑ, Boeckh. n. 1679, et in ΚΤΘΗΡΡΙΟΣ apud eundem, pariterque sonus aliarum liquidarum, ut in ΠΑΓΑΛΛΟΝ, Boeckh. p. 911, in ΣΑΡΑΛΑΝΑΠΑΛΛΟΣ, ΠΟΛΛΙΣ, ΑΚΙΛΛΑΣ, ΑΣΙΝΝΙΑΝ, ΛΗΠΙΩΝΝΟΣ, quae Marinius p. 490 habet, quamvis etiam ΛΟΤΠΠΟΣ ab eodem et Latina multa p. 500 afferuntur, in quibus consonans gemina est per mendum. In numo apud Mionnetum T. II p. 13 exaratum est ΛΑΠΠΙΕΩΝ. Contra non detrahitur sono, sed pro mendo vel pro scribendi compendio habendum si semel ponuntur consonantes ut ΠΑΡΗΣΙΑ Boeckh. n. 1603, ΚΑΛΙΣΣ[Τ]Ω n. 429 Id. cf. Add. p. 912 et alia in Elea et Sigea et quae p. 174 memoravi; et Knightius Proleg. in Hom. §. 173 antiquos brevitati indulgentes tantum non ubique singulas litteras pro geminis posuisse ait. In simplici *I* ponendo pro diphthongo *EI* quum in hoc sono proferendo temporum et locorum rationem habere omnino non consueverimus, etiam in epigrammatis contra lapides mori nostro est obsequendum. Scribitur autem per *EI* non longum tantum *I*, sed interdum etiam breve, ut n. 54, 16 ΠΕΦΕΙΔΗΣΟ, n. 161, 1 ΠΟΣΕΙΔΩΝΙΕ, n. 163, 4 ΕΧΟΙΣΕΙΝ et ΕΙΩΝΙΚΟΣ in titulo, quem supra explicavi cf. Add. ad n. 123. Constans est *EI* in hac nominum terminatione ΒΑΛΕΝΤΕΙΝΗ, ΠΑΤΑΕΙΝΑ n. 54, 5. 8, ΑΓΑΘΕΙΝΟΣ n. 56, 8, ΣΑΤΟΡΝΕΙΝΟΣ n. 66, ΜΑΚΡΕΙΝΟΣ n. 73. 1. 2, ΑΡΙΣΤΕΙΝΗ n. 79, quamvis in eodem versu ΡΟΥΦΙΝΑ, ΔΟΜΝΕΙΝΑ n. 91, ΚΕΣΤΕΙΝΟΣ n. 93, ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΥ n. 200, et omnino

frequentissimum. ΝΕΙΚΟΜΗΔΗΣ habetur n. 12, ΠΟΛΕΙΤΑΙΣ n. 30. 3, ΕΙΜΕΡΤΗΝ, ΕΙΜΕΡΟΕΣΣΑ n. 30, 5. 55, 5, ΩΛΕΙΝΩΝ, ΩΛΕΙΝΑ n. 33, 2. 79, 3, ΠΑΡΟΛΕΙΤΑ n. 34, 1. 47, 1. 51, 1. 52, 2, ΤΕΙΜΟΘΕΟΣ, n. 48, ΤΕΙΜΙΩΙ n. 83, 2, ΑΦΡΟΛΕΙΣΙΟΣ n. 51, ΗΜΕΙΝ n. 52, 6, ΤΡΕΙΝΑΚΡΙΗ n. 53, 1, ΡΕΙΚΝΟΝ n. 54, 15, ΚΗΕΙΝΑΣ n. 77, 2, ΑΠΟΤΕΙΣΕΙ n. 188, 2, ΒΟΥΣΕΙΡΙΝ n. 190, 15, ΕΙΣΙΝ n. 196, 2. Contra ι usurpari pro ει solitum esse, quod Boeotorum antiquitus fuit et Spartanorum etiam, Triopeiarum inscriptionum tempore, in quibus ι mutatur cum ει et ει cum ι, numi ostendunt, notante Viscontio ad Triop. I, 4 et 15. Et hujus quoque usus multa epigrammata nostra continent exempla. In Bosporana n. 48 est ΤΡΙΣ atque una ΟΙΚΤΕΙΡΩ, in Romanis n. 56, 2 ΜΙΟΤΕΡΗΝ una cum ΑΓΑΘΕΙΝΟΣ, n. 59, 2, ΑΠΙ et v. 10 ΙΣ, n. 68 ΕΡΙCΗC, n. 102, 2 ΙΑΕΟΣ, in Syracusana n. 163, 2 ΙΑΡΟΣ, n. 165 ΔΙΚΗΛΟΝ, in Patarensi n. 184. 1. 2. 17. 19 ΠΡΑΞΙΣ, ΕΞΙΣ, ΔΙΛΕΞΙΣ et in eadem ΝΕΙΚΗΦΟΡΟΣ, in Syriacis n. 93, 1 ΕΑΙΜΑΤΟ, n. 98, 4 ΕΧΙΝ et ΦΕΡΙΝ, in aliis n. 100, 14 ΙΣ, n. 104, 3 ΑΠΕΚΤΙΝΑΣ. Ita apud Boeckh. in Atticis n. 995 et 1656, 10 ΑΙΜΝΗΣΤΟΣ, n. 1012, 1 ΕΘΙΡΑΙΣ, n. 1038, 8 ΕΠΙΣΠΙΣΑΣ, Anthol. VII, 267 οἰκτίρετε, ΚΙΤΕ pro ΚΕΙΤΑΙ passim.

Vale, Vir optime et dilectissime, meque, ut facis, amare perge. Bonnae m. Jun. 1828.

EPIGRAMMATA SEPULCRALIA.

EX MARMORIBUS.

1.

Τοιῶνδ' ἀνδρῶν ἡ πόλις ὁππόταν αὖ[τις ἁμάρτῃ,
ἐ]χθροὶ στήσαιεν Ζηνὶ τροπαῖον ἕδος.

Athenis ad ecclesiam Catholicon. Ἁμαρτάνειν pro στέρεσθαι ex lexicis notum est. Epitaphium est in plures milites. Sed alterius lateris epigramma unum laudare videtur, neque id expedio. Boeckh. Corp. Inscr. nr. 173. Ζηνὶ τρόπαῖον ἕδος, pro Ζηνὶ τροπαίῳ, ut ap. Eurip. Phoen. 1265 Ζηνὸς ὀρθῶσαι βρέτας τροπαῖον, 1487 Διὸς τροπαῖον βρέτας στῆσαι, pro quo idem poeta Heraclid. 937 βρέτας Διὸς τροπαίου καλλίνικον στῆσαι. Ἕδος, signum, simulacrum dei. Εὕρηται γὰρ ἕδος καὶ τὸ ἄγαλμα καὶ παρὰ ποιηταῖς καὶ λογοποιοῖς, quae verba sunt Scholiastae Aesch. Sept. c. Th. 241. Phavorinus: ὅτι δὲ ἕδος λέγεται καὶ τὸ ἵδρυμα καὶ ἄγαλμα, ὁ Παυσανίας φησίν (in Lexico). Ita et alii Grammatici, ut Lex. Seguerianum ap. Bekker. Anecd. I, 246, Etymologus, Hesych. Suid. in Ἕδος. Et quod Etymologus p. 195, 53 apud Hermionenses pro ἄγαλμα in usu fuisse ait βεῦδος (ϜΕϜΔΟΣ), est id ab ἕδος non diversum. Jul. Poll. I, 7. Αὐτὰ δὲ ἃ θεραπεύομεν, ἀγάλματα, ξόανα, ἕδη θεῶν, εἰκάσματα θεῶν κ. τ. λ. ubi male interpres ἕδη vertit pulvinaria. Boeckhio p. 248 ἕδος simulacrum esse videtur in sella sedentis dei vel deae, ob inscriptionem n. 155, in qua juxta τὸ ἀρχαῖον et τὸ λίθινον ἕδος ponitur τὸ ἄγαλμα

τὸ ὀρθόν. Sed promiscue de signis deorum usurpatum invenimus vocabulum: quare sacerdotale esse credo, mysticam deorum in signis suis neque ac in templis praesentiam et quasi habitationem indicans. Locos scriptorum ἕδος pro simulacro exhibentium congessit Ruhnkenius ad Tim. p. 93, ubi Hesychio restituit ἑδοξοεῖ, ἀγαλματοποιεῖ, cui simile est θεοποιεῖν. Addimus alios. Et Minervae quidem ἕδος dum Plynteria agantur velari ait Xenophon H. Gr. I, 4, 12. Phidiae Palladem illo nomine appellant Isocr. de permut. init. Dinarch. c. Philocl. p. 92 Reisk. Plutarch. Pericl. 13, ubi χρυσοῦν ἕδος a Facio in Excerpt. ex Plut. p. 40 pro throno ad signum aeneum Minervae Hygieae pertinente pessime accipitur. Plataeensem etiam Minervam, ejusdem Phidiae opus, ἕδος vocat Plutarch. Aristid. 20. Idem Vit. Solon. 12 ἐξάψαντες τοῦ ἕδους κρόκην κλωστήν. Inscriptio ap. Boeckh. n. 491 χρήσαντος τοῦ Πυθίου Ἀπόλλωνος, ὅτι χρὴ ἕτερον ἕδος τῆς Παλλάδος κατασκευάσασθαι. Dionys. Hal. de simulacris ab Aenea asportatis, Minerva igitur et Penatibus, eadem saepius utitur voce A. R. I, 47. 55. 57. 67. Ita etiam Isocrates in Nicocle θεῶν ἕδη, Panegyr. c. 41 οἳ καὶ τὰ τῶν θεῶν ἕδη καὶ τοὺς νεὼς συλᾶν — ἐτόλμησαν, cf. Coraes p. 56. Paus. VIII, 46, 2 φαίνεται δὲ οὐκ ἄρξας ὁ Αὔγουστος ἀναθήματα καὶ ἕδη θεῶν ἀπάγεσθαι παρὰ τῶν κρατηθέντων. Id. II, 20, 7 ὑπὲρ δὲ τὸ θέατρον Ἀφροδίτης ἐστὶν ἱερόν, ἔμπροσθεν δὲ τοῦ ἕδους Τελέσιλλα ἐπείργασται στήλη, ubi plurimi ἕδος de templo intellexerunt. Harpocr. Ἀφροδίσιον, τὸ τῆς Ἀφροδίτης ἕδος. V. n. 121 not. Inscr. Triop. II, 2 Ῥηγίλλης ἕδος. Aristid. ap. Thomam M. πρῶτον μὲν ὤφθη τὸ ἕδος τὸ τοῦ Ἀσκληπίου τρεῖς κεφαλὰς ἔχον. καὶ πάλιν ἐν δὲ τῷ τοίχῳ, οὗ τὰ ἕδη τῶν θεῶν. Polemo ap. Schol. Pind. Ol. VII, 95 ἕδος Dianae ligatum memorat apud Erythraeos. Lucian. de Syria dea 31 ἐν δὲ τῷδε (τῷ ἱερῷ) εἴαται τὰ ἕδεα, ἥτε Ἥρη καὶ τὸν αὐτοὶ Δία ἐόντα ἑτέρῳ οὐνόματι κληΐζουσι. ἄμφω δὲ χρύσεοί τέ εἰσι,

καὶ ἄμφω ἕζονται. Inscriptio Aeginetica ap. Walpolium *Travels* p. 570. *ικρια περι το εδος εντελη*, ubi editor de templo cogitabat. Scriptor apud Suid. v. *Θεοσυλής*, quem Aelianum esse Toupius monuit: *ὁ δὲ θεοσυλὴς γενόμενος καὶ τὰ ἕδη τῶν θεῶν αὐτὰ ἐξ ἠθῶν ἀνασκήσας.* Alius apud eundem v. *Ἕδος· τὸ τῆς Τύχης ἕδος τὸ πάτριον προσκυνήσας τὴν ἐπάνοδον αἰτεῖ.* Neque aliter ac de signo, cum Thoma M. Triclinio, Musgr. Erfurdtio, Schaefero, accipe ἕδος ap. Soph. El. 1374. Oed. T. 886.

2.

Νικόβουλος Μυννίχου Ἰτεαῖος.

Σῆς ἀρετῆς ἕστηκεν ἐν Ἑλλάδι πλεῖστα τρο[παῖα.

Athenis. Ex schedis Fourmonti. Post communia pluribus epitaphia militaria addo hoc et n. 175 (ap. Jacobs. Anthol. Pal. T. III. p. 10), quae singulorum sunt. Nota O pro OY. Iteaei, qui a grammaticis dicuntur Acamantidis esse, p. 175 Antiochidis sunt. Nomen *Μυννίχου* incertum videtur. Boeckh. n. 174.

3. (2.)

Σωσῖνος Γορτύνιος χαλκόπτης.

Μνῆμα δικαιοσύνης καὶ σωφροσύνης ἀρετῆς τε
Σωσίνῳ ἕστησαν παῖδες ἀποφθιμένῳ

Supra anaglyphum viri sedentis et discos vel scuta tenentis, olim apud Fauvelium Athenis; Museo Parisino intulit Forbinus. Boeckh. n. 837. Aeri lapis incisus est in Bouilloni Museo T. III. Cipp. I, 3. — V. 1. *Μνῆμ' ἀρετῆς*, formula solennis. Vid. Jacobs. Append. p. 751. 756. 832. 833 etc. — V. 2 Tabula aenea, apographum ab Osan-

no perhumaniter mecum communicatum et Claraci Catal. Inscr. n. 720 exhibent ΣΩΣΙΝΟΕΣΤΗΣΑΝ, quod verum esse ipse vidi. Mustoxydes ΣΩΣΙΝΩΕΣΤΗΣΑΝ, omnes ΑΠΟΦΘΙΜΕΝΟ. Müllerus legit ΣΩΣΙΝΟΙΣΤΗΣΑΝ, unde Boeckhius edidit Σωσίνῳ στῆσαν παῖδες ἀποφθιμένῳ. Ita etiam Boisson. ad Max. Planudis paraphrasin Metamorphos. p. 626. Jacobsius monet in Σωσινος mediam ambiguam esse potuisse, ut in Νινος Append. n. 97 cll. Meinek. Cur. crit. in Com. fragm. p. 54. Scripturae archaismum cum recentioribus litterarum formis confusum multa continent monumenta litterata, ut statim in sequ. ep. et in Bouill. Museo tab. II, 14 scriptum est ΕΝ ΣΤΕΦΑΝΟΙ ΧΡΥΣΩ. Cf. Osann. Inscr. p. 91 n. 14. Χαλκόπτης, pro χαλκοτύπος, ut ἀργυροκόπος, ἀργυροκόπειος apud Athenaeum V p. 193 D. quam formam una cum χαλκοτύπος addas lexicis, et ἀρτοκόπος ap. Boeckh. n. 1018, sed contractum ex χαλκοκόπτης, ut Χαλκόνδυλος dictum est et Χαλκοκονδύλης, λειπυρία pro λειποπυρία, στόμαργος pro στομάμαργος, δάσκιον pro δασύσκιον (cf. Schaef. ad Schol. Apollon. Rh. p. 216), κελαινεφής pro κελαινονεφής, de quo aliter judicat Lobeck. ad Phryn. p. 664, μώνυξ pro μονώνυξ, κἀννεώσασθαι pro κἀνανεώσασθαι Soph. Tr. 395 et quae sunt alia ejusmodi contractionum exempla. Similia occurrunt in aliis linguis, ut μεταύριον Graecorum hodiernorum, ex μετὰ τὴν αὔριον, capillus pro capipilus, England contractum ex Englaland, Märterthum ex Märtererthum. Boeckhius tamen explicat ὃς ὀπτᾷ τὸν χαλκόν, ut σπλαγχνόπτης, exta torrens, ignem oris pleni spiritu accendens, interprete Plinio, ubi de Stipacis signo loquitur. Quos discos vel scuta vocat Boeckhius, sunt hi aeris massae, consentiente etiam Claraco in Catal. Musei Supplem. p. 5, spectant autem ad artem senis, manum ipsis admoventis. Sed neque hoc controversiam dirimit, quum ejusmodi massae rotundae tam coquenti aes sive fundenti quam cudenti conveniant. In eodem

Museo in Gipp. et inscr. sep. classe altera tab. I, 6., in monumento fabri scriniarii olim a Sponio Miscéll. p. 334 edita verbis: *π. βοιτηνος ερμης κλεινοπηγος νεωτερος ενθαδε κειμαι. παροδειτα. χαιρε.*, adjuncta est dolabra cum circino et norma; sepulcrum molitoris Anthol. Pal. VII, 394 habet *δινητὸν πέτρον, σύνθημα τέχνας*; in alio ib. n. 445 legitur: *οἱ δ' ἐπὶ τύμβῳ Μανυταὶ τέχνας, δουροτόμοι πελέκεις*; atque ita alia aliarum ministerii et opificum classium instrumenta et quasi insignia et officiorum titulis et sepulcralibus addi sunt solita. V. quos citat Marin. Inscr. Alban. p. 189.

4.

Φιλοστράτη Φίλωνος
Φίλων Καλλίππου Αἰξωνεύς.

Ἐνθάδε τὴν πάσης ἀρετῆς ἐπὶ τέρμα μολούσαν
Φανογόραν κατέχει Φερσεφόνης θάλαμος.

Ἀλκιμάχη Καλλιμάχου Ἀναγυρασίου.

In ara sepulcrali eleganter ornata inter Piraeum et portum Phoronem, in conspectu Salaminis, reperta, et a Batavo de Lescluze Museo Leidensi illata. Epitaphium habes trium mulierum et viri unius; Philostrata Philonis, qui secundo loco scriptus est, filia videtur; ejusdem fortasse filia est Phanagora, et uxor Alcimache. Ultima pars circa Olymp. 100 scripta videtur, variante scriptura *ο* et *ον* — cf. n. 551; priores inscriptiones paulo vetustiores sunt, sed Euclide archonte non superiores. Boeckh. n. 800. *Φερσεφόνης θάλαμος*, ut n. 10 et ap. Sapph. et Simonidem Epitymb. n. 489. 507. 508. *Τὸν παγκοίταν — θάλαμον* vocat Sophocles Ant. 798. *Ἀναγυράσιος*, ut ap. Boeckh. n. 585, ap. Philochorum, Strabonem, Pausaniam, Hesychium. Stephanus B. praefert *Ἀναγυρούσιος*, ut *Ῥαμνούσιος*,

Ἀγνούσιος, Ἐλαιούσιος. Duplex est nominis forma, Ἀνάγυρος, ap. Aristoph. Lys. 68, Zenob. II, 55, Suidam, et Ἀναγυροῦς, ap. Harpocr. et Schol. Plat. p. 88. Ruhnk. Ex Φλιοῦς etiam fit Φλιάσιος.

5.

Ἐνθάδε τὸν πάσης ἀρετῆς ἐπὶ τέρμα μόλοντα
Ε]ὐθύκριτον πατρία χθὼν ἐκάλυψε τάφῳ,
μητρὶ φίλον καὶ πατρὶ κασιγνήταις τε ποθεινόν,
πᾶσι δ' ἑταίροισιν σύντροφον ἡλικίας.

Ad scalam bibliothecae S. Trinitatis Cantabrigiae, super anaglypho sepulcrali vas Atticum exhibente, in quo vir et juvenis manus jungentes, litteris eleganter scriptis, sed valde obscuris. Boeckh. n. 805. Ros. Inscr. vetust. p. 389. Nomen Εὐθύκριτος inveniri ap. Lysiam et inter Archontes Athenienses monet Dobraeus. V. 2. πατρία, pro πάτριος, ut ap. Boeckh. n. 1030. cf. Porson. ad Med. 822. Hermann. ad Philoct. 205. — V. 4. Fragm. ap. Boeckh. n. 1100, 7 ἐπεὶ φίλος ἦεν ἅπασιν.

6. (40.)

Σῆς ἀρετῆς μνημε[ῖα], Θεοφίλη, οὔ ποτε λήσει,
σώφρων καὶ χρηστή, πᾶσαν ἔχουσ' ἀρετήν.

Athenis. Boeckh. n. 954. Sub anaglypho duas repraesentante feminas, quarum altera porrecta dextra adstans sedentem alteram, quae iter tenebricosum ingressura est, longum valere jubet. Lapidem cum simili prorsus effigie aere expressum dedit van Lennep, ap. Boeckh. n. 567. In nostro mulier, quae monumentum posuit, ut nulla defunctae virtus laude sua careret, in epitaphium usu fortasse

receptum post σώφρων καὶ χρηστὴ verba καὶ ἔργατις intrudere jussit marmorarium, quod ego emblema quum extrivissem, assensit Boeckhius, non probavit Graefius Act. Petrop. Vol. VIII. p. 657, ob Jacobs. Append. n. 315, 7, ubi nomine proprio et annorum numero concurrentibus exortus est septem pedum versus. Ἔργατις, φιλόεργος. Titulus in nobilem mulierem Spartanam ap. Walpolium *Travels* p. 583 simpliciter habet πάσης ἀρετῆς ἐν γυναιξὶν εἵνεκεν. ΜΝΗΜΕΙΑ, μνημεῖα pro μνῆμα, atque hoc pro μνήμη, non *monumenta*, sed *memoria*, de quo ad H. Steph. Thes. remittit Jacobsius. Λήσει positum est absolute. Jacobsius corrigit λήξει. In Θεοφίλη vocalis ante φ producta, ut in αἰόλον ὄφιν aliisque ap. Schaefer. ad Theogn. 1057.

7.

Φανοστράτη Ἑξηκεστίδου κ. τ. λ.

Αὐτοὶ υἱωνοί μ' ἐπὶ σήματι τῇδ' ἀνέθηκαν
ζηλωτὸν στέφανον τοῖς παριοῦσιν ὁδόν.

Ἑξηκεστίδης Πρωτίωνος Αἰξωνεὺς ἀν[έθηκε].

Maxima tituli pars in aëtomate posita est, reliqua inter aëtoma et anaglyphum. In summo aëtomate, quod periit, videtur corona fuisse, quo refero versus. Nepotes igitur videntur coronam et reliquum monumentum posuisse, ex quibus unus, credo qui solus sui juris erat, nomen subscripsit Ἑξηκεστίδης etc. Boeckh. nr. 568. Vereor, ne μ' sit pro μοι ut n. 46, 5; ut Phanostrate loquatur, non corona; quare virgulam post ἀνέθηκαν omisi. Hujus elisionis, quam cum Porsoni filiis damnat Matthiae Gramm. T. I p. 111, Buttmannus Gramm. T. I p. 128 haec statuit exempla, Iliad. IX, 673, XIV, 481. Soph. Aj. 191 (ubi v. Schol. vet. et Both.), Eurip. Androm. 427. Adde

Iliad. VI, 165, ὃς μ' ἔθελεν φιλότητι μιγήμεναι, οὐκ ἐθελούσῃ, ibique alia pete ex Schol. Duobus aliis Euripidis locis, Iph. A. 492 et Med. 56, eximit hunc scrupulum Elmslejus.

8.

Οὗτος ὁ γῆς τέμνων σταχυηφόρον αὔλακα Δηοῦς,
Εὐτύχος, ἡ γονέων ἐλπίς, ἔπειτα γόος,
εἴκοσι τῶν πάντων ἐτέων ὑπὸ τῷδε κέκρυμμαι
σήματι, μήτε νόσῳ μήτ' ὀδύνῃσι τακείς.
τεθνειὼς δ' οὐκ οἶος ὀδύρομαι ἀλλ' ὅτι πένθος
ἀμφοτέροις ἔλιπον λυγρὸν ἐμοῖς τοκέσι.

Athenis prope arcum Hadriani, sub anaglypho, in quo quid effictum sit tacet Dodwellus I, 387. Ex hoc edidit Graefius p. 647, tum Boeckhius n. 948. — V. 1. γῆν τέμνειν, Apollon II, 1005, unde ap. Antiphil. in Anthol. Pal. VI, 95 γατόμος, qui et γεωμόρος, γειομόρος, Anthol. VI, 238, ἀρουροπόνος, γειοπόνος. — V. 3. Εἴκοσι τῶν πάντων ἐτέων, omisso ὤν, ut n. 25 πέντε καὶ ἑξήκοντα ἐτῶν — Εὔτυχον. n. 53 κουρίδιος δὲ πόσις κρύψε χθονὶ — ἡλικίης ἐτέων εἴκοσι καὶ τετόρων (οὖσαν). Cf. Oed. Col. 83. Articulus non importunus est, sed οἱ πάντες, τὰ πάντα cum numeralibus rite construuntur. Sic Herod. VII, 4, βασιλεύσαντα τὰ πάντα ἔτεα ἕξ τε καὶ τριήκοντα, cf. Matth. Gramm. Gr. §. 268. Sed etiam pro simplici πάντας Graeci usurpant οἱ πάντες. Theogn. 273 τῶν πάντων δὲ κάκιστον. Sophocl. Philoct. 46 ὡς μᾶλλον ἢν ἕλοιτό μ' ἢ τοὺς πάντας Ἀργείους μολεῖν. Antig. 1010 ἀνθρώποισι γὰρ τοῖς πᾶσι κοινόν ἐστι τοὐξαμαρτάνειν. Herod. I, 91 καὶ ἔνερθε ἐὼν τοῖσι ἅπασι. V. 5. ἀλλ' ὅτι. Graefius dubitat, utrum οἶος pro οἷον accipiendum sit: οὐκ οἶος ὀδύρομαι, τεθνειώς, i.e. ὅτι τέθνηκα: non tantum doleo cet. an magis etiam contorte

construi voluerit auctor: οἶος δὲ οὐκ ὀδύρομαι, τεθνειώς, i. e. ὅτι τέθνηκα, ἀλλ' ὅτι. *Solus non, quod mortuus sum doleo, sed.* Prius sententiam efficit bonam et elegantem, quamvis οἶος pro οἷον displicet: nam hic non locus erat ei elegantiae, qua adj. pro adv. ponitur, ut ap. Aeschyl. Sept. 6 εἷς πολὺς — ὤμνοιτο. Aristoph. Av. 1254 τῆς διακόνου πρώτης ἀνατείνας τὼ σκέλη. Callim. in Dian. 27 πολλὰς δὲ μάτην ἐτανύσσατο χεῖρας, pro πολλάκις, cf. Ruhnk. ad h. l. in Epist. Crit. alt. p. 229, ubi confert Eurip. Iphig. 351, ὅσας χεῖρας. Heliod. VI, 4, πολλοῖς τοῖς ὀφθαλμοῖς περισκοπεῖν, quo l. Zeunius usus est ad Viger. III, 11, 8. Latet hic idiotismus in Mimnermi versu ap. Athen. XI p. 470 B. ἔνθ' ἐπέβη ἑτέρων ὀχέων Ὑπερίονος υἱός, ubi interpretes aliud vehiculum intellexerunt, quum sit *iterum conscendit.* Comparandum etiam est ἐν τοιοῖσδε βοτοῖς pro ὧδ' ἐν βοτοῖς ap. Sophocl. Aj. 448, ubi v. Herm. Boeckhius pro ἀλλ' ὅτι scribens ἄλλο τι, verbum ὀδύρομαι sensu passivi accipit et adolescentem arbitratur nefanda nece perisse, morte fortasse sponte sumta, igitur: *non solus tanquam defunctus deploror, sed alium insuper parentibus reliqui moerorem.* Obstare huic rationi videntur et mortui vitae genus et verba μήτ' ὀδύνῃσι; languet etiam cum illud ἄλλο, tum asyndeton; quare de infelici aliquo casu cogito. Jacobsius: »Οὐκ οἶος valde molestum. An fuit: ΟΥΚΟΥΡΟΣ, non conqueror quod puer exstinctus sum. Ὀδύρομαι junctum cum participio, ut similia λυπεῖσθαι, ἥδεσθαι, ἄχθεσθαι. De ἀλλ' ὅτι quin verum sit, dubitari non potest.« — V. 6. De τοκέσι, ut δρομέσι, Boeckhuis citat Lobeck. ad Phrynich. p. 60 et Buttmann. Gramm. Gr. ampl. T. I p. 197.

9. (52.)

Οὔνομα Θεσμοφάνην με πατὴρ φίλος ἠδ' ἅμα μήτηρ
κίκλησκον, δυεροῦ πρὶν θανάτοιο τυχεῖν.
ἑπτὰ δέ μοι Μοῖραι περιτελλομένους ἐνιαυτοὺς
ἐκλώσαντο μίτοις, ἄτροπα γραψάμεναι.
καὶ μὴν καὶ πάντων με καλῶν, ὅσα παισὶ φερίστοις, 5
πλῆσεν προφρονέως κλεινὸς ἐμεῖο πατήρ.
πάσας γὰρ λοιβάς τε καὶ ὅσσα μέμηλε θεοῖσιν
εἵνεκ' ἐμῆς ψυχῆς οὐ λίπε μειλιχίοις.
καὶ γάρ μ' Εὐμ[όλποιο] θυηπόλοι, εἰρεσιώνην
[τε]ύξαντες, [μεγάλην ὤπ]ασαν εὐκλεΐην· 10
στέμμα δὲ [καὶ κισσοῖο] Διωνύσου θιασῶται
πυρφόρ[οι εἰς τόδε μοι μνῆμα] κατεξετέλουν.
ἦ] ῥα καλὸν [τέλος ἔστ', εἰ μὴ ψευδ]ὴς λόγος ἀνδρῶν,
παῖδα[ς ἀποθνήσκειν] οὓς φιλέουσι θεοί.
τοὔνεκά μοι, πάτερ ἐσθλέ, φανήσει· μηκέτι σεῖο 15
τειρόμενος γλυκερὴν τρῦχε χρόνῳ κραδίην.

In tabula marmorea Athenis deportata; in domo Comitis Guilfordi. — Boeckh. n. 956. — V. 2. cf. n. 151. Mirum est, quod ante mortem nomen datum dicitur, quasi fuerit novum nec sine supersticione impositum. — V. 5. ΚΛΙΗΕΝ, Blomfield κλαῦσεν, quod languet. Quod olim conjeci καὶ μὴν καὶ, est in epigr. ap. Boeckh. n. 1187, 3. Boeckh. emendat ναὶ μὴν. Idem his verbis interpretatur: „Quae contingunt optimis pueris, iis me impertiit pater defunctum, omnis generis libationes grataque munera animae meae piandae causa offerens diis propitiis (μειλιχίοις vs. 8, ad quod ex prioribus supple θεοῖς). Jam haec speciatim enumerantur. Sic Eumolpidae εἰρεσιώνην ei confecerunt, hoc est h. l. coronam ad ornandum defunctum." Cf. Al-

ciphr. III, 37. — V. 9. 10 supplevit Blomfield. *μεγάλην* tantum pro *ἱερὴν* dedit Boeckh. *ΜΕΤΜ... μ' Εὐμόλποιο, μοι* per synizesin, ut Eurip. Bacch. 811 Herm. *σ' οὐ φθονῶ*. Cf. Elmsl. ad Med. 56. — V. 11. De simili re dicitur, quam Dionysiaci thiasotae perfecerint; in eorum societatem Thesmophanem introductum esse non male conjicit Walpol cll. loco Isaei de Astyphili hereditate p. 248. Boeckh. Blomfield *κἀκ μύρτοιο*. Myrtea est mystarum corona, Aristoph. Ran. 329 cf. Schol. *στέμμα*, de coronis Apollinis, Aesculapii, Cereris aliorumque deorum obvium, cum aliis rebus ad ornatum Bacchicum pertinentibus memoratur in Agath. ep. 31. — V. 12. *πυρφόροι*, *faces gestantes*, ut Eurip. Tr. 348. Phoen. 1386. Blomfield. *πυρφόροι εἰς Ἅιδαν μνῆμα κατεξετέλουν*. Boeckhii est *ἐς τόδε μοι μνῆμα*. Compositum *κατεκτελέω* nondum noveramus; habent lexica *ἐναποτελέω*. — V. 13. Blomf. *καλ[ὸν] ἐκεῖ [βίοτον λαμπρόν τ' ἔχω, ὦ]ς λόγος ἀνδρῶν*. Boeckh. ex Müller apographo *ΡΑΚΑΛΟΝΕΕΙ*, unde supplet *ἦ]ρα καλὸν [σ]έ[βας εἴμ', εἰ μὴ ψευδ]ὴς λόγος ἀ*. Haud magis certum esse contendo, quod ipse conjeci. — V. 14. Walpol. nihil nisi *ΠΑΙΔΑ* ante lacunam, Müller *ΠΑΙΔΑΣΥ*, Hughes. *ΠΑΙΔΑΣΝ*. Walpol. *παῖδα νέον θνήσκειν, ὃν φιλέουσι θεοί*, vel *παῖδας ἴμεν κατὰ γᾶς*. Idem versum Menandri (p. 48) affert: *Ὃν οἱ θεοὶ φιλοῦσιν, ἀποθνήσκει νέος*. Juvenis mortuus Append. n. 219 dicitur *θεῷ φίλος, οὐκέτι θνητός*, itemque alius n. 306 *θεοῖς φίλος ἔνδοθι κεῖσθαι*. Boeckhii assumsi scripturam; *οὓς* tamen non videtur verum; legitur enim *ΩΣ*. — V. 15. paulo obscurior est; ut habetur, sensus hic est: *Quapropter, quum ego diis dilectus sim, tu quoque, qui bonus sis, mihi aliquando apparebis: noli igitur moerore confici.* Sed expectes potius tale quiddam: *Tu vero, pater, donec mecum rursum conjungaris, noli te macerare.* Boeckh. Num eo refertur illa consolatio, quod non omnes novae post mortem vitae participes fieri

credebantur? num verba *μοὶ φανήσει* ad formulam spectant, qua qui beatorum domicilia primum intraret, divino splendentia lumine (v. n. 22, 5), suis qui antecessissent *apparere* diceretur? Hoc si ponimus, puer, quum pater piis officiis pro anima ejus functus esset, ad beatos se migraturum sperat, ita ut illius aspectu, quem eodem perventurum esse non dubitat, aliquando denuo fruiturus sit. Ita explico verbum *τοὔνεκα*. Nihil efficias comparando Sapphonis dicto ad indoctam mulierem: *ἀλλ' ἀφανής κὴν Ἀΐδα δόμοις φοιτάσεις, πεδ' ἀμαυρῶν νεκύων ἐκπεποταμένα.* Jacobsius: „Hunc v. integrum esse non puto; nihil tamen reperio quod probari possit." — V. 16. *χρόνῳ, diu.*

10. (42.)

Αὐρη]λία Ζμύ[ρ]να χαῖρε.

Ζμύ]ρνης οὗτος ὁ τύμβος, ὃν εἰσο[ράᾳς, π]αροδῖτα,
ἔστι π]αρὰ φθιμένοις ἀέναος θάλαμος.
ἣν γονέες πενθοῦντες ἐπὶ τριόδου κατέθαψαν,
ἑξαέτιν λυγρὴν μοῖραν ἐνεγκαμέ[νην.

Olim Athenis, ubi transcripsit Mustoxydes; hujus schedas communicavi cum Welckero, qui edidit Spicil. epigr. II p. 19. Postea iterum transcripsit Müllerus in aedibus Guilfordi Comitis. Litterae sunt inconcinnae et obscurae. Boeckh. n. 1003. A quo quae acute restituit et supplevit mutuatus sum. Nituntur ea Mülleri apographo, exhibente *ΛΙΑΖΜΥΝΑ* in indice pro *ΛΙΑΣΜΥΝΑ*, vs. 1. *ΡΝΗCΟΥΤΟC* pro *ΡΝΗCΟΥΝΤΟΣ*, vs. 4. *ЄΖΑЄΤΗΙΑΤΡΡΗ* pro *ЄΖΑЄΤΗΙΑΤΡΡΗ*, quae dederat Mustoxydes. — V. 1. *Ζμύρνης*, ut *Ζμυρναῖος* ap. Boeckh. n. 1590, *Zmyrna*, Anthol. Lat. IV, 379 et alibi, *ΖΜΥΡΝΑΙΩΝ* in numis, de qua scriptura v. Diar. Jenens. 1811 n. 115 p. 339 s. Osann. Inscr. p. 201 et Passov. de vestigiis coronar. Meleagri et Phil. in Anthol.

Const. Cephalae 1827 p. 7. Σμύρνα Boeckh. n. 1152. Jacobsius eleganter ὁ τύμβος ὁ νείατος, ὦ παροδῖτα; sed in ultima littera ω verisimilius est latere CO. — V. 2. Sepulcra in triviis v. Epitymb. n. 475. 577. 694. — V. 4. Jacobsius proposuerat ἕζη ἔτη πίσυρα, Niebuhrius ἑξαέτης δ' ὑγροῦ μοῖραν ἔνεγκα μόρου. Verum dat Boeckhius ex collatis in utroque apographo PP et Π post AT, λυγρήν. Idem scripsit ἑξαέτη, quae forma alibi etiam legitur, ut in Append. Jacobs. n. 287. Ductus finales HI etiam ex IN ortae esse possunt. Μοῖραν ἐνεγκαμένην, ut n. 53, 2 σωφροσύνης βιότῳ κῦδος ἐνεγκαμένην cf. Jacobs. Append. n. 328. 329, vel καρπὸν ἀειραμένη ibid. 331.

11. (3.)

[Φεῦ, φεῦ, ὠκύμορος βίοτον] φίλον ὤλεσα Πρίσκος,
ἕβδομον [ἡνί]κ ἔτος κακὸν ἤλυθε· δὴ τότε γάρ με
δακρυόεις Ἀΐδης σὺν Ἐρι[νύ]σιν ἠΐστωσεν.
τύμβος δὲ στονόεις ὅδε [μ'] ἴσχει, ὅς ῥα τέτυκται
ἀγχοῦ Νυμφάων, ὅθεν ἀ[ρδεται] ἄστυ Ἀθήνης,
πᾶσιν ἀγγελέειν με παρο[ῦσιν ἐπ]εσσομένοις τε.

Athenis. Boeckh. n. 997, ex schedis Fourmonti. — V. 1. Boeckh. supplet Τερπνῆς ἄνθας ἐφηβείης. Quod posui invenit Graefius p. 699. — V. 2. Pro ἡνίκα, quod mecum scripsit Boeckhius, Graefio in mentem venit ὁππόκ', dialecto aliena ut ipse intelligebat. — V. 3. CTNEPEIA.CIN, Ἐρεινύσιν, unde Ἐριννύσιν, quum emendatio certa et obvia me fugisset, quamvis in eandem et ipse vix emisso libello meo incidi, restituerunt Jacobsius atque Graefius. Simplex ν legitur Epitymb. num. 188, 5, ubi conf. Jacobs. num. 377, 7. 745, 5. Inscr. Triop. I, 39 ap. Boeckh. n. 916 et Etym. M. s. v.; quam scripturam etiam Aeschylo ex codd. et etymologica ratione vindicavit Brunckius ad Sept. c. Th.

490, et Sophoclis libros meliores repraesentare nuper observatum est. Furiae autem πάρεδροι sunt et quasi administrae Plutonis, mortem inferentes, ut Epitymb. n. 188: Πένθιμος ἀλλ' Ἀΐδης ἐπεκώμασεν, ἀμφὶ δ' Ἐρινὺς Φοίνιος ἐκ στομάτων μόρσιμον ἧκεν ὄπα. Vel maxime huc pertinent etiam Himerii loci, a Graefio allati, Or. 23 §. 7. p. 778, ubi pater Erinyas de filii morte accusat: τίς Ἐριννύων τὸ παρειῶν ἄνθος ἐσύλησεν, et p. 774, ubi puerum Ἐριννύων καλλώπισμα appellat, qui antea καλλώπισμα fuerit Χαρίτων. Cf. Aristoph. Ran. 472. Append. n. 384, 7 Ἐρινὺς αἱμορρύτοιο νόσου. Boeckhius duabus mutatis litteris posuit Ὀρειάσιν, puerum cogitans in monte morte oppressum, et in vicinia Nympharum, quae rapuissent, sepultum. At ejusmodi raptus desidero exempla. Rapiunt Najades Jacobs. Append. n. 287, 7: ἥρπασαν ὡς τερπνὴν Ναΐδες, οὐ Θάνατος, quem versum in hunc modum scriptum ex ipso cippo Winckelmannus etiam edidit H. A. III, 1, 12. — V. 4. Pronomen supplevit Boeckhius, Graef. ὅδε γ' ἴσχει, Jacobs. ὁδ' ἐνίσχει. — V. 5. Ante ἄστυ Boeckhius ut ego olim, αἰεί. Niebuhr. et Graef. ἀγλαόν. — V. 6. ἀγγελέει με. Niebuhr. V. 5. 6. obscuri erunt et impedita insuper structura erit, nisi expulso infinitivo ἀγγελέειν scripseris: ὅθεν αἰεὶ ἄστυ Ἀθήνης πᾶσιν ἀπαγγελέει με παροῦσιν τ' ἐσσομένοις τε. Sententia haec est: *Unde (ex hoc monumento) Athenae meum nomen semper nunciabunt iis, qui nunc sunt et qui posthac erunt.* Boeckh. Lege πᾶσιν ἵδ' ἀγγελέειν με παρόντεσιν ἐσσομένοις τε. *Omnibus vide me et praesentibus et futuris (viatoribus) annunciaturum.* Certe post IN facile IΔ excidere potuit, nisi fortasse infinitivus ab omisso in fine versu pendebat. Fingo mihi sepulcrum circa fontem et ad viam, paulo remotius ab urbe situm, unde primum, in quod viator incidit, urbem quasi nunciat. Graef. Postremos versus sic scribi malim:

ὅς ῥα τέτυκται
ἀγχοῦ Νυμφάων, ὅθεν ἀτραπὸς ἄστυδ' Ἀθήνης;
πᾶσιν ἀπαγγέλλειν με παροῦσιν ἐπεσσομένοις τε.

Jam verbis ὅθεν — Ἀθήνης in parenthesi positis, infinitivus pendet a τέτυκται. Jacobs. Olim quum a Boeckhio acceptum primus hoc epigramma ederem, Nymphaeum conjeceram in recessu situm fuisse, unde prospectus non pateret ad urbem quamvis vicinam, ita ut viatores ex hac epigraphe discere possent, se in illius esse vicinia, quod Graefio etiam placuit. Atque in hunc etiam sensum posset aliud verbum vel participium (omissa copula) suppleri, unde penderet ἀγγελέειν με. Nunc elegantissimam Jacobsii emendationem, ex qua una tantum littera Δ inseritur, imitatus dedi ἄρδεται. Ita Hom. H. in Apoll. 263 ἀρδόμενοι ἀπὸ πηγέων. Νύμφαι, fons, v. n. 155. Et arridet Jacobsio ὅθεν ἄρδεται, quamquam etiam alia possint substitui v. c. ὅθεν ἀθρεῖς ἄστυ Ἀ. Structura τέτυκται ἀγγελέειν obvia est, v. ad n. 118, 2.

12.

Ὄντως δίζηαι, ξένε φίλτατε, τίς πόθεν εἰμί;
Κῶ[ς] μέν μοι πατρίς ἐστιν, ἔχω δ' ὄνομα Νικομήδης,
Μουσάων θεράπων, ἁδὼν θυμέλαισιν, Ὁμήρου
δόξαις ἐγγελάσας, περίκειμαι νήδυμον ὕπνον.

Athenis, in cippo fastigiato, ap. Gropium, Austriae consulem (1821). Inscr. ant. a Comite Car. Vidua in Turcico itinere coll. 1826 tab. 49, 3. Ejusdem nominis medicus Smyrnaeus est inter Anthologiae poëtas. — V. 2. ΚΩΜΕΝ. Correxit editoris amicus. ΕΙΩ pro ἔχω corrigendum reliquit. ΝΕΙΚΟΜΗΔΗΣ. — V. 4. Letronnius in Diario Erudit. 1827 p. 481 dubitat, Nicomedes tragicus fuerit poëta an comicus. Nunc, ut ex ipso audivi, posteriorem sententiam merito praefert, memor ejus, quod Plato

nius refert, Cratini Ὀδυσσεῖς continuisse ἐπισυρμὸν τῆς Ὁμήρου Ὀδυσσείας. Et late sane post Aristophanem patuit illud comoediae genus, quo fabulae epicae traducerentur: potest etiam quodammodo epica poësis in universum Homero tribui. Vid. Trilog. Aeschyl. p. 484. At multum ab illo tempore distare videtur inscriptio nostra. Jacobsius: „Poëtae tumulo tam vitiosos versus fuisse inscriptos! Ignoscerem v. 2 hypermetro ob nominis difficultatem; sed v. 3 ἀδὼν non concoquo. Saltem ἐφαδὼν exspectabatur."

13. (48.)

Γαῖα μὲν εἰς φάος ἦρε Σιβύρτιν, γαῖα δὲ κεύθει σῶμα· πνοὴν δ' αἰθὴρ ἔλαβεν πάλιν ὅσπερ ἔδωκεν. πατρὶ δὲ σῷ καὶ μητρὶ λιπὼν λύπας, ὑπ' ἀνάγκης ᾤχου ἀναρπασθεὶς ἑπτὰ ἔτη γεγονώς.

Boeckh. n. 1001. Athenis. — V. 1. ἦρε v. n. 148, 4. Σιβύρτις, Siburtius; senescens enim Graecitas nominum exitus ιος et ιον contrahit in ις et ιν, hoc modo infra n. 47 scribitur ῥητιάρις, n. 75 Καρουέντις, Carventius, n. 85 Καρακούττις, in titulo Corcyraeo ap. Mustoxyd. T. II p. 105 et in alio ap. Paciaud. Anagl. Διονύσις, porro Ἀφροδιτάρις ap. Pouquevill. Itin. Graec. T. III p. 86, Ἀπολλινάρις et Ἀπολλινάριος Letronn. Aegypt. sub Rom. imper. p. 471, Φιλημάτιν Boeckh. n. 506, Ἐλευθέριν n. 704, Ἑλλάδις n. 942, Γαλλάτις n. 1656 b, μαρτύριν in Burckhardti inscriptionibus Syriae, Αὐρήλις, Ἰούλις, Δομίτις in testis Nubiensibus a Niebuhrio editis, Λαυρέντις in titulo Christiano Vindobonae in Museo publico. Similis est forma Dorica Νῖκις pro Νικίας. — V. 3. λιπὼν λύπας, formula frequens. V. infra n. 33, 3. 72, 7. 81, 9. Jacobs. Append. n. 136 λιπὼν πατρὶ πένθος ἄληκτον. n. 238 δάκρυα καὶ στοναχὰς λείψας αἰῶνι γονεῦσιν, n. 375 πατρὶ λίπον' ἄχεα, n.

383 τοῖς θρεπτῆρσι λιπὼν ἡλικίης ἔλεον. Similiter Epitymb. n. 229. 289. 343. 348. 363. 483. 488. 527, et in Latinis epitaphiis *linquere querelas*, ut in eleganti illo in Mimam Liciniam v. 16 *reliqui fletum nata genitori meo*. Cf. Burmann. in Anthol. Lat. ad n. 164.

14. (1.)

Δμωὶς δρηστοσύνησι κεκασμένη, οἶσι ποθεινὴ
θρεψαμένοις; τύμβου τοῦδε θανοῦσ' ἔλαχεν.

Athenis in lapide. Δμωὶς sitne proprium nomen an appellativum nescio. Boeckh. n. 939. Inscriptio mitiorem, quae Atheniensium servis esse solebat, conditionem testificatur, de qua re loci classici sunt Demosth. Mid. c. 14. Philipp. 3 p. 65 (111 R.) Athen. VI p. 267 s. Xenoph. de rep. Athen. I, 10 cf. Weisk. p. 60 s. et Petit L. A. II, 6. Legem, de qua orator agit in Midiana, tangit etiam Eurip. Hec. 295, Idem Jon. 856 τῶν ἐλευθέρων Οὐδὲν κακίον δοῦλος, ὅστις ἐσθλὸς ᾖ. Phrix. fr. 10 πολλοῖσι δούλοις τοὔνομ' αἰσχρόν· ἡ δὲ φρὴν Τῶν οὐχὶ δούλων ἔστ' ἐλευθεροτέρα. Melanipp. fr. 6 δοῦλον γὰρ ἐσθλὸν τοὔνομ' οὐ διαφθερεῖ, Πολλοὶ δ' ἀμείνους εἰσὶ τῶν ἐλευθέρων cf. Hel. 738. Humanitas quaedam et lenitas vel verbis τρέφειν, τρόφιμος, θρεπτὸς inest, major quam in nostro *Brodherr*, quum θρεπτῆρες etiam parentes sint. Epitymb. n. 195 θρεψαμένη. Append. n. 348 ὁ θρέψας. Lapis Parisinus Συνέτη τῷ θρέψαντι κ, τ. λ. Eadem est ratio vocis οἰκεύς, quam Lysias Accus. Theomn. p. 362 R. in lege vetere pro eo, qui tunc dicatur θεράπων, usurpatam esse ait, et qua Solon etiam in axibus usus erat. Ammon. v. οἰκότριψ, Δρηστοσύνη vox est Homerica. Componas cum hoc nostro epitaphium in Jacobs. Append. n. 318, ab Juvenatio in T. Liv. Hist. l. 91 fragm. p. 40 latine expressum:

Hippocrates dulci posuit monumenta Philino
Servo haec, omnigenae pignus amicitiae.

Praecedit aliud prolixius in libertum; affectu non caret et illud, quod a Crinagora in suum scriptum est servum, Epitymb. n. 371. Sed talia non ignoro ab eruditis palatis plerumque fastidiri, et multis vitam veterum moresque animadversione atque studio minus videri dignos esse. Qui quidem fortasse non mirabuntur, ubi epitaphia in Anglia a dominis gratis in famulos scripta ab homine ingenioso, cive Americano, introducta in amoenissimam morum descriptionem legerint, ex veterum libris similia excerpi et inter se comparari vix ignoscent.

15. (50.)

Ἀπολλοδώρου ἰσοτελοῦ θυγάτηρ Μέλιττα τίτθη.

Ἐνθάδε τὴν χρηστὴν τίτθην κατὰ γαῖα καλύπτει
Ἱππο[κ]ράτης καὶ νῦν ποθεῖ σε
καὶ ζῶσάν σ' ἐφίλουν, τίτθη, καὶ νῦν σ' ἔτι τιμῶ,
οὖσαν καὶ κατὰ γῆς, καὶ τιμήσω σ' ἄχρι ἂν ζῶ.
οἶδα δέ σοι ὅτι καὶ κατὰ γῆς, εἴπερ χρηστοῖς γέρα, ἐστίν,
πρώτῃ σοι τιμαί, τίτθη, παρὰ Φερσεφόνῃ Πλούτωνί τε κεῖνται.

In anaglypho sepulcrali duas figuras repraesentante — olim Athenis, nunc in Britannia in aedibus Guilfordianis. — Epigramma pessimum. Boeckh. n. 808. Venusta epitaphia in nutrices auctoribus Dioscoride, Callimacho, Theocrito sunt inter Epitymb. n. 456. 458. 633; Dioscoridis etiam in τροφέα n. 178. Quibus adjungamus lapidem, qui exstat in Museo Parisiaco: *απελλης και μητροθεμις οι κλεα(να)κτιδ(ος) την τηθην μελιτειαν λυσανιου ... εκτροφης ενεκεν και φιλοστοργιας της εαυτω .....* In nostro epigrammate Blomfiel-

dius versibus verba metro soluta immixta esse putabat, et versus aliter dispescuit, pronomen *σοί* v. 5 temere abjecit et voci *τίτθη* praefixit *ὦ*. Nos in fine heptametrum dactylicum Stesichorium posuimus, et octometrum ex auctoritate Marii Victorini p. 2519, nec improbarunt Jacobsius, Boeckhius et Niebuhrius. — V. 4. *καὶ* post *οὖσαν*, ex schedis Mustoxydis; deest enim apud Walpolium. — V. 6. *ΠΡΟΤΕΙ* et *ΦΕΡΣΕΦΟΝΕΙ*. n. 54, 6 *ΠΑΡΑΚΟΙΤΕΙ*. cf. n. 59, 10. *ΑΦΡΟΔΙΤΕΙ* Dodwell. T. II p. 170. De *ει* pro *ηι*, *δεκατει*, *αγαθει τυχει*, *τει βουλει* v. Biag. de decret. Athen. p. XXII. Ruhnken. Epist. cr. I p. 166. Boisson. ad Planud. Paraphr. Metamorph. p. 269. Ros. Inscr. vet. p. XLVII. Jacobs. emendat *πρωτίσται τιμαί*, Niebuhr. *πρῶται*.

16.

Γοῦργος χρυσοχόος κεῖμαι πολλαῖσι ποθεινός.

Athenis sub anaglypho. Boeckh. n. 930.

17.

Ἡδίστης τόδε σῆμα θυγατρὸς παιδικὸν ἐστίν.

Athenis. Hughes. Itin. T. I p. 271. Boeckh. 1025.

18.

Ἐξ ἀγαθῶν πατέρων ἀγαθὸς φὼς ἐνθάδε κεῖται.

Olim Athenis, nunc in Brittannia. Boeckh. n. 1026.

19. (35.)

Μάρκος Αὐρήλιος Εὔτυχος Ἀσκλάπωνος Αἰξωνεύς.
Ποτάμιλλα Λευκίου ἐξ Ἀζην[ιέων

. . . . . .

. . . . . .

Ἀλλ' εἰ μάτην οὐ πάντα βουλεύῃ, σαφῶς
ἑτά τ' εἰσάκουε, καὶ λόγοις πεῖραν μαθών,

ζῆθι τὸν ἐπίλοιπον ἐν βίῳ χρόνον καλῶς,
εἰδὼς ὅτι κάτω Πλουτέως τὰ σώματα
πλούτου γέμουσι, μηδενὸς χρήζονθ' ὅλως.

Anaglyphum sepulcrale, in quo mulier sedens, adstante viro; juxta sellam puella. Boeckh. n. 569 Asclaponis nomen invenitur apud Ciceronem et in Walpolii *Memoirs* p. 104. 468. — V. 2. *ἐτά*, quae *vera sunt*. Jacobsius emendat *τά τ' εἰσάκουε*. Sed quum senarii singulis contineantur versibus, littera E per proximorum versuum initialem defenditur. *ΜΑΣΩΝ*, correxi *ΜΑΘΩΝ*. — V. 4. Forma *Πλουτεὺς* utuntur Mosch. III, 133. Diogen. L. IV, 57 in tetrametris in Bionem, et idem in epigr. Epitymb. n. 130, Paulus Silent. ibid. n. 387, Hadrianus Anthol. IX, 137, Incertus in Jacobs. Append. ep. 187, Orph. Argon. 180. vid. etiam n. 22. 93. Est ea aeque ac vulgaris *Πλούτων* a *Πλοῦτος*, ut *Εὐβουλεὺς* fit ex *εὔβουλος*, *Σισυφεὺς* ap. Lycophr. 980 ex *Σίσυφος*, *Δαμναμενεὺς* ex *Δαμνάμενος*, *Διομεὺς* ex *Δίομος*, *Χρυσαορεὺς* ap. Strab. XIV p. 975 ex *χρυσάορος*, *χρυσάωρ*, *Μακαρεὺς* ex *μάκαρος*, v. n. 75, ut omittam *ὑιεὺς* et alia. Substantivorum verbalium in *ος* et *ευς* excitat nubem Lobeck. ad Phrynich. p. 315 s. quibus addi potest *μελεδωνὸς* ap. Herodotum et *μελεδωνεὺς* Theocr. XXIV, 104; *ἡγεμὼν* crescit in *ἡγεμονεύς*, n. 167. Formas *Ἀριστεὺς*, *Ἀμοιβεὺς*, *Ἀλκεὺς*, *Βορεὺς* et rariora quaedam gentilia collegit Huschkius in Anthol. Bosch. T. V p. LXIV s. *Ἀκτεὺς* pro *Ἀκταῖος* habet Tzetz ad Lycophr. 111. De vocabulis in *ης* et *ευς* v. Passov. ad Parthen. p. 61. Pro *σώματα* Osannus voluit *δώματα*, quod recepit Boeckhius. Cum *πλούτου γέμουσι* quidem magis convenit *δώματα*, sed ad *μηδενὸς χρήζονθ' ὅλως* aptius est *σώματα*.

20.

Ἀχιλλέως παῖς στωϊκὸς Θεόξενος
ἐνταῦθα, Πατρεύς, ἀλλ' ἄγαν κεῖται νέος.

Athenis in aedibus quibusdam in columellae basi. Spon. Misc. erud. antiqu. p. 321. Boeckh. n. 880.

21.

Φιλοξένη.

Γῆρᾳ θανοῦσαν τάφος ἔχει Φιλοξένην.

Athenis. Hughes. Itin. T. I. p. 271. Boeckh. nr. 1019.

22.

Νικοκράτους λαγόνεσσιν ὑπὸ χθονίαισι κέκρυπται
σῶμα, κέαρ δ' ἀνόρουσε πρὸς αἰθέρα δῖαν ἀερθέν.
σοὶ δὲ χάρις, Πλουτεῦ ἀκάκηθ', ὡς, εἵνεκα Μοίρης,
πρηὺν καὶ γλυκί]οισιν ἀγ]αλλόμενον μάλα πᾶσιν
υἱὸν Καλλιτύχοιο μένει δῖον φάος ἄλλο,
πρὶν στυγερ . . . . . .

Megaris; ex schedis Fourmonti et Pocockio Inscr. ant. P. I c. 5. s. 7 p. 63 n. 8. Ex illis Osann. Syll. II, 48. Epitaphium est ejusdem Nicocratis, de quo n. 1066, sed sejunctum ap. Fourm. et Poc. fortasse ex alio ejusdem lapidis latere. Epigramma non inelegans est. Boeckh. n. 1067. Cumulata in eundem hominem epitaphia habemus infra n. 59. 81; bina junctim posita in Plutarchum Megarensem ap. Boeckh. n. 1080 (Jacobs. Append. n. 163) et in cippo quadrilatero hortorum Borghesianorum in Petroniam Musam, cujus ea facie disjunguntur. Grut. p. 1118. Jacobs. Ap-

pend. n. 338 et 349 *). Cf. etiam Anthol. Lat. IV, 201. — V. 1. Osannus confert Nonni λαγόνες χθόνιοι. — V. 3. Fourm. (etiam ap. Osann.) ΑΚΑΚΗΘΩΙΣΙΝΕΚΑ, unde lectio nostra lenissima correctione prodit. Boeckhius inserto ε, ex Pocockii monstris ΑΚΑΚΗΘΕΟΙΣΑΝΙΝΚΑ sumto, scripsit σοὶ δὲ χάρις, Πλουτεῦ, ἀκάκῃ θεῷ, in quo tamen adscripta dativo littera Jota, quae hac aetate omitti solet, ipsum offendebat. Offendit etiam cum forma insolentior ἀκάκης, tum abrupta sententia. Mercurius ἀκάκητα est qui nil nocet, immo malum arcet a gregibus, ut Prometheus ἀκάκητα beneficus est, *innocens*, *qui nihil mali patravit*, et *magnis potius beneficiis homines sibi obstrinxit*, interpretante Wolfio ad Theogoniam. Quare Pluto hic ita appellatus videtur ingeniose, quasi qui beneficio suo et provida cura Nicocratem, annuente deo, sive quum hoc esset in fatis, matura morte a vitae aerumnis servaverit ac liberaverit, **) ut valeat in eum, quod iuvenis ait in epitaphio Append. n. 219: πέπαυμαι Νούσων καὶ καμάτοιο καὶ ἄχθεος ἠδὲ πόνοιο. Philoctetes ap. Aeschylum mortem invocat ὦ Θάνατε Παιάν, fragm. 230, et plenius, auctore non nominato, ap. Plutarch. T. II p. 106. cf. Wakefield. ad Soph. Philoct. 788, qui Aeschylī non memor erat. — V. 4. Fourm. ΠΡΗΙΝΙΑΙΓΑΤΚΙΩ et post lacunam ΛΑΛΟΜΙΝΟΝ cet. Poc. ΠΡΗΙΝΙΑΝΑΤΚΙΟΥΜΟΙΙΑΓΜΟΙΜΙΝΟΝ cet. unde Boeckh. πρηῦν καὶ γλυκύθυμον, ἀγαλλόμενον. Etiam hic Fourmonti apographum secutus, et retinens ΚΙ (pro ΚΥ), litteram ω

*) In lateribus, et Grutero notante et Zoëga, cithara et lyra sive chelys, undecim illa, quatuor haec chordarum, sculptae sunt. In plintho legitur PETPONIAE MVSAE. Coma Trajani aetatem prodit.

**) Quod gemmae litteris non dubiis inscriptum esse refert Caylus Antiqu. T. IV p. 135 cf. p. VII ΖΗΣΑΙΣ ᾽ΑΚΑΚΙΝ, non potest aliud esse quam ζήσαις ἀκάκην ζωήν.

mutavi in *OI*, quae etiam pro *CI* saepe scripta, et pro *IO* (v. n. 55 not.), menda peperit. *Γλύκιος* pro *γλυκὺς* ap. Sophocl. Phil. 1461 nisi vera, certe antiqua est lectio; *γλύκιον* infra n. 71. Ceterum ad *πᾶσιν* commode accedit substantivum. — V. 6. *πρὶν στυ[γε]ρ[ῆς] ὑπὸ [γῆς, ἐ]νί [γ'] ἀθανά[τ]οισιν [ἐ]ν[άσ]θ[η.* Versus ultimi sententia ex mea conjectura est: *priusquam sub terra habitare cogeretur, in deorum certe sedibus collocatus est.* Sed Buttmannus censet potius legendum esse: *πρὶν στυγερῆς ὑπὸ γῆς ἴμεν, ἀθανάτοισιν ἐσώθη.* Boeckh. Jacobs. *πρὶν στυγερὴν ἴμεν οἶμον ἐν ἀθανάτοισιν ἐμίχθη.* Sententia eadem; sed non satisfacit, quum in antecedentibus, ut in aliis epitaphiis multis, corpori opponatur anima, quorum illud reapse subter terram descendisse v. 1. clare loquitur, dum haec coelum petit. Exspectes vel *antequam vitae amaritudinem senserit*, vel *priusquam culpa aliqua deos unquam habuerit iratos.* Illud tamen praefero, quocum lectiones nostrae *Πλουτεῦ ἀκάκητα* et *γλυκίοισιν ἀγαλλόμενον μάλα πᾶσιν* optime conveniunt. Verba ipsa quae fuerint non invenio. Fourm. haec offert *ΠΡΙΝΕΤΤΙΡΙΙΙΙΟΙΙΟΙΝΙΛΑΘΑΝΑΟΙΣΙΝΙΝΕΙΘΙ*, Pocok autem *ΠΡΙΝΕΙΤΙΙΡΟΛ ΙΤΙΟΙΙΟΙΝΙΛΑΩΑΝΑΝΟΙΙΙΙΒΟΙΟΙ.* In ultimis ductibus videtur esse *ἀθανάτοισιν ἐν. οἴκοις (μένει).* *Ἀθάνατον αἰθέρα, κήπους ἀθανάτους* habes ap. Eurip. Hel. 1022, Jon. 116.

23. 24.

Τὸν πᾶσιν ἡλίκεσσι μειλιχώτατον,
τὸν τοῖς καλοῖσι χρηστόν, δυσμενῆ κακοῖς,
δόξαις δ' ἐν ἄστει μυρίαις αὐξούμενον,
ἀστοῖσι καὶ ξένοισιν οἷσιν εὔνομον,
μάρψασα Μοῖρα, σῶμα τήνδ' ὑπὸ χθόνα,
δίδωσιν, ἦτορ δ' οὐρανῷ μετάρσιον.
τοιοῦτο . . . . . Νικοκράτους βίον.

Εἰκοσιὲξ ἀνύσαντα . . . . . ἐνιαυτούς
σφῆλ' ἄτροπος Κλωθὼ Νικοκράτην βιότου,
Νικοκράτην κλυτόμητιν, ἀφ' αἵματος ἀρχιερήων,
πάππου Νικοκράτους, υἱέα Καλλιτύχου.

Megaris; ex schedis Fourmonti. — Duo sunt epigrammata, alterum jambicum, alterum elegiacum, cujus singuli versus jambici partibus ita adscripti sunt, quasi ad eas pertineant; sed dirimuntur signis ϟ et ϟ: Ita vero versus in lapide dispositos fuisse, docet etiam Pocockii auctoritas. — Epigramma jambicum longe pessimum est; alterum praestat: sed utrumque difficile restitutu, nec quae dabo, sunt omnia certa. Boeckh. n. 1066. Non video quaenam dubia reliquerit Boeckhii acumen, nisi quod in posteriore δυσωνύμνους ex mea quidem sententia verum esse nequit, quod apparebit comparanti quae ad n. 22, 3 annotavimus. Laudem potius litteris perdite nimis scriptis inesse suspicor.

23. v. 5. αὐξούμενον barbarum est, haud dubie tamen verum. — Ceterum v. 2 metrum vitiosum est, admisso spondeo quarta in sede; quod etiam v. 7. in voce Νικοκράτους factum videtur. Boeckh. — V. 2. nota καλοῖσι pro ἀγαθοῖσι. ϹΥΝϹΝ ΘΝ., εὔκομον; — V. 5. τήνδ' ὑπὸ χθόνα ut n. 32, 17. — V. 7. ΙΩΠΙΛΛΛΞ (pro Ξ est alius character), quod Osannus etiam ex Fourmonti schedis habet p. 292, non facile est expeditu. Versum expleret τοιοῦτον ἴσθι τὸν βιόν.

24. v. 1. Non sine causa praetuli εἰκοσιὲξ alteri εἴκοσι ἐξανύσαντα. Δυςώνυμνος, ut νώνυμνος; δυςώνυμοι ἐνιαυτοὶ sunt *anni omine infausto peracti*, quod mors immatura subsecuta est. Melius inveniant alii. Boeckh. V. 2. ΦΙΛ quid esse posse nisi ϹΦΗΛ, non intelligo. Ut σφαλῆναι ἐλπίδος dicitur, potest etiam σφάλλειν τινὸς dici. Ἄτροπος Κλωθὼ est *inexorabilis, immutabilis* Clotho, quod nomen Ἀτρόπου

sorori alias proprium. Boeckh. Soph. Aj. 452 ἡ θεά μ' ἔσφηλεν. — Μοίρῃ ὑπ' ἀτρέπτῳ infra n. 29, ἄτροπος νόμος n. 34, 5. cf. 9, 4.

Nihil in epitaphiis frequentius, quam hoc ad terram rediisse corpus (σῶμα, δέμας, ὀστέα, ῥέθεα, ἔλυτρον), unde venerit, in coelum sublatam esse animam (ψυχὴν, ἦτορ, κέαρ, πνεῦμα, πνοήν); sed sententia nec est eadem, et in multis parum definita. Pythagoras quum, Cicerone teste N. D. I, 11, docuisset, *animum esse per naturam rerum omnem intentum et commeantem, ex quo nostri animi carperentur*, consentaneum erat, ut defunctorum animi, corpore soluti, ad aetherem revolverentur. Quo tum accedente vetusta illa et ex intimo animi sensu petita persuasione, vere immortalem esse animum et indissolubilem, efficitur illud, quod Empedocles v. 396 docet, si modo Empedoclea haec genuina sunt, quae etiam in Carm. aur. v. 70 leguntur:

Ἦν δ' ἀπολείψας σῶμα ἐς αἰθέρ' ἐλεύθερον *) ἔλθῃς,
ἔσσεαι ἀθάνατος θεός, ἄμβροτος, οὐκ ἔτι θνητός. **)

Absque immortalitatis spe foret, animae reditus ad aetherem res toto coelo diversa est. Non satis discrevit haec Valckenarius Diatr. p. 54 ss. ubi Euripidis aliorumque poetarum dicta de corpore in terram, anima in aethera revertente cumulat. Poëta enim Anaxagorea philosophia tinctus

*) — *animus, quum exierit et in liberum coelum, quasi domum suam venerit.* Cic. Tusc. I, 22. Non praeferendum igitur ἐλεύθερος.

**) *Deum te igitur scito esse; siquidem deus est, qui viget, qui sentit, qui meminit, qui providet* cet. Cic. de rep. VI, 24. Hieroclis interpretatio ap. Sturz. p. XXXVIII liberius evagatur. De Legg. II. 22 *majores* Cicero ait *eos, qui ex hac vita migrassent, in deorum numero esse voluisse.*

aliud interdum quam pii epitaphistae, pro diversa personarum indole, dicere vel mente certe complecti videtur, et quidem cum plurimis suae aetatis, Platone teste Phaed. p. 80 D. Scilicet philosophorum dogmata inde ab Anaximene vigentia, aërem esse deum, principium esse aërem, unde omnia fiant, in quod omnia resolvantur, *οἷον ἡ ψυχὴ ἡ ἡμετέρα, ἀὴρ οὖσα, συγκρατεῖ ἡμᾶς, καὶ ὅλον τὸν κόσμον πνεῦμα καὶ ἀὴρ περιέχει, λέγεται δὲ συνονύμως ἀὴρ καὶ πνεῦμα* (Plutarch. de placit. philos. I, 3), dubitationem pepererunt et errores. Epicureis anima ex aëre, igne, spiritu et sensu mixta et composita (Plutarch. ib. IV, 3) in aërem diffusa ocius perire visa est, quam nebula fumusque dissolvuntur. Lucret. III, 437 (cf. Bayl. v. Lucret. not. O); quam sententiam vel in oraculo serioris aetatis ap. Stob. Ecl. I, 52, 42 p. 996 Heeren. deprehendimus: *ψυχὴ δὲ πρὸς αἴθραν Σκίδνατται* (*διαπεφύσηται*, Plato l. l.), *ὁππόθεν ἦλθε, μετήορος αἰθέρ' ἐς ἁπλοῦν*. Et Epicurei quidem qualia in cippis suis scribi voluerint, vides n. 59. 60, si tamen aliquid scribi voluerunt, neque cum Maecenate consenserunt, cujus verba sunt ap. Senec. Epistol. 92: *Nec tumulum curo, sepelit natura relictos.* Ceterorum autem hominum in epitaphiis aether est *coelum, in quo certum definitum locum esse bonis, ubi beati aevo sempiterno fruantur*, Cicero ait in divino illo Somnio, de rep. VI, 13. In hunc sensum accipe verba in epigrammate egregio in Athenienses ad Plataeam occisos, ad ipsius Empedoclis aetatem pertinente, v. 5 *αἰθὴρ μὲν ψυχὰς ὑπεδέξατο, σώματα δ' αἶα*, et Aristotelis haec in Epitaph. in heroas Homericos v. 1 *ψυχὴ δὲ θανόντος Ἀέρ' ἐς ὑγρὸν ἔβη, σῶμα δὲ πόντος ἔχει*. Speusippus in epigr. in Platonem Anthol. Pal. III, 31, quod imitantur Anonymi ibid. VII, 61. 62, *ψυχὴ δ' ἰσοθέων τάξιν ἔχει μακάρων*. Varias epigrammatum formulas et sententias ut inter se comparemus, a re non videtur alienum, quod tamen faciemus ita, ut temporis ratio omnino non

habeatur. Alii voce οὐρανὸς utuntur, ut Noster n. 23. Jacobs. Append. n. 189 ψυχὴν δ' ἐκ μελέων οὐρανὸς εὐρὺς ἔχει. Anthol. Pal. VII, 672 ἔχει κλυτὸν οὐρανὸς ἦτορ. cf. n. 87; n. 252 πνεῦμα λαβὼν δάνος οὐρανόθεν, τελέσας χρόνον ἀνταπέδωκα; ut ap. nos n. 13 πνοὴν δ' αἰθὴρ ἔλαβεν πάλιν ὅσπερ ἔδωκεν, Anthol. VII, 337, 7 ἐς οὐρανίους γὰρ ἀταρποὺς Ψυχὴ παπταίνει σῶμ' ἀποδυσαμένη. n. 363 ψυχὴ δὲ κατ' οὐρανὸν ἦχι περ Ὀρφεύς, ἦχι Πλάτων κ. τ. λ. Anthol. IX, 207 ὄφρα κεν εἰςαφίκηαι ἐς οὐρανίους κενεῶνας, Ψυχὴν ὑψικέλευθον ἐλαφρίζων ἀπὸ γαίης (cf. n. 208 et X, 88). Alii *sedem dei* sive *Jovis* appellant, nt Noster n. 34 ψυχὴν ἐς αἰθέρα καὶ Διὸς αὐλάς, alius n. 112 βῆ δ' ἐς θεὸν αὐτός, n. 89 πρὸς τὸ θεῖον ἡ ψυχή, Append. 119, 9 ἐκ ῥεθέων δ' ἀναστείχων ἔβη Διὸς οἶκον. Anthol. VII, 570 ἀθάνατοι μὲν Αὐτὸν ἔχουσι θεοί, cf. n. 673. Append. n. 216, 6 καὶ με θεῶν μακάρων κατέχει δόμος κ. τ. λ. (praecedit ψυχὴ δὲ κραδίης δράμ' ἐς αἰθέρ' ἐπείκελος αὔρῃ), v. 11 οἰκεῖν ἐν μακάρεσσι καὶ οὐρανὸν ἀστερόεντα, ap. nos n. 65 ψυχὴ δὲ σύνεδρος ἀθανάτων. Epitaphium mutilum mulieris sacerdotis Argivae ap. Boeckh. n. 1152, 13 καλὸν δὲ λέλογχα Χῶρον καὶ τὰ θεῶν δώματα χρυσόγλυφα. Sunt qui *Olympum* cum coelo permutent, ut Anthol. VII, 362. 678; alii ἀστέρας οἶκον beatorum locum nuncupant, ibid. n. 64, χῶρον εὐσεβέων multi, v. ap. nos ad n. 36, ἡρώων χῶρον, n. 47, ἡρώων ἱερὸν δόμον, Append. n. 269, 7, vel τῶν ἡμιθέων, ibid. n. 219, 9, ut Theocritus Anthol. VII, 659 σοὶ μὲν ἕδρη θείρισι παρ' ἀνδράσι, vel μακάρων πεδίον, ap. nos n. 30, μακάρων ἀέρα, Append. n. 244. 313, μακάρων νῆσον, sive Ἠλύσιον, non propria verbi vi, sed poetice, v. ap. nos n. 55, 9, Anthol. VII, 690, Append. n. 224. 278 (cf. Marcellus, veterum mythorum auceps, in dedicatione statuae Regillae v. 8. et 58), eoque spectat etiam in sarcophagis typus pervulgatus, Nereidum caterva cum Tritonibus (cf. ad n. 90), denique αἰθέριον πόλον invenimus, Append. n. 273. Alius ibid. n. 290. de quo v. Boeckh. n. 1656,

ψυχὴ δ' ἐς τὸ δίκαιον ἔβη, ut ἐς τὸ χρέων ἀπιέναι ap. Plutarch. Theaetetus in Append. n 36 locum omnino non nominat: ἦ ῥ' ὅγε καὶ κεῖθι ζώει ἐν εὐθυμίῃς. Similia ap. Latinos poetas v. Anthol. Lat. IV, 13, 15 et 18 ss. n. 29, 4. 37. 48, 5. 139, 5. 141. 146, 3 ubi v. Burm. 153, 3. 202. 206, 4. Aliam doctrinam ex Aristoph. Pac. 828 discimus:

Οὐκ ἦν ἄρ' οὐδ' ἃ λέγουσι κατὰ τὸν ἀέρα,
ὡς ἀστέρες γιγνόμεθ' ὅταν τις ἀποθάνῃ.

Quibus affinis est notio in epigrammate in Gallia reperto, quo usi sumus ad n. 22, Jac. Append. n. 219, 9:

Ἐν δὲ τεθνειῶσιν δμηγύριές γε πέλουσιν
δοιαί, τῶν ἑτέρη μὲν ἐπιχθονίη πεφόρηται,
ἡ δ' ἑτέρη τειρεσσὶ σὺν αἰθερίοισι χορεύει.

25.

Πέντε καὶ ἑξήκοντα ἐτῶν μέγα σῆμα καλύπτει
Εὔτυχον, οἰκονόμον, πολλὴν φιλίην πορίσαντα.

In loco Asomatos dicto s. Literines, in Magna s. Maina, prope Taenarum. Ed. Pouquevill. Itin. T. V p. 170 n. 10. Οἰκονόμος credo privatus ille fuit, non reipublicae: etsi publici quoque oeconomi passim habentur, etiam Spartae. Vid. p. 611. Boeckh. n. 1495 Titulus aedium Grimanarum Venetiis ap. Thiersch. Itinerar. Italiae T. I p. 258. μητρι θεων αγγιστει αμεριμνος οικονομος της πολεως ευχη. Cf. Schleusn. Lexic. in N. T. v. Οἰκόνομος.

26.

Εὐφροσύνην ἤσκουν νέος ὢν [καὶ πᾶσιν ἑταίροις
τοῖς] ἐκ γυμνασίου σύντροφος ἁ[πλότ]α[τος].

Θνήσκω δ' ἐν πολέμῳ τιμωρῶν Δελφίδι χώρᾳ·
[πάππου] δ' εἴμ' Εὐανορίδα πατρὸς δὲ Νέωνος.

Thebis. Dodwell. Itin. T. II p. 53. Boeckh. n. 1652. — V. 1. Youngius ap. Dodwell. supplet *καὶ μητέρι τερπνός*, minus bene, quum matris caritas neque juveni inter praecipuas voluptatis caussas esse soleat, neque viri pro patria mortui inter laudes summas censeatur. Niebuhr. conjicit *καὶ Κύπριδος ἔργα*. Graef. p. 663, *καὶ παίγνια κούρων*. Possis etiam *καὶ τερπνὰ πέπονθα*, *πέπονθα* vi perfecti, ut *γέγαθε*, *δέδορκε* ap. Pind. N. III, 32. IX, 41 Boeckh. cf. Matth. Gramm. T. II p. 938. Anmerk. — V. 2. In fine *ΑΙ . . . . Α . .* Youngius *ἦν δ' ἐκ γ. σύντροφος Αἰακίδαις*. Thebanum hominem Thebis adolevisse et gymnasium frequentasse sumere licet: quare si gentile nomen aliquod splendidum excidit, nam splendidum fuisse necesse est, ut laudi duci potuerit civi Thebano vel mediocris conditionis, ejus gentis socium fuisse, potest fuisse *Αἰγεΐδαις*, scriptum id ut ap. Pind. Pyth. V, 100. Ad Aegeum enim illo tempore Thebis, unde olim Aegidae Spartam profecti erant, domum aliquam originem suam retulisse, quamvis scriptorum fide non constat, non foret mirum, quum tot ubique vetustissimorum heroum nomina, ut Persei, Herculis, Eurysacis, Telamonis, Alcinoi, familiarum stemmata ornasse videamus. Sed haec omnino ratio non placet. Laus expressa fuisse videtur similis illius, quam legimus n. 5, Euthycritum fuisse *πᾶσιν ἑταίροισιν σύντροφον ἡλικίης*. Pro *ἁπλότατος* substantivum ponerem, si haberem quod per lectionis vestigia liceret. *Τρόπους ἁπλοῦς* praebet Euripides Iphig. A. 927. Boeckhius hoc distichon ita constituit:

Εὐφροσύνην ἤσκουν νέος ὢν [καὶ μόχθον ἀέθλων
τοῖς] ἐκ γυμνασίου σύντροφος ἀ[κροτ]ά[τοις.

V. 3. Niebuhrius et Boeckhius titulum referunt ad Gallo-

rum contra Delphos expeditionem Olymp. 105 ; 3. — V. 4. Young. δήμου. Niebuhr. πάππου, quod confirmat nunc epitaphium Megarense n. 24 πάππου Νικοκράτους, ὑέος Καλλιτύχου.

27.

Χαίροις [ὦ] Σώτηρε καὶ ἐν θνητοῖσ[ι] ποθητέ.

Chaeroneae. Mirum est ΣΩΤΗΡΕ quasi a nominativo σωτῆρος. Anne igitur dictum est σωτῆρος pro σωτήρ, ut ἱέρακος, ἀγῶνος, αἶγος pro αἶξ? Cf. p. 725 b. Hoc si concesseris, probabilem effeceris versum. Boeckh. Lacuna in apographo non notata est. Σώτηρος nomen proprium esse videtur, unde deminutivum Σωτήριχος, et patronymicum Σωτηρίδης.

28. (41.)

Σῆμα τόδ' ἥρωος πατὴρ παρὰ ταῖσδε πύλαισιν
Πυθικὸς ἵδρυσεν παιδὸς ἐπι φθιμένου,
Ῥητροπάλου, πινυτοῖο καὶ ἐς [τέλος ἄκρον ἑλῶντος,
τῆς δ' ἴλα]ροῦ βιοτῆς τυτθὸν [ἐπαυραμένου].

Ante Delphorum portas. Dodwell. Itin. T. II p. 508. — V. 1. Ante πατὴρ excidisse ὁ non dubito. Absorpsit hanc litteram praecedens C. Jacobs. Σῆμα ἥρωος, quod alias ἡρῷον sepulcrum ut ap. Boeckh. n. 916. 1098, Marm. Arundell. n. 17 et 23, ap. Murat. p. 156. 1298, 5, in testamento Epictetae Spartanae, in titulo Naniano, statuae inscripto, ap. Thiersch. Itiner. Ital. T. I p. 264 et antea ap. Paciaud. Mon. Pelop. II, 61. Poll. IX, 15, ἡρῷα, ἡρία, μνήματα. Ἥρως enim illis temporibus fere idem est atque ὁ μακαρίτης, ita ut promiscue utraque voce de marito utatur mulier ap. Alciphr III, 37. Ap. Pouquevill.

Itiner. T. III p. 86, ηρος χρηστε χαιρε, vidua ad maritum. De qua re vid. Jacobs. Authol. T. XII p. 328 s. et Not. crit. ad Epitymb. n. 473, Creuz. Symbol. T. III p. 69 not 48 cf. p. 50. Ex inscriptionibus adde Boeckh. n. 904. 989 1017. 1398. 1629. 1654. 1661 s. Jacobs. Append. n. 170. 269 (ναίω ϑ' ἡρώων ἱερὸν δόμον ut ap. nos n. 48 χῶρον ἡρώων) 307. 376. 381. Epitymb. n. 363. 365. 694. Spon. Miscell. p. 331. 335. 357. Leakius in Mus. crit. Cantabrig. T. II p. 578 heroicis his monumentis semper fere equitis figuram insculptam esse notat. — V. 2. παιδὸς ἔπι. Genitivum adverte. Leonidas Epitymb. n. 547 τὰν στάλαν ἐχάραξε Βιάνωρ οὐκ ἐπὶ ματρί. n. 537 ἠρίον οὐκ ἐπὶ πατρί. n. 241 Μυρία τοι, Πτολεμαῖε, πατὴρ ἔπι, μυρία μάτηρ Τειρομένα ϑαλερούς πλοκάμους, ut ibi scribendum puto Infra n. 53, 4 δακρυχέων ἐπ' ἐμοί. Nostro convenit cum Antipatro Sidonio Epitymb. n. 218, 11 ἧς ἔπι cf. Jacobsii Not. crit. p. 270. — V. 3. ΡΗΤΡΟΙΠΑΛΟΥ, non correpta antepenultima, sed vitiose secundum pronunciationem vulgarem scripta, ut ΙΠΠΟΥΛΙΤΟΣ legitur in inscriptione Aegyptiaca ap. Walpol. *Memoirs* p. 471, *Zabulus*, διάβολος, ap. Lactantium, et *Taurubulae*, insula prope Neapolin, ap. Stat. Silv. III, 1, 129 exstat, pro Ταυροβόλαι (Ταυροπόλαι puto; Ταυροβόλος enim et Ταυροπόλος audit Diana). Cf. etiam n. 57, 4. Graefius p. 659 in nominis locum adjectivum ponit εὐτραπέλου, vel ῥητροπάλου, quod compositum censet ex ἄπαλος et ῥήτρη, loquela, ῥήτρη εὐκέλαδος ap. Christod. 241 (unde ῥητροσύνη), ut rectius scribendum fuerit ῥητράπαλος. Mihi ῥητρόπαλος ad imitationem verborum σακέσπαλος et ἐγχέσπαλος formatum videtur, nec dubito nomen esse proprium. Supplementum debetur Jacobsio. Youngius dederat: καὶ ἐσϑλοῦ, ὃς ἐνϑάδε κεῖται, Τῆς νεαροῦ βιοτῆς τύτϑον ἐφαπτόμενος. In quibus ὃς languere et molestum esse dactylum in hac sede sic conglutinatum Jacobsius animadvertit.

Graefius: *ἐσθλὸν λῆμα λαχόντος Φεῦ νεαροῦ β. τ. ἐπαυρ-ραμένου.*

29.

Φῶτα θεοῖς ἴκελον, στυγερῶν ἰήτορα νούσων,
Μοίρῃ ὑπ' ἀτρέπτῳ Κιμβέρα τύμβος ἔχει·
ὃν πινυτὴ παράκοιτις ἀνιήρόν, παροδῖτα,
θάψεν ἀκοιμήτοις δάκρυσιν, Ἀνδρομάχη.

Triccae, quae hodie Triccala, in Thessalia, olim Aesculapii templo antiquissimo et nobilissimo clara. Strab. IX p. 437. Edidit Hughesius in Itinerar. Siciliae et Albaniae T. I p. 451. 1820., et eodem anno Pouquevillius in Itiner. Graeciae T. III p. 32; tum ex hoc Osannus Inscript. p. 227, qui legit. *φῶτα θεοὶ Σίκελον στυγερῷ νείκει ἀπάγουσιν*, tum v. seq. *Κίμβερ ἄτυμβος*, de cenotaphio cogitans. — V. 1. *θεοῖς ἴκελον*, *θεοείκελον ἱεροφάντην* Jacobs. Append. n. 145. Plato *θεοείκελος* in Christodori Ecphrasi, et Zenodotus philosophus Epitymb. n. 363; *ἰσόθεοι Μελαμποδίδαι* infra n. 177, *ἀοιδός — θεοῖς ἐναλίγκιος αὐδήν*, Odyss. IX, 5. — Pouquev. *ΙΗΠΟΡΑΙΟΥCΙΝ.* Hugh. *ἰήτορα νούσων.* Cimbri vel nomen vel cognomen obvium est. Sunt apud Ciceronem Cimber histrio, L. Tullius Cimber, Caesaris olim amicus, tum percussor, C. Annius Cimber, de quo fuse docteque nuper disputavit Huschkius, alii apud Gruterum et Muratorium; inter quos *Cimber Liviae.* — V. 3. Hugh. *φίλ' ὀδῖτα*, Pouquev. *ΠΟΟΙΡΑ*; Osann. corrigit *ποθέουσα.* — V. 4. *ΑΝΟΛΟΜΑC.* Anglus ex conjectura puto dat *Ἀνδρομάχη. Δάκρυσιν*, sine praepositione, ut *ὀλολυγῇ χεῖρας ἀνάσχειν* Iliad. VI, 301. Pind. Nem. X. 141 *στοναχαῖς ὄρθιον φώνασε*, ubi Dissenus meus confert Il, *ω*, 696 Od. *ω*, 416. Vid. infra n. 39, 6.

30. (9.)

Ἥδε πέτρος κεύθει Γραφικοῦ δέμας, ε[ἰς μακ]άρων δὲ
ψυχὴν θεσπεσίην θῆκε θεὸς πεδίον.
οὕνεκεν ἦν πανάριστος, ἐν ἠγαθέοις δὲ πολίταις
πρῶτα φέρων πινυτῆς κῦδος ἐκαρπίσατο.
εὔξατο δ' αὖ μακάρεσσι καὶ ἱμερτὴν παράκοιτιν
τοῦδε λαχεῖν τύμβου, γήραος εὖτε τύχοι.

Χαῖρε Γραφικέ.

Aegis Macedoniae, nunc Bodena, Vodhena, reperit Leakius, inserique jussit in Diar. Classicum T. XIII p. 334 cf. T. XV p. 164. — V. 1. ἡ πέτρος, rarior forma. Jacobs. Not. crit. in Anthol. p. 327. πρῶτα φέρων; pro πρῶτα φερόμενος in ejusdem Diarii T. XVII p. 388 illustrat Boissonadius in Commentatione Holstenii epistolis annexa p. 442 et Jacobs. in Not. crit. ad Anthol. Pal. p. 431 et 898 s.

31.

Ἰσόν τοι τοκέεσσι Θράσων γέρας ὤπασε τιμᾷ,
Θευγένη, ἀντ' ἀγαθᾶς τοῦτο διδασκαλίας.
ἐσθλ[ὰ] δαεὶς Παιῶνος [ἀ]λεξητήρια νούσων,
οἷς πολλοὺς θανάτου ῥύσατο καὶ καμάτων.
ἀλλά τις αἰνείτω τὸν ἀεὶ χρόνον ἀνέρα τοῦτον,
[ὅς] κε φίλου λάθαν μηδὲ θανόντος ἔ[χοι.

Corcyrae, in lamina aenea sepulcro, fortassean basi statuae in sepulcro positae affixa. Mustoxyd. Illustr. Corcyr. T. II p. 107. — V. 1. Iliad. XV, 439 ἴσα φίλοισι τοκεῦσιν ἐτίομεν ἐν μεγάροισι. Ἴσον τιμᾷ τοκέεσσι, ut πυρὸς βροτοῖς δοτῆρα Aeschyl. Prom. 613, τὰ Ταντάλου θεοῖσιν

ἑστιάματα, Eurip. Iph. T. 376, cf. Seidl. ad v. 174, Matth. Gramm. §. 396 (390). — V. 5. Mustox. male ἀείχρονον, *immortalem.*

32. (23.)

Ὀδῖτα, βαιὸν σάματι σταθεὶς πάρα
μάθοις κεν ἀτρέκειαν. ἴσθι δ' ὡς πατρὸς
Ἀθηνίωνος οὖν ταφῇσι κλῄζεται,
καὶ Μνασέαν αὔδασον οὔνομα φθιτοῦ,
καὶ γνῶθι μύθους, οἷς σοφῶς ἐτέρπετο. 5
*ᾄσεν τὰ κόσμου σεμνά, καὶ δι' ἀστέρων
δι[ῆλθ]ε τὰν αὐγωπὸν αἰθεροδρομῶ[ν
ἀταρπόν· ᾔδει] καὶ γεωμόρων τέχναν,
γραμμαῖσιν ἰχνεύτειραν· *εὖ δ' ἀείδιον
κατεῖδ Ὁμήρου δέλτον, ἃς ἐνὶ πτυχαῖς 10
οὐπιπλανάτας ἐστὶ Λαρτίου γόνος,
καὶ μηνισακαρνια. τῶν ἐπ' ἀτρεκὲς
*ὅδ' ἐξ ἁπάντων ἐσθλὸν ἄρατο κλέος.
νέον δ' ἐν ἀκμᾷ κοῦρον, ᾧ πόρεν τέχναν,
ὁμευν[έτιν τ' ἔλειψε. τε]τρώκοντα δὴ 15
ὑφ' ἁλίῳ πλειῶνας εἰσιδὼν φάος,
ποθεινὸς ἀστοῖς τάνδ' ὑπήλυθε χθόνα.

Corcyrae in aedibus Prossalendae. Marmor valde detritum inter rudera Palaeopoleos sive veteris urbis inventum est sub finem seculi praeteriti. Edideram ex solo Dodwelli Itin. T. II p. 506 cll. T. I p. 34, qui pessimo usus est apographo, ita, ut plures loci non viderentur conjectura tuto sanari posse. Post me, sed meo tum nondum conspecto altero Spicilegio, prolixe de hoc carmine disputavit Graefius p. 630—47; tractavit etiam Osannus Auct.

Lex. Graec. p. 66. Antea ediderant Schinas in Diario, cui index Ἑρμῆς λόγιος 1812 p. 46, et Mustoxydes Illustr. Corcyr. Tom. II 1814 p. 115 cf. T. I p. 144. Graefius in universum ita judicat: „Vides vel inter lacunas et luxationes prodire carmen, si orationem et versum spectas, elegantissimum, si metri genus et Doricam dialectum, immistis rarioribus formis, exquisitius, imo rarissimum, cui vix simile alterum per totam Anthologiam componas, scriptum illud in Mnaseam, Athenionis filium, Astronomum, Geometram et doctum Homeri interpretem, hominem civibus suis vel post fata carum et desideratum. Quis hic Mnaseas fuerit non definio; nomen est frequens. Si hariolari velis, propter Astronomi, Geometrae et Grammatici, qua Noster functus est, provinciam, cogites fortasse de Mnasea, cujus Geographica celebrantur, Voss. de Hist. Gr. p. 134; aut de illo, qui inter Homeri interpretes occurrit, v. Fabric. Bibl. Gr. I, 336. Villois. Iliad. p. XXX Schol. Odyss. XVIII, 84." Haec Graefius. Mnaseas in Scholiis Homericis memoratus fuit Berytius. Magis in Nostri personam convenit, quod Manetho V, 266 Mnaseam aliquem ait esse:

Ἀστρολόγον πινυτὸν καὶ ῥήτορα καὶ φιλόμουσον·
ῥυθμοῖς καὶ μέτροων ποιήμασιν εὔστοχον ἄνδρα.

1. Schinas *ΒΑΙΟΣ.* Similiter incipit epitaphista Jacobs. Append. n. 157 *Βαιὸν ἐπιστήσας ἴχνος ἐνθάδε τύμβον Ἄθρησον κ. τ. λ.* aliusque n. 236 *Μή μου παρέλθῃς τοὐπίγραμμ', ὁδοιπόρε, Ἀλλὰ σταθεὶς ἄκουε, καὶ μαθὼν ἄπει.* Cf. n. 307, 1. 2. 327, 1. Anthol. Pal. VII, 327. XIII, 23. Theocr. Id. XXIII, 47. *Ὁδοιπόρε, μὴ παροδεύσῃς, Ἀλλὰ στὰς τόδε λέξον.* Ex nostris cf. n. 46. Hinc optime Jacobsius restituit Append. n. 219 *Στῆθι παρερχόμενος τόνδ' ἴχνεσι τύμβον, ὁδῖτα.* Idem in Obss. cr. in Anthol. Gr. 1811 p. 25 ex Murat. p. 2063 excerpit *Tu, qui tendis iter properatim, siste parumper. Si grave non animo est, fataque acerba lege;*

et quaedam alia, quibus add. Anthol. Lat. II, 218. IV, 11. 24. 57. 80. 116. 121. 129. 142. 146. 186. 203. 206. 214. 260. 271. 272. 323. 340. 353. 378. — V. 2 sq. Pessime interpretatur Mustox. — V. 3. Dativi forma *ταφῇσι*, conjuncta illa cum altera *γραμμαῖσιν* v. 9 inter Dorismos obvia, in marmore non magis suspecta videri potest, quam genitivorum duplex forma in *φθιτοῦ* v. 4, *κόσμου* v. 6, et *ἀλέω* v. 16, post *Λαρτίου* v. 11, et acc. *μύθους* v. 5, quo et *οὔνομα* v. 4 et *κοῦρον* v. 14 ut referamus licebit. — De usu verbi *κλήζειν* in inscriptionibus v. Jacobs. ad ep. *ἀδέσπ.* 724. Graev. Mustox. *ΜΕΝ* pro *ΟΤΝ*. — V. 4. Schin. *ΦΘΙΤΟΝ*. — V. 6. Dodw. et Mustox. *ΛΙΜΕΝ*, Schin. *ΔΕΙΜΕΝ*, quod mutavi in *ΛΙΣΕΝ*, quia *μύθους* ad poeticum argumentum, Arateum carmen, pertinere videbatur. Exempla litterae *Μ* pro *Σ* in titulis seriorum temporum v. ap. Marin. Frat. arv. p. 715. Niebuhrius latere censet verbum hac vi *scivit*, *quaesivit*, et Mustox. *μύθους* interpretatus *disciplinas*, nisi metrum obstaret, vellet *δάη μέν*. Osann. *νεῖμεν*. Jacobs. *εὖ μὲν — διεῖδε*. Mustox. *ΔΗΑΣΤΕΡΩΝ*. Schin. *Δ ΑΣΤΕΡΩΝ* — V. 7. Schin. *ΑΠΩΠΟΝ*, quod etsi non alibi invenitur, praetuli Dodwelli et Mustoxydis lectioni *ΠΤΡΩΠΟΝ*; simile est *φλογωπὸς* ap. Aeschylum. Dodw. et Schin. *ΔΙΟΕΡΟΔΡΟΜΩ*, in quo corrigendo cum Graefio consenseram; sed ut adjectivum ad astra retuleramus. *Αἰθεροδρόμων οἰωνῶν*, Aristoph. Av. 1393, epigr. Planud. V, 384 *Κωνσταντῖνον — εἶδες αἰθεροδρόμον*. Atque ita etiam Mustox. qui recte habet scriptum *ΑΙΘ.* et, suppleto *στίβον*, *ὁδὸν*, vertit *contemplò degli astri l'igneo sentiere corrente per l'etere*. Participium posuit Jacobsius, Lobeckii usus annotatione ad Phryn. p. 617. Ab initio versus Jac. Os. Mustox. supplent *διεῖδε*, Niebuhr. *δέῃλθε*; in utrumque et ipse incideram addideramque *ἀταρπὸν*; possis etiam *δεῖξα*. Graefius, jungens haec cum *μύθους* v. 5, ita ut hi mythi ipsa Musaeae studia, illas de rebus coelestibus et terrestribus traditiones

et doctrinas significent, et duplex rerum coelestium et terrestrium argumentum distinguens, nova composita voce δι-φραγέτας, hunc constituit contextum:

ᾗ μὲν τὰ κόσμου σεμνά, καὶ δι' ἀστέρων
δι[φραγ]έταν πυρωπὸν αἰθεροδρόμω[ν,
[ᾗ δ' ἀμφὶ γᾶν τε] καὶ γεωμόρον τέχναν,
γράμμασιν ἰχνεύτειραν.

Non placet in his geometria ad μύθους tracta. — V. 8 Dodw. ΤΕΩΜΟΡΟΝ. Schin. ΓΕΩΜΟΡΟΝ. Mustox. ΓΕΩΜΟΡΩΝ Osannus supplet φλόγ' ἁλίῳ τε. — V. 9. Dodw. ΕΓΑΔΕΙΔΟΙ, Schin. ΕΓΑΔΕΙΝΤΟΙ. Mustox. ΕΓΑΔΕΙΝΔΕΟΙ. — V. 10 omnes ΚΑΔΕΙΔ. Graefius conjicit εὖ δ' ἀηδόνα Κατοῖδ' Ὁμήρου δέλτον, coll. Callim. ep. 47 ubi αἱ δὲ τεαὶ ζώουσιν ἀηδόνες, carmina, et ἀδέσπ. n. 519. Mihi in mentem venit εὐ δ. ἀοιδὸς [ὢν], quia qui versu heroico carmen contexit ad commentaria in poetam componenda aptus est. Jacobsius olim εὐαδῆ δ' ὅλην, si satis firmum sit vocabulum, aut εὐγαθῆ δ' ὅλην, nunc εὖ δ' ἀεὶ νοῖ Κατεῖχ' et εὖ δ' ἀείδιον κατεῖδ' Ὁ. δέλτον. Niebuhrius εὐαδεῖ δ' ὀπί. — V. 11. ΟΠΙΗΛΑΝΑΤΑΣ, negligenter, ut ΜΟΝΟΓΕΝΗ pro μουνογενῆ n. 81, 1. Schin. male ΕΠΙ pro ΕΣΤΙ. Λαρτίου γόνος, ut Λαρτίου παῖς, Sophocl. Aj. 1. 101, τέκνον Λαρτίου ibid. 381. Philoct. 1286. — V. 12. Omnes ΚΑΙ ΜΗΝΙΣΑΚΑΡΝΙΑΤΩΝ. Osann. καὶ μὴν... Jacobs. Graef. et Niebuhrius conjecerunt καὶ μῆνις, et Graef. quidem addit Αἰακίδαο. Jacobs. καὶ μῆνις ἄκρα κοιράνων· πανατρεκὲς δ' ὧδ' ἐξ ἁπ. κ. τ. λ. Mihi periphrasis Ὁμήρου δέλτος ἅς ἐνὶ πτυχαῖς, si ad utrumque carmen spectaret, perquam languere videretur. Apta illa est ad disjunctionem. Mustox. καὶ μὴν ἴσ' Ἀκαρνιατῶν, e però uguale da tutti gli Acarniati per lungo tempo nobile gloria veracissimamente riportò. Dubitat, Mnaseas Corcyraeus fuerit, qui in vicina Acarnania aliquod tempus vixisset, an Acarnan Corcyrae defunctus. Et quum forma gentilicia insolita sit, suspicatur etiam nomen esse terrae

alicujus in ipsa insula. Post illud aenigma scripsi τῶν ἔπι; nam κλέος ἔχειν ἐπί τινος non diversum est ab eo hujus praepositionis usu, de quo loquitur Matth. Gramm. Gr. T. II p. 1162 litt. δ. ε. Mustox. adverbium composuit novum ἐπατρεκές, alii dederunt ἐπ' ἀτρεκές. — V. 13. Dodw. et Schin. ΔΑΘΕΤ, Must. ΔΑΘΕΞ, in quibus Θ non videtur certum, ΔΑ autem facile mutatur cum ΟΔ. Graefius quod olim conjecit, nec ipsi hodie placere suspicor. Jacobsius litterarum apices iterum rimatus ingeniose conjicit: καὶ μὴν ἐς ἄκρον ἦν ἄγων ἐπ' ἀτρεκές. Ὧδ' ἐξ ἁπάντων ἐσθλὸν ἄρατο κλέος. Ἄγων dictum monet ut ἐλαύνων. Pro ὧδ' possit esse ἔνθ' vel ταῦτ', propterea. ἐπ' ἀτρεκὲς periphrasin facit adverbii ἀτρεκέως. — V. 14. Dodw. ΝΕΝΑΕΝΑΚΜΕ, unde quod feceram λίπεν δ' ἐν ἀκμῇ, probarunt alii. Graef. γεννᾷ δ' ἐν ἀκμᾷ. Schin. ΝΕΝΑΕΝΑΚΑΜΑΙ, Mustox. autem ΝΕΟΝΑΕΝΑΚΜΑΙ. — V. 15. ΟΝΗΝΕΤΝ .. Mustox. ΟΝΤΝΕΝ .. Osann. ὁμευνέτιν φίλην τε· Graef. ὁ νήνεεν οἱ χῶμα. Mustox. ὁ νῦν εὐνάζει τύμβῳ, vel ὀνάμενος. Non dubium videtur ἔλειψε, quocum compara ep. Ithacense in Anthol. Append. n. 344 ex emendatione Boeckhii in Prooem. Lect. 1823—24 παιδὶ δε Τιμέᾳ Ἔλλιπε καὶ κτῆσιν καὶ κλέος ἀθάνατον. In παιδὶ δὲ Τιμέᾳ inciderat etiam Graef. p. 645. In fine versus ΤΡΩΚΟΝΤΑΔΗ. Numerale Doricum restituerunt Os. Jac. Graef. cum Mustox. emendasset τριάκοντα. Τετρόκοντα legitur in alia inscriptione Corcyraea ap. Dodw. T. II p. 506 n. 4, in Delphica p. 507 n. 1 (Boeckh. n. 1690), τετρώκοντα in tab. Heracl. τέτορες ap. nos n. 53, Phocylid. fr. 2. Simonid. Epitymb. n. 248. Diotogen. Pythagor. ap. Stob Ecl. I, 8, 10. — V. 16. ΤΠΑΛΙΩ, Dodw. Schin. Must. Ita ΠΑΝΤΙΠΠΟΣ in vase picto ap. Hamiltonum et Dubois Maisonneuve. ΞΑΝΤΙΠΠΗ Append. n. 272. Infr. n. 88, 2. ΕΙΝΕΚΟΜΟΦΡΟΣΥΝΗΣ. n. 190, 1. ΠΟΤΤΠΟ, n. 184, 7. ΠΑΝΤΟΡΑ, ap. Boeckh. n. 1688, 10 ΚΑΤΑ, κατ' ἄ („prorsus Jonice in Dorico titulo" p. 806), quae scriptura inde orta,

quod non semper elideretur vocalis in hiatu, ut n. 5, 4 emaratum est ΤΕΚΕΤΑΙΡΟΙΣΙΝ, ϑ' ἑταίροισιν, n. 19, 15. ΧΡΗΙΖΟΝΤΑΟΛΩΣ, n. 59, 34. ΕΙΠΕΟΤΙ, n. 150, 3 ΤΕΕΚΑΤΙ, n. 183, 28, ΑΙΤΕΕΤΕΟΣ. Dodw. ΠΛΕΙΩΝΑΣΕΙΔΩΝΦΑΟΣ. Mustox. ΕΙΣΙΔΩΝ; quod Niebuhr. Osann. Graef. conjecerant. πλειών, Hesiod. Op. et D. 615 ἐκ πολλοῦ πλειῶνος, Antip. Sid. ep. 13, ubi v. Jacobs. πλείμματος πράτον, Inscr. Dor. ap. Grut. p. 216. — V. 17. Dodw. ΔΕΤΟΙΣ, Mustox. ΑΣΤΟΙΣ. Epitymb. n. 35 φίλος ἀστοῖς, n. 99 τίμιος ἀστοῖς.

33.

Οὐ φυλία κέκ[ληκ]ε τρι[ακο]στῷ λυκάβαντι
[ἡ Μ]ο[ῖρ'] ὠδίνων φόρτον ἀει[ρο]μένην
Πώλλαν, [πολ]λ[ὰ λ]ιποῦσαν ἀπεχϑέα [δάκρ]υα μητρί,
μητέρα [τὴ]ν μήπω πικρὸς [ἔμ]αρψ' Ἀΐδης.

Argis in muris ecclesiae D. Basilii; ex schedis Fourmonti Boeckh. n. 1156. Epigramma esse in mulierem, quae praegnans vel inter partum obierit, vidit Boeckhius, qui correxit apographum et supplevit. Pro ἡ Μοῖρα legitur ΩΝΟ..; quod ex ΦΑΛ factum est, πολλὰ incertum esse fatetur editor. Facit tamen, ut verum esse credam, etiam nomen Πώλλα. Vid. ad n. 56, 8. Atque ita etiam in fragmento, quod praecedit ap. Boeckhium, Τίκτομαι ἐν παγαῖς καὶ οὔνομα τοῦτο καλοῦμαι, nomen spectatur feminae supra scriptae Πηγὴ χαῖρε De nomine Πώλλα v. Hagenbuch. Epist. Epigr. p. 836. — V. 4 μήπω pro οὔπω, ob relativum τήν, Boeckhio monente.

34.

Κἂν τροχάδην βαίνῃς, παροδῖτα, βαιὸν ἐπίσχου.
Ἥβης εν[ϑ]ανα..... χορος, τὸ δὲ σῶμα καλύπτει
γαῖα, λαβοῦσα γέρας τοῦϑ' ὃ δέδωκε πάλαι.

ἡ γάρ μοι ψυχὴ μὲν ἐς αἰθέρα καὶ Διὸς αὐλάς,
ὀστέα δ' εἰς Ἀΐδην ἄτροπος εἶλε νόμος.
τοῦτ' ἔλαχον μέγα δῶρον ὑπ' αὐτῶν Οὐρανιώνων,
Εὐλάλιος, γαμικὸς μοῦνος ἐνὶ φθιμένοις.

Nicosiae, quae caput est insulae Cypri, in sarcophago quadrato, coloris cani, in parvula area juxta Muhametanum templum, Turcici praefecti aedibus proximum. Carmen in majore sarcophagi fronte sculptum parva quadratura continetur. Initium vim expertum est. Viduae Inscripti. ant. p. 34 tab. XXIX, 2. Antea editum fuit epigramma in Ottonis Fr. de Richter *Wallfahrten im Morgenlande* 1822 p. 566 n. 23, cum Franckii et Morgensternii commentationibus p. 643 — 680, sed ex apographo minus scito, ita ut operam perdiderint viri doctissimi, emendando ille ex ingenio, hic autem examinanda collegae explicatione et idoneis argumentis dissolvenda. Neque Franckium ipsum, ab inveniendi et hariolandi ardore, fallaciarum pleno, quem in tali opere nemo facile satis defendit, remissiorem sedatioremque factum, istud commentum diu tuitum esse credo. Primi duo versus, quos in hexametrum contraximus, a tribus distichis, quorum singuli versus integri singulis lineis insculpti sunt, paulo majore spatio sejuncti sunt. Hinc factum est, ut Richterus diversam esse inscriptionem putaret p. 316, in quo falsum esse crediderunt Commentatores p. 647. 645. Nunc vero apparet, priora certe tanquam introitum vulgarem ab epitaphio ipso et integro discernenda esse. Vidua ita edidit:

ΚΑΝΤΡΟΧΑΔΗΝΒΑΙΝΗϹΦΙΛΕ
ΩΠΑΡΟΔΕΙΤΑΒΑΙΟΝΕΠΙϹ[ΧΟΥ.

ΗΒΗϹΕΝ. ΑΝΑ. .. ΧΟΡΟϹΤΟΔΕϹΩΜΑΚΑΛΠΤΕΙ.

In priore lacuna unam vel duas litteras deesse, quatuor vel quinque in altera, notat. Ex antecedentibus verba

φίλε ὦ ejecimus, quae mala sedulitate, qualem n. 6 vidimus, lapidarius in justam formulam intrusit. Praefationem et primum epigrammatis versum, qui quidem solus, ut nunc res est, difficultatem habet, Richterus hoc modo scribit:

ΚΑΝΤΡΟΧΑΔΗΝ. ΔΙΝΗ.
ΗΣΗΑΡΟΔΕΙΤΑ.. Ω
ΔΟΡΟΣΤΟΔΕΕΩΓΙΑΚΑ...

In quo minus miror tot litteras vel male lectas vel omissas, quam ultimum versum, quo ultimi pedes hexametri continentur, quasi initium esset, non suo loco positos, sed ad lineam infra priores. Formam Σ Richterum pro C et Σ pro ϵ pinxisse suspicatus, ex ΕΩΓΙΑ, olim, Franckius quum conjecisset Αἰθέρος ἐς τόδε φῶς Ἰακὰ χθὼν πατρὶς ἀφῆκεν, restitueram CΩΜΑ καλύπτει; in ΗΣ latere ω et ΧΟΡΟΣ (si tamen hoc verum) in ΔΟΡΟΣ quis divinare poterat? — V. 4. Richt. ΤΑΛΑΑ pro ΓΑΙΑ. Idem ΓΟΡΑΣ. Vidua ΓΕΡΑΣ. Scripseram ἃ γ' ὁρᾷς, de imagine cogitans juvenis super coperculo fortasse collocata, ut n. 39, 1 οὐνθάδε, n. 47, 1 ἐσορᾷς με. Boeckh. n. 1030 [ἥτις καὶ μο]ρφὴν ἐτύπωσεν πᾶσιν ὁρᾷν με. cf. Jacobs. Append. n. 327. Sed facilius est, quod nunc cum Jacobsio praefero, γέρας. — V. 4. Ad ψυχὴ intell. ἀπέβη. Possis etiam, cum Morgensternio, corrigere ψυχὴν μὲν, vel potius ψυχὴμ μὲν, ut n. 46, 5 Μοιρῶμ μίτον; ita ut quadratarius, quod saepe factum est, litteram non duplicaverit. Ζηνὸς αὐλὴ vel Διὸς ex Odyssea notum et tragicis. — V. 5. Ἀΐδην, sepulcrum, ut n. 45, 5. Epitymb. n. 106 εἶτ' Ἀΐδην ψυχρὸν ἐπεσπάσατο. n. 113 Ἀΐδην μέλανα. n. 147 τείχισε δ' Ἀΐδαν — εἷλε, ut Epit. n. 44 εἷλέ σε πότμος, n. 87 σῶμα μὲν ἧρε πῦρ, infra n. 81, 4 ἀνῆρε δαίμων. — V. 6. τοῦτο, quod anima ad superos evolavit, corpore solo terrae reddito. — V. 8. Εὐλάλιος, Eulalus ap. Gruter. Γαμικός, hic γάμῳ ὥριος, quod legitur Epit. n. 188. μοῦνος, sponsam nondum nactus, eoque solus

in sepulcro, quod conjuges denuo jungit; nec sine vi juxta posita sunt γαμικὸς μοῦνος, cf. quae collegimus ad n. 39, 5, et epitaphia etiam in eos, qui nuptiis jamjam conciliatis aut ipso nuptiarum die mortui erant, juvenes et virgines desponsatae, Epitymb. n. 182. 183. 186. 188. 627. 711. 712.

35. (7.)

Ἴδριν Ἀθηναίης πάντων Διονύσιον ἔργων
ἡ ξείνη Πατάρων γῆ με λαβοῦσα κρατεῖ,
Τμώλου ἄπ' [ἀμπ]ελόεντος· ἔχω δὲ κλέος καὶ ἐν ἀστοῖς
ὠδείῳ μεγάλην ἀμφιβαλὼν ὀροφήν.

Pataris Lyciae. Edidit Francis Beaufort *Karamania* 1816 p. 5, unde mox excerptum est cum in Diariis *Monthly Review* et *Journal des Savans*, tum a Walpolio *Travels* p. 576 et Osanno Auctar. Lex. p. 68. — V. 1. Minerva, muliebrium operum magistra, Iliad, IX, 390, Append. Jacobs. n. 327, 4, Daedaleam etiam artem impertit, Argum juvat navem struentem, architectum secundat cet. — V. 2. ἡ ξείνη γῆ cf. Epitymb. n. 259. 510. 665. 715. *Cineri patria est jucunda sepulto.* Cir. 385. — V. 3. Tmolus — *vitibus consitus dicitur.* Plin. V, 24. — V. 3. καὶ non suo loco positum. Ob rhythmum emendat Graef. p. 702 ἔχω δὲ καὶ ἐν κλέος ἀστοῖς.

36. (49.)

Τόνδ' ὁ παλαιστροφύλαξ Ἀμμώνιος εἵσατο βωμόν,
αὐτὸς ἔτι ζωᾶς τὸ γλυκὺ φέγγος ὁρῶν,
ἠρίον ὄφρα γένοιτο· τὸν ὦ Μαίας κλυτὲ κοῦρε,
Ἑρμείη, πέμποις χῶρον ἐς εὐσεβέων.

Inscriptio Patarensis apud Walpolium *Travels* p. 543

unde sumsit Osann. Auct. Lex. p. 95. Eandem a Gellio cum Akerblado, ab hoc cum Koehlero communicatam, ut ineditam commentationi suae inseruit Graefius p. 705. Pataris inventam hi quoque testantur. — V. 1. *ΤΟΝΔΟΠΑΛΜΙΣΙΡΟΦΤΛΑΞ*, ap. utrumque editoren *M* pro *A* et *I* pro *T* exaratis, quibus vitiis olim inductus sum, ut in *ἱεροφύλακα*, *ναοφύλακα* epitaphium scriptum esse, eumque titulo ornatum censerem domini, *πάλμυς*, ultimâ longâ, Iliad. XIII, 692, quae vox est Asiatica, Hippon. fr. 1. 2, et in *πάλμις* facile poterat corrumpi. Ita certe in inscr. ad M. Aurelii aetatem pertinente ap. Reines. p. 513 synodi musicae *ἐπιδημίουργος* appellatur *κοίρανος*. His autem ita constitutis initium *τόνδ' ὁ*, ut metro consulerem, extra versum posueram, ut n. 58 *ὁ καὶ* et n. 192 *ὕμνῶ*. Osannus scripserat *Τόνδ' ὅπλα κεστροφύλαξ Ἀμμώνιος εἵσατο βωμόν*, interpretatus *hocce sepulcrum Ammonius armorum exuviis exornavit*. Verum dedit Graefius, cll. Aelian. V. H. VIII, 14, ubi memoratur *παλαιστροφύλαξ*. Idem *ἐπιστάτης παλαίσματος* (vel *παιδοτρίβης* vocatus est, v. Vandal. Dissert. p. 702 et Petisci Lex. v. *Xystarchus*. Mercurius apte invocatur in epitaphio ejus, qui munere ipsius commisso tutelae fungeretur. *Εἵσατο* n. 55, 2. 136. Callim. Anthol. VI, 347 *ἄγαλμα εἵσατο*, tit. Ceus ap. Bröndsted. P. I p. 29 *Λάκιος τὸν βωμὸν εἵσατο*. Jacobs. Append. n. 224 *εἷσα συνεύνῳ μνῆμα*. Apollon. IV, 1219 *βωμοί, τοὺς Μήδεια καθίσσατο*. Cf. ad Theogn. 727 Welok. Hinc *ἵσμα* ap. Etymol. pro *ἵδρυσμα*. *Βωμὸς*, *ara sepulcralis*, cineribus sacrata libationum causa et sacrorum parentalium, quae cineres etiam excipere solita est et praefericulo saepe, patera et instrumentis sacris ornabatur. Simon. fr. 15 *βωμὸς δ' ὁ τάφος, πρὸ χοῶν δὲ μνᾶστις*. Senec. Epist. 30. *In ipsa Scipionis Africani Villa jacens haec tibi scribo adoratis manibus ejus et ara*. Lycophron *τύμβον* ponit pro *βωμῷ* v. 345. 613 ubi cf. Schol. Aram cum cippo funebri, qui

loco sepulturae nominibusque sepultorum indicandis destinatus formam habebat ab illa diversam, multi confuderunt, inter quos sunt Fabrett. Inscr. p. 107, Bonada Anthol. T. II p. 218, Burmann. ad Anthol. Lat. T. II p. 247. Arae sepulcrales cum epitaphiis insculptis passim inveniuntur in Museis, saepe etiam in epigrammatis commemorantur, v. Jacobs. Append. n. 130. 139. 262. 331, ap. nos n. 42. 55, 13. 65, Anthol. Lat. IV, 35. 81. 217. 313. 337. 340. 355. 366, aliisque titulis, quorum aliquot ex Pocockio transcripsit Jacobs. ad Palat. p. 922. In Aphrodisiensi ap. Walpol. *Memoirs* p. 467 legitur *ο βωμος και η σορος*, in alio Mylasensi ap. Leak. Itiner. Asiae min. *μαυσσωλος εκατομνου τομβωμον ανεθηκεν.* — V. 2. Walpol. *ΖΩΛΑΣ.* Graef. *ΖΩΣΑΣ.* Ammonius aram sibi ipse ponit ut Epitymb. n. 330 *Τὴν σορόν, ἣν ἐσορᾷς, ζῶν Μάξιμος αὐτὸς ἑαυτῷ Θῆκεν.* Walpol. *Memoirs* p. 468 inscr. in Propontidis littore *αυρηλια βλουκια ζωσα και φρονουσα κατεσκευασε* (sic) *το λατομιον συν τηι στηληι εμαυτηι κ. τ. λ.* Villoison. in Act. Acad. Gallicae T. 47 p. 302 *τη φιλανδρω καὶ γλυκυτατη συνβιω επιστησει αποδεμιος εκ των κοινων κοπων και εαυτω ζων* (ubi nota vocabulum *κόπος*). Similes titulos v. ibid. p. 300. 320, ap. Spon. Miscell. p. 356, Gruter. p. 1137, Marm. Oxon. p. 227 n. 136, p. 303 n. 29 p. 305 n. 32, ap. Boeckh. n. 630. 1023. In protome ap. Viscont. Iconogr. Gr. tab. 32, 3 legitur: *τιτιος γεμελλος εαυτω την προτομην μνημης χαριν εποιησεν επι τω ενθαδε κηδευθηναι.* Anthol. Lat. IV, 15: *Claudius hunc vivus Stygias Rufinus ad umbras Instituit tumulum.* — V. 4. Mercurius defunctum ad coelestes manu ducit, Jacobs. Append. n. 261, 9. Praeterea compara ibid. n. 384 *Ἀλλὰ σὺ παμβασίλεια θεά, πολυώνυμε Κούρα, Τήνδ' ἄγ' ἐπ' εὐσεβέων χῶρον ἔχουσα χερός.* Epitymb. n. 260 *χώρην πέμψαν ἐπ' εὐσεβέων.* Callim. ib. n. 5[illegible] *δήεις δ' αὐτὸν ἐν εὐσεβέων.* Ita etiam Append. n. 228. 30[illegible] 12 et n. 355 in Orco *εὐσεβέων ὁσίη κλισίη.*

37. (13.)

Ἰητὴρ μεθόδου, Ἀσιατικέ, προστάτα, χαῖρε,
πολλὰ μὲν ἐσθλὰ παθὼν φρεσί, πολλὰ δὲ λυγρά.

M. Μόδιος Ἀσιατικὸς ἰατρὸς μεθοδικός.

In protome marmorea, quae Smyrnae olim inventa nunc Parisiis est in bibliotheca regia. Distichon in pectore scriptum est, nomen in basi. Ediderunt Montfauc. Supplem. T. III tab. 8, Caylus *Recueil* T. VI tab. 42, Vicontius *Iconogr. Gr.* tab. 32, 2. 3, et Bouillon *Musée des Antiques* T. II tab. 72. Asiaticus jus civitatis Romanae nactus erat. M. Modium equitem Cicero memorat Verr. II, 48, libertum M. Modium Agathonem lapis ap. Gruterum. Verba πολλὰ μὲν ἐσθλά, πολλὰ δὲ λυγρὰ ex Odyss. IV, 230 sumta sunt. De usu protomarum in sepulcris positarum plura affert Viscontius, et ipsum vocabulum *bustum* pro imagine a combustionis loco repetit verissime. Cf. Mus. Pioclem. T. VI p. XI. Idem monet, vocem προστάτα non ad μεθόδου pertinere, ut alii acceperant, sed patronum significare, cui a clientium aliquo monumentum dicatum sit. In quo quidem falsum esse virum doctissimum, etiamsi libertum ponas, quum clientes alieni sint, persuasum habeo. Magistratus videtur indicari ut in titulo Megarensi ap. Boeckhium n. 1058, qui Curtium Proclum celebrat, rhetorem, προστάτην τοῦ βίου. Non obero tamen, si quis malit μεθόδου προστάτα jungere, modo non de munere accipiat vocabulum, sed comparet, quod in laudibus rhetorum et judicum ponit Jul. Poll. IV, 34, VIII, 8, ut dicerentur προστάται τῶν νόμων, τοῦ δικαίου προστάται, *defensores legum, justitiae praefecti* sive *tutores*. Secta nomini adjungi solita est; sic Cael. *Aurelianus secta Methodicus.*

38. (39.)

Ἑρμογένης Χαριδήμου ἰητρείην ἀναγράψας,
ἑπτὰ ἐπ' ἑβδομήκοντ' ἔτεσιν καὶ ἴσαις ἐπὶ βύβλοις.

Smyrnae. Edidit Fr. Hesselius in praef. append. ad Gudii Inscriptiones p. 42 cf. p. 55, post Meadium et Fabricium Biblioth. Graec. T. XIII p. 180 s. Sequitur indiculus septem et septuaginta librorum, quorum 62 medici fuerunt, reliqui 15 historici argumenti varii. Hermogenes Triccensis, quem ex Galeno Erasistrateum fuisse discimus, in numis Smyrnaeorum obvius est. Adversus hunc aut alium Hermogenem medicum scripta sunt epigr. Anthol. XI, 114 et 257.

39. (15.)

Υἱὸς Βίωνος Απίων μὲν οὐνθάδε,
ἄτεκνος; ἄωρος, εἴκοσι πλήσας ἔτη
καὶ τρὶ' ἐπὶ τούτοις, οἰκτρὸς ἐν τρίσιν ἡμέραις
θανών, ποθεινὸς τοῖς γονεῦσι γενόμενος·
ᾧ παστὸν οὐθείς, οὐχ' ὑμέναιον ᾖσε τις, 5
οὐ λαμπάδ' ἧψε νυμφικήν, γόοισι δὲ
καὶ δακρύοις πολλοῖσιν ἐνθάδ' ἤγαγον,
οὗπερ κατοικεῖν δεῖ με τὸν λοιπὸν χρόνον.
μᾶλλον δὲ κλαύσας, πάροδε, τὴν ἐμὴν τύχην,
βαῖν' οὗ φιλόν σοι, καὶ τύχοις ὅσων θέλεις. 10

In cippo Smyrnâ olim in Angliam allato apud Maxwellum Gartshore, sub anaglypho juvenem repraesentante, tunica succincta indutum, pallio ex humero dextro suspenso, et equum manu tenentem; equestris igitur ordinis. Litterae forma sunt elegantiores. Aere expressum dedit Taylor Combius in Archaeologia *or Miscell. Tracts relating*

to antiquity Vol. XIII. 1800 p. 280—289. Litterae ῶ forma est Ω — V. 1. *ΜΕΝΟΤΝΘΑΛΚ.* Lenissima correctione restituit Graefius p. 705. Ita n. 32, 3 *ΟΤΝ, ὁ, ἐν. οὐνθάδε* est *superne sculptura expressus.* — V. 2. *ἄωρος.* Epitymb. n. 662 *Ἡ παῖς ᾤχετ' ἄωρος.* n. 527 *αἰνόλινε, τρισάωρε.* Append. n. 251 *ὠκύμορος καὶ ἄτεκνος.* Inscr. Palermit. p. 37 *κισσος καὶ τρυφῶν ὁι ξίκαδιον ταλαιπωροι καὶ αωροι χρηστω χαιρετε*, cf. Eurip. Hec. 429. Orest. 1026. Jacobs. in Wolfii Analect. I, 97, ubi quod affert *ἀωροθάνατος* admonet Scol. 1 *ἄτερ ἀλγέων καὶ στασέων καὶ θανάτων ἀώρων.* — V. 3. *ΚΑΙΤΟΙ* correxerunt Jacobs. et Graef. *τρὶ' ἐπὶ τούτοις* ut n. 57, 6 *πρὸς πέντε.* Pro *τρίσι* scripsi *τρίσιν.* — V. 5. De forma *οὐθεὶς* v. Lobeck ad Phrynich. p. 181. Facem nuptialem v. ap. Eurip. Phoen. 346. Iph. A. 732. Tr. 336. Jungermann ad Poll. III, 43. Ovid. Her. XXI, 172 *Et face pro thalami fax mihi mortis adest.* — Sententia in epitaphiis juvenum magna cum verborum varietate expressa. V. Sappho in Epitymb. n. 489. Simonid. n. 507. 515. Anyte n. 486. 492. Meleag. n. 468. Pers. n. 487. Mnasalc. n. 488. Theodor. n. 527. Leonid. n. 547. Paul. Silent. n. 604. Agath. n. 568. Julian. n. 603. Anonym. 334, 13. Jacobs. Append. n. 148. 225. 248. 251. Not. crit. p. 967 n. 397. Ap. nos n. 34. 45. Burckhardt. Itiner. Syriae cet. p. 102 *ενθα κιται σαμσεος εσθλος ανυμενεος.* Aeschyl. Suppl. 801 *ἐλθέτω μόρος πρὸ κοίτας γαμηλίου τυχών.* Sept. c. Th. 828 *ἢ τοὺς μογεροὺς καὶ δυσδαίμονας ἀτέκνους κλαύσω πολεμάρχους.* Soph. Antig. 812 *οὔθ' ὑμεναίων ἔγκληρον.* 917 *ἄλεκτρον, ἀνυμέναιον, οὔτε τοῦ γάμου Μέρος λαχοῦσαν.* 979 *ἐχούσας ἀνύμφευτον γονάν.* Callim. in Apoll. 14 juvenes, inquit, Appollinem adventantem lyra et saltatione excipiunto, *εἰ τελέειν μέλλουσι γάμων πολίην τε κερεῖσθαι.* Eundem animi sensum exprimit ritus funebris Atheniensium, quem ex Dinarcho tradit Harpocr. v. *Λουτροφόρος.* — V. 9. *πάροδε* pro *viator* vix verum. Quid impedire potuisset auctorem epigrammatis,

quominus scriberet: κλαύσας, ὦ παροδῖτ', ἐμὴν τύχην. Jacobs. Graefius ante hunc excidisse versum suspicabatur. Similes sunt epitaphiorum exitus Epitymb. n. 163 καὶ σοί, ξεῖνε, πόροι πάντα Τύχη τὰ καλά. Callim. ibid. n. 728 ἕρπε χαίρων. Simpliciter ἄπει, ἴθι n. 79. 718. Jacobs. Append. n. 251 Ἀλλ' ἴθι νῦν, παροδῖτα, τὸν ἐκ χθονὸς Ἀλκινόοιο Χαῖρ' εἰπών, ἀγαθοῦ παῖδ' ἀγαθὸν Σατύρου cf. n. 384, 17. n. 335 Ξεῖνε, σὺ δ' ἀείσας Δημοκλέος υἱέα χαίρειν Δημοκλέος στείχοις ἀβλαβὲς ἴχνος ἔχων *). Obvia in cippis est formula ἐνθάδε κεῖμαι· παροδεῖτα χαῖρε. Similiter epigrammata Latina; Anthol. Lat. IV, 148 *Vive hospes dum licet atque vale.* n. 257 *Haec sunt, bene vive, viator.* n. 46 *care viator abi.* n. 215 *i nunc.* cf. 112. 147.

40.

[Εὐφρόνιον], πατρίδος [κῦδος μέγα, χερ]σὶ κρατὶ κρατὶ κρατ

Prope locum Bozink in Asia. E Busbequianis Grut. p. 1137, 2. Fleetwood p. 255. Frater defuncti una cum uxore sepulcrum struxisse videtur. Mulier vero, quum hic cippus a fratre superstite adderetur, et ipsa mortua erat, ut in anaglypho Epitymb. n. 730 descripto parentes efficti sunt filiam moerentes, et ipsi jam defuncti. Tria enim prima nomina fratrum esse videntur et uxoris Euphronii. Liberorum in eodem sepulcro conditorum nomina non videntur adscripta fuisse, sed repeti plenius mariti nomen. Plures junctas formulas v. etiam n. 42. — V. 1. Ei, quod supplevimus, elogio similia sunt, quae habemus n. 44 *τὸν ἄριστον ἀμύντορα πατρίδος αἴης*, n. 94 *Βάσσος, ἑῆς πάτρης μεγακυδέος ἀγλαὸν ὄμμα*, n. 99 *Βάσσος, ἀνὴρ Βόστρης ἐρικυδέος ἄβρὸν ἄωτον.* — V. 2. correxi *ΑΙΟΝ*, *υἱόν*, et *ΦΟΜΕΝΟΝ*, *φθίμενον*. — V. 3. *ΗΛΕΚ. ΕΛΤΤΟΝ.* Grut. emendat *ΛΤΤΩ*, et *O* pro *Ω* pictum est etiam in *ἀποφθιμένων*, in *Εὐκτήμων* et in *δεικνύω*. *K* pro *καί* scriptum est etiam v. sequ. ut ap. Van Dal. Marm. diss. 3 p. 292, ap. Boeckh. n. 808 et passim in titulis seriorum temporum, v. Marinii Frat. arv. p. 747. Hiatus est durissimus, nec tamen per crasin tollendus. — V. 4. *ΣΩΩΝ.* Grut. conj. *ζώων*. Nomen *Σῶος* legitur ap. Boeckh. n. 39. — V. 5. *ΕΦΘΜΕΝΟΝ.* Tum *ΓΑΙΟΕ* mutavi in *ΓΑΙΟC.* In fine *ΘΗΝΕΚΕΝΕΤΟC* est credo *ΘΗΚΕΝCΚΕΤΟC*, *posuit corpus.* Grut. nugatur. Euctemonis nomen invenitur ap. Rasch. Lex. R. N. II, 488; fuit etiam patri Nicerati artificis. — V. 7. *ΟΤΙΝΤΑΤ. ΤΩΝΤΟΝ.* Grut. nullo sensu *Ὑστατίων γενέτειρα*. Hinc in Mantissa Tertia Grotiana T. III p. 418 ed. de Boschii legitur *Ὑστάτιον Γενέτειρα φίλου κ. τ. λ.*

Sic etiam post fata memor Genetera mariti
Matronas doceo moribus esse probis.

Boschius T. V p. 200 nomen mulieris *ΚΥΝΗΓΕΙΡΑ* latere suspicabatur. Quod conjeci specie non caret; *I* pro *E* centies occurrit, *ΕΝΤΛΔΕ* habes statim n. 441 initium a rela-

relativo n. 190. *Τύμβον ἐγείρειν*, Epitymb. n. 605. — V. 8. *ΗΘΕΛΕΩΦΡΟΣΥΝΗΣ.* Infra n. 96 *καλῶν ὑπόδειγμα φιλάνδρων.*

41.

Ὁ πάντα σοφὸς καὶ Μουσῶν ὄχ' ἄριστος Ἀλκιβιάδης
Βυζάντιος ἐνθάδε κεῖμαι,
Ἑλλήνων πάντων ὄρνις ἀοιδότατος.
Λουκιλλιάνη δέ μοι ἦν παράκοιτις,
ἧς ἐκ δαπάνων τύμβος ἔχει κλυτὸς
Λέσβῳ ἐνὶ χώρῳ· ἡ δ' εὐδαίμων Μυτιλήνα
σῶμα μετῳκίσατο.

Gruter. p. 1118. *Fleetw.* p. 196. — V. 1. Musa cognomen haud infrequens, ut Antonius Musa, Pomponius Musa. — V. 3. *ὄρνις*; lusciniae Musarum vocantur poetae et poetriae in epigrammatis. *Μουσᾶν ὄρνιχες* Theocr. VII, 47. — V. 4. Lucilliana ap. Grut. p. 801, 9. — V. 5. *τύμβος ἔχει* sc. *με.* Ejusdem nominis poetam Neapolitanum v. ad n. 84.

42.

Τύμβον καὶ βωμὸν Μελεάγρῳ ἐνθάδ' ἔτευξαν.
Κυρία κεῖμαι, τοῦδε πάρος προγεγῶσα σύνευνος.
Υἱοὶ δὲ Μάγνος, Κλεόνικος
γλυκυτάτῳ γεν[έ]τῃ, μνημοσύνοιο χάριν.
Σεκούνδου ἐπιμελομένων (l. *ἐπιμελομένου.*)

Alicubi in Graecia. Grut. p. 807 e Dousae schedis. Fleetw. p. 285. Tangunt Jacobsius ad Anal. III p. 299 n. 691 et H. Bosch. Anthol. T. V p. 192. Patris epitaphium constitui

prior hexameter cum pentametro; matris alter hexameter, loco non suo interpositus. — V. 1. *ΕΝΤΑΔΕ ΤΕΞΑΝ*. — V. 2. *ΠΡΟΓΗΓΩΣΑ* et *ΔΗ* pro *ΔΕ*. *Δήμαγνος* enim non est Graecum.

43.

Ἐνθάδε γῆ κατέχει νέον ἀνέρα, ᾧ πατρὶς ἦεν
καλὴ χθὼν Δοκίμοιο· τὸ δ' οὔνομά οἱ τόδε κεῖτο

Παπίας Πασικράτους.

Cantabrigiae in bibliotheca Collegii S. Trinitatis. Ediderunt, non explicarunt Dobraeus in Diario classic. T. XXX p. 134 et Rosius Inscr. Gr. vetustiss. p. 399. Adjunctae sunt in fine litterae *ΚΑΘ Θ*. Docimus Antigoni fuit praefectus, Diod. XX, 107. Paus. I, 81, 1, a quo Docimia, pagus Synnadae, Phrygiae urbi, contiguus nomen accepit. V. Raoul Rochette Colon. Graec. IV, 218. *Χθών, γῆ, χώρα* ap. poetas pro *πόλις*. Kust. ad Aristoph. Thesm. 115, Marckland. ad Eurip. Suppl. 1.

44. (14.)

Τίκτε Τέχνα τὸν ἄριστον ἀμύντορα πατρίδος αἴης,
οἷον Ζεὺς ὤρσεν, οἷον Ὅμηρος ἔφη.

In vico Troadis Palaio Alche Kevi, in coemeterio. R. Walpol. *Memoirs* p. 107. Nomen sine dubio supra fuit scriptum; epitaphium videtur integrum. *Τέχνα* enim, quod non statim animadversum erat, proprium est nomen, *Techne* ap. Grut. p. 699, 8, ut *Τύχη, Ἔλπις, Ἀρήτη, Εὐχή, Ζωή, Ψυχή, Ὑγείη, Ἡδονή, Νίκη, Λήθη, Φιλίη, Εἰρήνη, Παῤῥησία, Ἐπίκτησις, Θεαρία* (*Θεωρία*) Boeckh. n. 1500, *Λόγος* ibid. n. 1501, *Σπονδή* ibid. n. 1557, *Εὐπορία* n. 1613,

Ἁβροσύνη Viduae Inscr. tab. 40, 1, Εὐθυμία, Εὔνοια et Εὐνόα, hoc apud Theocritum *), Ἀστυκράτεια, Pausan. I, 43, 4, Δόξα in decreto Corcyreo inedito ap. Mustoxyd. T. I p. 206 et alia. — 2. Ζεὺς ὦρσεν, ut ap. Pind. Ol. II, 66 θεόρτος. ἔφη de conjectura p. ΕΦΤ. Jacobsius miratur poetam non dedisse χοῖον.

45. (44.)

Οἱ δισσοὶ συνόμαιμοι, ἰὼ ξένε, τῷδ' ὑπὸ τύμβῳ
ἄψαυστοι τέκνων κείμεθα κουριδίων,
Ἱκέσιος κἀγώ, νεαρὰν πληρούμενος ἥβαν,
Ἕρμιππος κρυερὸν τόνδ' ἔχομεν θάλαμον,
Αἶδαν ἐγκύρσαντες ἀλάμπετον· εὐγενέτη[ς] δὲ 5
Θεύδοτος οὐ στυγερὸν πένθος ἐπεῖδε πατήρ.
μήτηρ δ' ἡ δύστηνος ὀδύρεται, οἷά τις ἀκταῖς
ἀλκυονὶς γοεροῖς δάκρυσι μυρομένα.
*Μητρᾶς ἔλλιπ' ἀδελφός, [ἐ]ρημωθεῖσα δὲ τέκνων
γηραιὸν βιοτᾶς τέρμ' ἀνέπλησε κακόν. 10

Marmor. Oxon. ed. Prid. p. 78 n. 7, ubi quod proxime antecedit epigramma Brunckius recepit, nostro fortasse ob difficultatem penultimi versus omisso. Anaglyphum pessimi laboris repraesentat matrem in medio sedentem, cum marito coram stante eique dante dextram; pueri stant in angulis: pone mulierem est figura virilis, junctis sub ventre manibus, ut hodie multi precantium solent et afflicti etiam, quam pro illius fratre habeo; servi enim nec habitus expressus est, nec persona vel ad imaginem vel ad locum accommodata. — V. 1. ἰὼ ξένε, pro ὦ. Jacobs. Not. crit.

*) Appellativum εὐνόα v. in tit. ap. Cayl. Recueil T. II tab. 56 vs. 18. et 43, ut πνοὰ et πνοιά, ῥόα et ῥοία.

in Anthol. p. 86. — V. 4. *κρυεροὶ νοῦσοι* n. 54, 13. *θάλαμον, νυμφεῖον Ἅιδου — ἀκτέριστον — παστάδα*, Soph. Antig. 1205. *τόνδε θάλαμον*, n. 55, 9, *τοῦτο πέδον*. n. 117 *ὅδ' Ἑρμῆς*. — V. 5. *Ἅιδαν ἀλάμπετον*. Jacobsius comparat *σκότος ἀλάμπετον* Anthol. Pal. IX, 540. *Πρὸς ἀλάμπετον Ἅιδην* legitur in ep. sepulcrali Cephallenio, admodum lacero ap. Biag. Mon. Gr. ex Mus. Nan. cl. ult. n. 6, *ἀλαμπέας Ἅιδος εὐνάς* Jacobs. Append. n. 260, *ἀλάμπετον οὖδας Ἅιδεω* ibid. n. 315. — V. 6. ΟΥΚΕΦΕΙΔΕ, *non pepercit luctui*. Jacobs. *ἐσεῖδε*, pater *non vidit* luctuosam diem, paulo ante obiit; quam adeo certam censui conjecturam, ut in textum receperim: mutavi tamen in *ἐπεῖδε*, quia tenues et aspiratas saepe confundunt lapicidae; et verbum hoc ita proprie usurparunt Graeci, ut Herod. VI, 52 *ἐπιδόντα τε τὸν Ἀριστόδημον τὰ τέκνα νούσῳ τελευτᾷν*. — V. 8. ΓΕΟΡΟΙΣ — V. 9. ΜΗΤΡΙΣΗΛΙΠΑΔΕΛΦΟΣ. Prideaux scripsit *μητρὶ σῇ λίπ' ἀδελφός*, et transtulit *matri tuae reliquit frater*. Ita et Seldenus p. 33 sec. ed. Chandlerus autem p. 111 *Μητρ ιση*. Jacobsius in litteris vix aliud latere existimat quam *μητρὸς ἦν λίπ' ἀδελφός*. Jam esse de sensu videndum. Sensus autem ex his similibusve lectionibus vix erui poterit, neque post *μήτηρ* v. 7 iterum apte sequeretur *μητρός*. Quare corrigere sum ausus. Nomen *Μητρᾶς, Metras*, habes ap. Grut. p. 342. 685, 1, qua forma magis nota est altera *Μάτρων*. Illud adde iis, quae attulit Lobeck. ad Phryn. p. 433. Tum *ἤλιπε* vitiose scriptum credo pro *ἔλλιπε*, Epitymb. n. 589, Jacobs. Append. n. 344, ut *ἔλλαχε, ἔλλαβε, ἔλληξε*. Contra *ἔννεγκε* habes n. 190, 12. pro *ἤνεγκε*. In ipsis dialectis in hunc modum variant *ἦσαν* et *ἔσσαν, εἶσατο, ἧσατο* et *ἔσσατο, εἷλω* et *ἴλλω* cet. Frater igitur cum peregre abiisset, mulier jam antea marito liberisque orbata vitam solitariam atque tristem degerat. Extra epitaphium nomina uxoris et ejus, qui monumentum posuerat, insculpta fuisse conjicio.

46. (54.)

Σῆμ' ἐσορᾷς ἐπιτύμβιον, ὦ παροδῖτα·
ἦμαρ τῶν πᾶσιν, οὐχὶ δ' εμοὶ δὲ μόνον.
[εἰ] δ' ἐθέλεις σὺ μαθεῖν τὸ τίς ἐστί μ' ὁ τρώσας,
δισσῶν σου ταρσῶν στήσας ἴχνος σὺ μάθε.
οὐκ ἔφυγον δ' ἀτρεκῶς Μοιρῶν μίτον, ὅς μ' ἐπεκλώσθη· 5
ναύτης γὰρ προλιπὼν φοβερὸν θύμωμα τὸ πόντου,
εἰς ἐμὲ τὴν ὀργὴν τοῦ πελάγους ἔθετο.
σῆμα δέ μοι ἐπόησε φιλίης χάριν ἐνθάδ' Ὀϋνίων.
οὔνομα δ' ἦν μοι τὸ πρὶν Διονύσιος,
Ἀπρήνων δ' ἀνεθρέψατο γαῖα. 10
ἕκτον νικήσας, ὧδ' ἔλιπον τὸ φάος.

[Εἰ] δέ τις χωρὶς ἐμοῦ τοῦ Οὐνίωνος βαλῇ τινα, δώσει τῷ ταμείῳ ϰ Β. Φ.

Caylus *Recueil d'Antiquités* T. II tab. 75. cf. p. 169. Lapis ex eorum numero est, quos inter Cyzici rudera plerosque effóssos Peyssonelius, Gallorum Smyrnae olim Proxenus, Parisios misit, ubi in Bibliotheca Regia servantur. Bellejus, cujus sunt notae adjunctae, mixtam cum versibus prosam esse credebat. — V. 1. Jacobsius monet, fortasse vocabulum initio a marmorario omissum esse, v. c. *Λυγρὸν σῆμ' ἐσορᾷς.* — V. 2. [*Η*]*ΜΑΡΤΟΝ*, unde elicui *ἦμαρ τῶν*, i. e. *τούτων. Horum, quae hic vides, sepulcri et mortis, unicuique venit dies.* Quum tibi quoque moriendum sit, ad sepulcrum paulo morari et defuncti accipere alloquium ne dedignere. Jacobsius conjicit *τέκμαρ ἐὸν πᾶσιν.* Sed in lapide pariter atque in apographo unam tantum litteram deesse, ipse vidi. Adversativa repetita vel Archilocho excidisse videtur fr. 70 ed. 2 Liebel. *Τῇ μὲν ὕδωρ ἐφόρει,* —

τῇ δ' ἑτέρῃ δὲ πῦρ. Certe, quod scribitur τῇδ' ἑτέρῃ δὲ πῦρ nihil est. Jacobs. emendat τέρμα βίου πᾶσιν, οὐχὶ δ' ἐμοί γε μόνον. Niebuhr. ἥμαρτον, in hunc sensum: ich vergieng mich durch meinen Tod an allen. — V. 3. Cayl. ΘΕΛΙΣ. Lapis ΘΕΛΛΙΣ. Emendari posse μαθεῖν καὶ τοῦθ' ὅτις, vidit Jacobs. Idem v. 4 metrum corrigit στήσας σου ταρσῶν δισσὸν ἴχνος σὺ μάθε. — V. 5. Cayl. ΜΟΤΡΩΝ. In lapide est ΜΤΡΩΝ. Μοιρῶν μίτος v. Palat. IX, 199. Append. 166. 313. 368. ep. in Not. crit. p. 967. Nostrum n. 58. Phanocl. τὸ Μοιράων νῆμ' ἄλυτον. Μοίρης λίνα sive νήματα Epitymb. n. 504, 11. n. 551. 555. 561. 597. Μοῖρα λινοκλώστου δεσπότις ἠλακάτης ibid. n. 12, Anthol. Lat. IV, 13 *Parcarum patria fila*, n. 272 *rupisse fila sorores* et sic passim. ΜΟΙ ante ἐπεκλώσθη elisionem patitur. v. ad n. 7. — V. 6. θύμωμα certo restitui ex ΟΤΝΟΜΑ, quod est in marmore ipso. Valcken. lyrico poetae ap. Athen. IX p. 388 E. reddidit ΘΥΜΕ pro ΟΥ ΜΕ. Nec ullum vitium frequentius. Marinius Frat. Arval. p. 237 bis deinceps in lapide exaratum testatur ΑΠΕΛΕΥΘΕΡΟΙΣ. — V. 8. Lapidarius post μοι addidit τοῦτο, ut in epigr. ap. Iacobsium in Addendis p. XCIX, quod etiam in Mus. Veron. p. 318 legitur, τούτῳ. Cf. Jacobs. p. XCV. Φιλίης bisyll. Jacobs. emendat σῆμα δέ μοι στῆσεν, et in nomine hominis synizesin esse monet, quum sculptum sit ΕΝΘΑΔΕ ΟΥΝΙΩΝ. Osann. Inscr. p. 147 volebat Θευνίων, Θυνίων. *Unio*, nomen Latinum, est in Lapide sepulcrali Anthol. Lat. IV, 24. — V. 9. μοι corripitur. Apri, urbs Thraciae, Plin. IV, 2. Spon. Misc. p. 173. Editor nautam ob metum maris vitae genus reliquisse, et tamen naufragio perisse putabat: ceterum plura huic inscriptioni inesse explicatu difficilia. Immo sensus est: *Sortem meam effugere nequivi, quandoquidem in fatis erat, ut nautae, qui ipse maris furorem evasisset, iram experirer et ejus manu occumberem.* Ipse non nauta fuerat, sed ludis circensibus operam dederat; figura enim,

cui verba utrinque adscripta sunt, aurigam repraesentare videtur. De lege adjuncta sive mulcta fisco aut civitati pendenda omnia nota. v. infra n. 64. Murat. Ind. Thes. p. 2213 s. Walpole *Travels* p. 386. 541. 584. Ejusd. *Memoirs* p. 467 sq. Ros. Inscr. Gr. vetust. p. 319. Boeckh. n. 916. 951. 1508.

47.

Τὸν θρασὺν ἐν σταδίοις ἐσο[ρᾷ]ς με νέκυν, παροδῖτα,
ται[νί]ᾳ ῥητιάριν, δεύτερον πάλο[ν, Μ]ελάνιππον.
Οὐκέτι χαλκ[ελά]του φωνὴν σάλπιγγος ἀκο[ύω,
οὐ]δ' ἀνίσων αὐλῶν κέλφδον ἀ[θ]λῶν ἀνεγείρω.
φασὶν δ' Ἡρ[ακλ]έα δύο καὶ δέκ' ἄεθλα τελέσσ[αι. 5
ἀ]ὐτὰ δ' ἐγὼ τελέσας τρισκαιδέκατο[ν] τέλος ἔσχον.

[Φά]λλος καὶ Ζωὴ Μελανίππ[ῳ μν]είας χάριν ἐκ τῶν ἰδίων ἐποίησαν.

Lapis quadratus, in utroque latere exesus, ut una alterave littera in versuum initio atque fine supplenda fuerit: versus autem sunt novem et dimidius, optime exarati; quibus quinque continentur hexametri. Delineatum nuper dedit Bouillon in Museo T. 3. Cipp. et inscr. tab. I, 21, transcriptus dabit Claracus Inscr. n. 578; et mentio ejus facta erat antea in Catologo Musei Comitis Choiseul Gouffier (qui ex Graecia illum sine dubio attulerat; locus enim, ubi fuerit inventus, non indicatur) p. 89, et in Claraci Descriptione Musei 1820 p. 228. Post verba παροδῖτα, Μελάνιππον et ἀνεγείρω lapicida interpunxit, quod non viderunt editores. Quod basis hoc marmor vocatur, non

ita intellige, quasi statuam sustinuerit, sed potest inferior pars esse monumenti sepulcralis, in altera, quae periit, effigie insculpta Melanippi. Sic etiam n. 67 aram sepulcralem basin videbimus dictam. Musei editor et Catalogi Choiseuliani auctor sex hexametros esse volunt, compositos illos in honorem Melanippi tibicinis, quo quantum a vera difficiliorum locorum lectione abfuerint satis perspicuum est. *Retiarius* fuit homo, id quod gratuleris curiosis antiquariis, quum in nulla adhuc Graeca inscriptione hoc hominum genus inventum fuisset. Exstat id quidem etiam in alia, sed nondum a quoquam, quantum scio, animadversum, et quam nostrae demum ope mutua explicare licuerit. Latinae etiam rarissimae sunt, et Maffejus praeter illam, quam edit de Amphith. I, 14 et Mus. Ver. p. 125 (etiam ap. Grut. p. 333, 8 et Murat. p. 612, 5) in *generosum retiarium invictum pugnarum* XXVII *n. Alexandrinum*, armis etiam additis, cultro ac tridente, quibus retiarius post rete jactatum mirmillonem sive secutorem interimebat*), aliam nullam cum retiarii nomine suspicione carentem superstitem esse credebat. In quo errat de Gruteriana p. 333, 9 (Murat. p. 613, 4), quam quippe ipse Gruteri et aliorum error ridiculus, victorem V. PUGNARUM pro puella PUCHARUM accipientium, omni eximit dubitatione**); de Tergestana

*) Fuscina, pro alia hasta quacunque, ea quod piscatores uti solebant, ut nunc etiam hic illic utuntur. Retiarii autem Mirmillones tanquam pisces irretire studebant, unde hi etiam nomen a mormyro sive mormylo pisce traxerant, et piscis figuram in casside expressam habebant. Adgredientes adversarii his eos ludebant verbis: *Non te peto, piscem peto: quid me fugis, Galle?* Fest. v. Retiar.

**) Fuse de hac egit Jo. Labus Ant. monum. Bresciani. 1823 p. 81. Qui quidem p. 84 retiarios minimum duodecim in lapidibus memoratos inveniri contendit.

mum legitur. Pro ΕΝΟΙΔΙΑ scribendum erit ΕΝΩΔΙΑ, cf. n. 55 not. vulgo ἐνώτια, *inaures*. Porcum addit Stephanus, quippe sacrificandum, ut infra θυσίας. In litteris corruptis ΙΟΗΛΑ et in mutilato ΦΟΙΝΙ dii quidam Halicarnassensium latere videntur, una cum Nemesibus culti. Fort. leg. ΤΩ ΗΛΙ (Ἡλίῳ) et ΦΟΙΝΙΚΙΩΙ. In ζώνην primum addidi elementum, nec deest lacuna.

Ludi gladiatorii per Graeciae civitates historia adhuc parum cognita lucem clariorem Boeckhio, ut speramus, debebit. Mentionem ejus facit Posidippus ap. Athen. IV p. 155, qui rem fama et auditione acceperat, trecentos fere ante Christum annos:

τῶν μονομαχούντων ἐσμὲν ἀθλιώτεροι.

Lucullum Plutarchus in Vita ejus c. 23 narrat Ephesi commorantem Asiae civitates variis solemnibus καὶ ἀγῶσιν ἀθλητῶν καὶ μονομάχων conciliare sibi studuisse. Corinthi vel statim post instauratam a. u. 710 a Julio Caesare urbem (Dio Cass. XLIII, 50) vel ab ipso Caesare ludum constitutum suspicor. Coloni enim erant milites (Plut. Caes. 57) et libertini plurimi (Strab. VIII p. 381), quod hominum genus tunc temporis gladiatoribus vix potuisse videtur carere: Caesar autem non ignotum est quantum his populi studiis dederit, qui in colonia Capua ipsius lege deducta gladiatorum greges aleret (Bell. civ. I, 14. Cic. ad Att. VII), et Ravennae ludum aedificare constituisset (Suet. Caes. 31). Post Romano-Corinthios Athenienses maxime, circa seculi secundi initium, gladiatorum furore quodam agi videmus. Contra quos invehitur Dio or. 31 p. 347. Νῦν δὲ οὐδέν ἐστιν, ἐφ' ὅτῳ τῶν ἐκεῖ γιγνομένων οὐκ ἂν αἰσχυνθείη τις· οἷον εὐθὺς τὰ περὶ τοὺς μονομάχους οὕτω σφόδρα ἐζηλώκασι Κορινθίους, μᾶλλον δὲ ὑπερβεβλήκασι τῇ κακοδαιμονίᾳ κἀκείνους καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας κ. τ. λ. Philostratus autem Vit. Ap. IV, 22 Athenienses jam Appollonii aetate,

gitur Nerone imperante, huic ludo magis quam Corinthios iunc deditos fuisse ait; quod confirmat Demonactis dictum ıp. Lucian. Dem. 57, qui plura de gladiatoribus Athenienibus narrat in Toxari c. 58 ss. Cassiodorus inventum adeo Athenis dicit ludum sanguinarium. Apulejus Metam. IV p. 78 Bip. in Plataearum civitate edita munera gladiatoria memorat, et Corinthi X p. 239, Thyaso aedile quinquennali nobilissimas feras et famosos ex Thessalia gladiatores comparante. Et Thessali quidem ex longo tempore operam huic arti dedisse credibile est, quam post Cassandrum (Athen. IV p. 155 A) Perseus in Macedoniam transtulisset, ut Antiochus Epiphanes in Syriam (Liv. XLI, 25), Herodes in Judaeam. Syracusanorum civitati, Tacito Ann. XIII, 49 referente, Nero *numerum edendis gladiatoribus finitum permittebat*, unde patet rem ibi non fuisse novam. Cf. Valer. Max. I, 7, 8. Cyzicum non ignorasse gladiatores, titulus testatur ap. Cayl. *Recueil* T. 2 p. 248: *αγαθῃ τυχῃ φαμιλια μονομαχων φιλοτειμιας πλω(τιου). αυρ. γραιτου ασιαρχου και ιουλιας αυρ. ασκληπιοδωρου της γυναικος αυτου αρχιερεως.* Pergameni amphitheatri rudera memorat Choiseul Gouffier Itiner. T. II p. 34. Graeciam amphitheatra non credo vidisse, quorum quantus per Italiam numerus fuerit, docte contra Maffejum et alios ostendit Labus l. l. pag. 72, cf. 70, 102, quamvis etiam Syracusani et Catanenses, et Gallia atque Hispania Romanorum hoc inventum imitatae sunt, quod testantur rudera veteris Italiae et Gallicarum urbium, praeter Augustam Trevirorum, quinque. Ipsi Corinthii, Dione l. c. notante, ludos spectabant *ἐν χαράδρᾳ τινὶ πλῆθος μὲν δυναμένῳ δέξασθαι, τόπῳ ὑπαρῷ δὲ ἄλλως*, Athenienses in theatro, in quo etiam Corinthi venationes exhibitas refert Julianus. v. ad n. 156. Dionis locus Lipsium fugit de amphitheatris c. 1, ex itinerario aliquo, ut videtur, referentem, Athenis amphitheatrum conspici magnificum et marmoreum. Trajani amphithea-

trum a Pausania V, 12, 4 memoratum, Athenis exstructum fuisse, non Romae, et Polycleti aedificium circulare Paus. II, 27, 5 amphitheatrum fuisse, Labus p. 75 civi cuidam suo credidit, errore manifesto. Non minus fabula videtur, quod Delphis Cyriacus Inscr. p. 28, idem Argis, v. Boeckh. n. 1108, Sami Panofka Samiac. p. 6, et nuper vir doctus in insula Melo *) amphitheatrorum vestigia extare dixerunt, quae fuerunt theatra. His praemissis ad epigramma transeamus.

1. Simile est initium ep. Callim. 38 *Τὸν βαθὺν οἰνοπότην Ἐρασίξενον*, Palatin. T. II p. 740 *Τὸν θρασὺν ἡνιοχῆα*. Append. n. 351 *Τόνδ' ἀρετῇ προὔχοντα νέων κ. τ. λ.* — V. 2. *ΤΑΙ . . ΑΡΗ : ΙΑΡΙΝ*. Haec difficultate non carerent, nisi altera juvaret inscriptio. Ex ea quod reposueram, firmavit Osanni apographum diu post acceptum, quod habet *ΡΗΤΙΑΡΙΝ*. Ipse postea vidi, litteram *Τ* quidem fere evanuisse, *Ι* autem extra dubitationem positum esse, neque suppleri posse, quod factum est, *ΙΙ*. De forma *ις* pro *ιος* v. ad n. 13. Glossatores vocem *retiarius* reddunt *δικτυοπλόκος*, *δικτυοβόλος*, *δικτυοφόρος*. In litteris antecedentibus nomen proprium inesse nequit. Quod conjeci *ταινίᾳ*, quamvis omissa praepositione et oratione mutila, aptum videbatur ob litterarum et spatii congruentiam. Est haec *palma lemniscata* gladiatorum. cf. Cic. pro Rosc. Am. 35. Hesychius *Λημνίσκους τὰς στενὰς Συρακόσιοι ταινίας* (cf. Dacer. ad Fest. s. v.), qui ap. Syracusanos lemnisci ad rem gladiatoriam pertinere videntur. Mülleri apographum, quod Boeckhius per litteras me docuit, habet *ΤΑΤ* pro *ΤΑΙ*. Nomina non ferebat metrum, quae etiam in aliis titulis versui adstrictis interposita leguntur ut n. 40. 57.

---

*) *Sur la statue antique de Venus Victrix* cet. *par Mr. le Comte de Clarac* p. 4. Theatrum dicit Quatremère de Quincy in Dissertatione de eadem statua p. 10.

196. *Δεύτερος πάλος* apud scriptores non invenitur: sed *πρῶτος πάλος*, qualem alter titulus noster exhibet, notus erat ex Dione Cassio LXXII, 22 cf. 19, qui Commodum cognominibus suis addidisse refert haec verba: *πρωτόπαλος σεκουτόρων — νικήσας δωδεκάκις χιλίους*. De qua re Lampridius in Commod. c. 15: *Appellatus est sane inter caetera triumphalia nomina etiam sexcenties vicies paltus primus sequutorum.* Pessime interpretatur Lips. Saturn. II, 7; male etiam Casaubonus; nec verum assecutus est Salmasius, sequutores fuisse ratus, *qui sorte victis sufficerentur*, ἔφεδροι Graecis dicti, hinc *πρωτόπαλον*, *cujus prima sors exierit, primum sequutorum.* At sequutores non magis quam aliud gladiatorum genus erant suppositivi omnes, sed vocabulum *sequi* spectat ad retiarium; neque Commodus, si nomen suppositiciorum *primum* significaret, *primi* pali honore contentus fuisset, quia minor est gloria, si cum fatigato certes ipse integer. Erat enim, Luciano observante in Hermot. c. 4, non parva athletae felicitas, qui integer certamine fessis committeretur. cf. Paus. VIII, 40, 2. Tangit hunc usum Plinius Epist. VIII, 14: *ut in spectaculis quibusdam sors aliquem seponit ac servat, qui cum victore contendat, sic in senatu sunt aliqua prima, sunt secunda certamina.* Non vacat nunc in rem gladiatoriam penitius inquirere, sed ex nostris titulis et ex re conjicio, binas sortitiones ad certamina, post quaedam fortasse diludia, repetita vel binis trinisve diebus continuata spectare; atque huc trahendum etiam videtur marmor Farnesianum ap. Falconier. Inscr. Athlet. p. 101, a multis adhibitum, a nemine explicatum, in M. Aurel. Asclepiadem Alexandrinum pancratiasten, qui plura certamina dicitur vicisse *δὶς τὸ δεύτερον μετὰ πρῶτον κλῆρον στήσας τοὺς ἀνταγωνιστάς*, *δὶς τὸ δεύτερον μετὰ δεύτερον κλῆρον στήσας τοὺς ἀνταγωνιστάς*, *τρὶς τὸ δεύτερον ἐξ ἀρχῆς στήσας τοὺς ἀ.* vel *τὸ τρίτον μετὰ πρῶτον κλῆρον στήσας τοὺς ἀ.* Vi-

dentur igitur, ut in gymnasio luctatores in tres τάξεις distributi reperiuntur (Boeckh. Inscr. T. I p. 246), sic in ludis etiam classes duae gladiatorum fuisse, ita, ut post priorem certaminis partem transactam redintegraretur comparatio seu compositio parium (de qua v. Lips. Saturn. II, 19.) Hoc si ita revera institutum erat, primi ordinis victor non una de causa praeferendus erat δευτέρῳ πάλῳ. Ceterum voces πρῶτος πάλος sive πρωτόπαλος et δεύτερος πάλος, *qui post primam* vel *alteram sortitionem digladiatur*, quod dictum fere est ut *primus pilus* pro primi pili centurione, in Stephani Thesauro frustra quaeras; Schneiderus habet quidem πρωτόπαλος, sed non recte interpretatur. Apud utrumque deest etiam πρωτόμαχος, quod legitur ap. Athen. p. 154 F; deest retiarii significatio ad voces δικτυοπλόκος cet. Πάμμαχος habet Philippus ep. 46.

3. Χαλκέλατος, ut Anthol. Pal. V, 217, 2, Pind. Ol. VII, 66 et ἁρμελάτης ap. nos n. 212. Χαλκήλατος κώδων, Aeschyl. Sept. 385. De tuba signo commissionis, uti verae pugnae, ita variorum certaminum, v. locos veterum ap. J. Lips. Saturn. II, 19 p. 108, Fabric. Agonist. III, 16. Aeneid. V, 113 *At tuba commissos medio canit aggere ludos.* Stat. Silv. III, 1, 139 cf. 151 *Jam placidae dant signa tubae.* Addo Sophocl. El. 711. Poll. IV, 86—89. Non deest tubicen in tabula picta ex Amphitheatro, in qua apparatus certaminis cernitur, in Guil. Gellii Pompejanis tab. 75. — V. 4. ἀνίσων αὐλῶν: impares igitur tibiae certamini adsonabant; res non trita. Hic etiam mos antiquissimus; in ludis enim Acasti funebribus in arca Cypseli repraesentatis adsunt tibicen et tibicina. Sequitur in marmore, ut nuper vidi, et in aere quoque Parisino ΚΕΛΑΔΟΝΑ. et in linea sequente ΛΩΝ, unde possis λαῶν facere. Sed non erraveris scribendo cum Jacobsio ἀθλῶν, de quo ipse quoque cogitaveram. Brevis enim syllaba ictu metrico tollitur, ut Odyss. XXIII, 339 θεὸν ὥς, XVIII, 295 ἠέλιον ὥς. Simonid.

in Jacobs. Append. n. 86 *Ἴσθμια δίς, Νέμεα δίς, Ὀλύμπια ἐστεφανώθην.* Incertus. ibid. n. 290, 6 (Boeckh. n. 1656) *εἰς ὀλίγον ἐτέων.* Theogn. 461 *νόον ἔχε* et ita passim. Cf. Jacobs. Anthol. T. VI p. 357. — V. 5. *ΦΑΣΙΝΔΗΡ* . . . exstat liquido. Pro *δέκ' ἄεθλα* lapidarius male exaravit *ΔΕΚΑ ΛΘΛΑ.* Sic n. 101, 4 *ἔνθα λάβον* pro *ἔνθ' ἔλαβον* et similia passim. — V. 6. *ΤΡΙΣΚΑΙΔΕΚΑΤΟ.* Ita marmor, non Ω in fine. *Τελέσας ἆθλα, τέλος ἔσχον,* leni cum affectu, nec sine euphemismo. Nomen ab aliis suppletur *Γρύλλος;* superest *ΛΛΟΣ,* neque recte vidit qui vel minimam partem alius litterae addidit. Tum *ΞΟΗ.*

48.

Τιμόθεος Δασεῖος χαῖρε.

Τιμόθεος ὁ πάτρας ὅσιος φώς, παῖς δὲ Δασεῖος,
τρεῖς δεκάδας ἐτέων τερματίσας ἔθανες.
ἃ τάλαν οἰκτείρω σε πολυκλαύστῳ ἐπὶ τύμβῳ,
ἠὺν δὲ σύ γ' ἡρώων χῶρον ἔχοις φθίμενος.

Marmor in Bosporo Cimmerio, quo loco Phanagoria olim fuit, repertum et a Clarkio Cantabrigiam delatum. In utroque latere typus est in illius regionis monumentis obvius, equitis figura, sequente ministro pedite, quo equestris dignitas exprimitur. V. ad n. 28. Idem Clarkius primus edidit in Graec. Marmor. Cantabr. 1809 p. 5; hinc a nobis communicatum Jacobs. in Add. ad Not. crit. p. CIV. Cujus apographum cur spurium visum fuerit Osanno Inscr. p. 145, non perspicio, quum suum ab illo una tantum littera v. 3 *Π* pro *N* in praepositione diversum sit; et hoc etiam *Π* Clarkius habet, *N* vel calami vel typographi lapsus est. Postea typis exprimi curaverunt Blomfieldius, nisi fallor, in Museo Crit. Cantabr. T. I p. 226, Boissonadius Holsten. Epistol.

p. 431 et Graefius in Act. Petropol. T. VIII p. 648. — ΔΑΣΕΙΟΣ fuerunt qui emendarent ΔΑΣΕΙΟΥ, perperam quidem, quum eadem scriptura redeat in 1. versu. Δασεῖος scripsit Osannus. Nomen est Δασεύς, unde Aeolice formatur Δασεῖος, ut Περσεῖος, Ὀδυσσεῖος vel Ὀδύσσειος v. Maittair. de dial. p. 249. Graef. Δασέως, post in hexametro Δασῆος. Magis obvium est diminutivum Δάσυλλος. — V. 1. Blomf. Πάτρας, de urbe Patra prope Bosporum cogitans: sed illius ap. Strabonem nomen est Πατραεύς, non Πάτρα: nec illic inventum est marmor. Graef. articulo deleto, puerum intelligit, cui propter legitimum, ex quo natus fuerit, matrimonium jus civitatis competeret. In sequ. enim v. legit, uti ego olim, τριὶσδεκέτας ἔτ' ἐών. Mihi ὁ πάτρας φὼς vel titulus honoris esse posse videtur, similis ejus, de quo Boeckh. agit ad n. 1058 υἱὸς τῆς πόλεως, θυγάτηρ τῆς μητροπόλεως. cf. n. 1242. 1247. 1253. 1255 et tit. ex insula Anaphe ap. Villoisonum in Actis Acad. Inscr. T. 47 p. 287, vel *civis prae aliis omnibus integer.* — V. 2. ΤΡΙΣΔΕΚΑΤΑΣ. Correxerunt Blomf. et Jacobs. adstipulantibus Boiss. et Osanno. Frequens est *I* pro *EI*. Formula pervulgata; sic in epigr. ap. Jacobs. T. 3 p. XCIX τρεῖς ἐτέων δεκάδας. Append. n. 200 τρισσαῖς δεκάδεσσιν. n. 305 ἐτέων δισσὰς ὀγδοάδας, n. 398 ἐννεάδας τρισσὰς ἐτέων. cf. n. 384, 11. Planud. n. 356. 358. 372. Infra n. 57 δέκα τρὶς λυκάβαντας. — V. 3. Meleager Epitymb. n. 476 πολυκλαύτῳ δ' ἐπὶ τύμβῳ σπένδω μνᾶμα πόθων. — V. 4. In marmore est ΗΤΝ et ΣΤΜΗΡΩΝ. Hoc Clarkius mutavit in ΣΤΝ, ΗΡΩΝ. ΗΙΝ putavi esse ἐΰν, una syllaba proferendum, et receperunt Jac. et Graef. Ceteri emendant ΝΤΝ, et est vitii genus sane vulgare. Ἥρωες non semidei hic sunt, sed defuncti, beati, et acutissime Jacobsius conjecit συνηρώων, junctis vocibus. Haud minus facilis est emendatio Blomfieldii, Osanni et Graef. σύ γ'. Blomf. simul propter νῦν scribit ἔχει, et praeter rem conjicit ἥρωσιν, vel ἠρίον, vel ἡρώϊον.

49.

Ὁ κλεινὸς ἶνις βασιλέως Ἀμάζασπος,
ὁ Μιθριδάτου βασιλέως κασίγνητος,
ᾧ γαῖα πατρὶς Κασπίας παρὰ κλῃθρας,
Ἴβηρ Ἴβηρος ἐνθαδὶ τετάρχυται,
πόλιν παρ' ἱρὴν, ἣν ἔδειμε Νικάτωρ, 5
ἐλαιόθηλον ἀμφὶ Μυγδόνος νᾶμα.
θάνεν δ' ὀπαδὸς Αὐσόνων ἀγήτορι
μολὼν ἄνακτι Παρθικὴν ἐφ' ὑσμίνην,
πρίνπερ παλάξαι χεῖρα δηΐῳ λύθρῳ,
ἴφθιμον αἰαι χεῖρα δουρὶ κανοζωρ 10
καὶ φασγάνου κνώδοντι πεζὸς ἱπ[πεύς τε.]
ὁ δ' αὐτὸς ἶσος παρθένοισιν αἰδοίαις.

Romae in hortis Mediceis exscripsit Ursinus. Gruter. p. 288, 5. Jos. Scaliger leviora scripturae menda sustulit, totius carminis elegantissimi rationem non perspexit, historiamque se fatetur ignorare. H. Grotius in Mantissa Tertia Anthol. Grotianae Vol. III p. 396 eleganter vertit. Hier. de Bosch Vol. V p. 182 bene animadvertit, Mithridatis Iberi, Parthicis rebus impliciti, frequentem fieri mentionem in rebus Tiberii, Caji, Claudii, Neronis: sed hi imperatores quum in Parthos ipsi non sint profecti, juniorem intelligendum esse Mithridatem, ab illo antiquiore genus ducentem, fortasse illum eundem Iberorum Asiaticorum regem, qui cum aliis regibus in fidem acceptus est a Trajano teste Eutropio VIII, 3. Certe Trajanum multum ipsum contra Parthos bellavisse, ac saepe versatum esse in locis juxta Nisibin sive Antiochiam Mygdoniam (Dio Cass.

LXVIII, 26. 30), quam fluvius Mygdonius alluebat, teste Juliano, conditam ab Antiochi filio Seleuco Nicatore. Appian. Syriac. c. 57. Haec ille. — V. 1. Scrib. videtur Ἀμάξασπος. Etiam v. 9 male pictum est ΠΑΛΑΖΑΙ. — V. 3. κλῇθρα pro κλῇθρον. — V. 4. Grot. *Iber sepultus hic Iberico more.* — V. 6. ἐλαιόθηλος, olearum nutrix Mygdonis lympha. Noveramus εὔθηλος, ὁμόθηλος et alia composita. — V. 7. ΘΑΝΟΝ. Scalig. θανών, structura durissima. Grot. θάνεν. In ἀγήτορι poetica libertate producitur syllaba. Scal. posuit ἀγήτωρι. Grot. ἀγητῆρι. — V. 8. Grot. μολῶν. ΑΝΑΚΠΝΑΡΘΙΚΗΝ, igitur Π pro ΤΙ et Ν pro Π. Scal. ἄναχτα, non video quo sensu. — V. 9. ΔΗΙΩΙΑΤΘΡΩΙ. — V. 10. Grot. ἴφθιμον αἳ αἳ χεῖρα δουρὶ νικάσων. — V. 11. Scal. πεζὸς ἱππεύς τε. Idem male dedit φάσγανον pro eo, quod Grut. habet, φασγάνου, et Κνώδοντι littera majuscula. Ξίφους διπλοῖ κνώδοντες, Soph. Antig. 1200 cf. Lobeck. ad Ajac. p. 350. Δουρὶ καὶ φασγάνου κνώδοντι, quorum illud ad πεζὸς pertinet, hoc ad ἱππεύς. Grot. πεζὸς ἱππῆας. Vertit, verum non assecutus: *Invictus eheu! cujus hasta vel mucro Domare peditis posset hostium turmas. Nunc ille tantus virginum jacet fato.* Divinandum restat, quid lateat in ΑΙΑΙ, quod suspectum, et in corrupto ΚΑΝΟΖΩΡ (non κανωσωρ.) — V. 12. Grut. et Scal. ὁ δ' αὐτὸς ἴσος. Grot. temere ὄλλυτο δ' ἴσως, ne sensu quidem apto: *Nunc ille tantus virginum jacet fato.* Quasi virgines solae morbo, non ense hostium, mori solerent. Laudatur in Amazaspo manus strenua et ad utrumque genus armorum parata, conjuncta cum virginali vel venustatis flore vel modestia.

50.

L. ΚΘ. *Τι. Πετρώνιος Καπίτων, ἐτῶν ΔΚ.*

Βαιόν σοι τὸ μεταξὺ βίου θανάτοιο τ' ἔθηκε
καὶ τύμβου, Καπίτων, καὶ θαλάμοιο, Τύχη,
νύκτα μίαν ψεῦστιν καὶ ἀ[νη]λέα, τὴν ἄνις αὐλῶν,
τὴν δίχα σοι [πα]στῶν, τὴν ἄτερ εἰλαπίνης.
αἳ αἳ τὴν ἐπὶ πέπλα καὶ εἰς ἀμύριστα πεσοῦσα[ν] 5
στέμματα καὶ βίβλους σεῖο, πρόμυιρε, τέφρην,
οἳ θρηνοῖσι βοητὸν ὑμήναον, οἳ προκελεύθους
λαμπάδας ὑστατίου καὶ κενεοῖο λέχους.

Ptolemaide cippum, in quo elegantissimum hoc legitur epitaphium, invenit Pacho, idemque propediem edet in Cyrenaico Itinerario, quod prelo commissum est et jam in lucem edi coeptum. Mecum in antecessum communicare apographum Vir humanissimus non recusavit Letronnio intercedente, Viro ingenii doctrinaeque laude florentissimo. Atque hic non contentus descripsisse in gratiam mei versus, paucula simul, quibus scriptura inquinatur, vitia correxit. V. 3 enim legitur ΑΛΙϹ pro ΑΝΙϹ, v. 6 ΒΙΒΛΟΥϹΕΙΟ, altero Ϲ omisso (v. ad n. 11. 101, 2 103), et v. 7 ΠΟΚΕΛΕΥΘΟΥϹ. Ductus satis distincti sunt, hexametri et pentametri non singulis versibus singuli perscripti, sed punctis discreti ut n. 47. et n. 101. Rotundae sunt litterae Ϲ ε ω praeterquam in lemmate, fere ut n. 37 et 68. Legitur enim:

L. ΚΘΤΙΠΕΤΡΩΝΙΟΣ.
ΚΑΠΙΤΩΝΕΤΩΝΔΚ.

Numerum annorum defuncti Letronnius in altero, quod adjunxit, apographo definit ΔΚ: deest enim in littera Δ virgula lateralis. Mortuus est Capito ea nocte, quae nuptiis praestituta fuerat; vidit igitur alia omnia ista nox, quam

quae exspectarant illam, tibiarum concentus, thalamus, convivium; in quibus grata est varietas particularum ἄνις, δίχα, ἄτερ. Comparatio flebilis per totum carmen continuatur. Argumentum geminum continent epigrammata Anthologiae ad n.34 fin cf. 45, 6 laudata. Adjectivum ἀμύριστα non constructione grammatica, sed re et sententiae tenore simul cum utroque nomine copulatur; πέπλα enim sine epitheto langueret. Hujus licentiae, sive hyberbaton dicere malis, exempla apud optimos inveniuntur poetas. Ajax apud Sohoclem, postquam Jovem invocavit, Mercurium πομπαῖον, Solem, Mortem, ad Solem iterum se convertit 844:

Καὶ τὸν διφρευτὴν Ἥλιον προσεννέπω
πανύστατον δὴ κοὔποτ' αὖθις ὕστερον.
ὦ φέγγος, ὦ γῆς ἱερὸν οἰκείας πέδον
Σαλαμῖνος, ὦ πατρῷον ἑστίας βάθρον.

In quibus ne dubites lucem simul patriae terrae, sive dies illic peractos intelligi et solum natale domumque, in quibus peregisset: et Bothium miror, qui de hoc verborum sensu et ipse cogitasset, maluisse tamen conjecturae indulgere, qua aliena ab hoc loco elegantia poetae obtruditur. — Libros vel edidisse, vel scribere Capitonem incepisse, indicant sequentia, siquidem sensus eorum hic est, cinerem in ipso quasi rogo concidere tam in peplum sive pallium et serta funebria, unguentis quidem, quae nuptiis praesto fuerant, non imbuta (vestes etiam unctas esse docet Facciolat. v. *Unguentum*), quam in libros, fortasse inchoatos illos et ob id ipsum, quod nondum perfecti erant, morte auctoris praematura una cum ipso abreptos. V. 7. οἳ θρηνοῖσι βοητὸν ὑμήναον, *heu lamentis exclamatum hymenaeum!* Verbale βοητὸς non alibi exstat: nota sunt composita ἀβόητος, περιβόητος et al. ὑμήναος pro ὑμέναιος, Aeolice, v. Sapph. Fragm. ed. Neue n. 73. — V. 8. κενεοῖο, v. n. 34, 7. Opponitur solitudo sepulcri toro conjugali.

51.

Ἔστ]ιν τοὔνομά μοι Ἀφροδίσιος, ὦ παροδῖτα,
εἰμὶ δ' Ἀλεξανδρεύς, τῶν δὲ χορῶν ὁ μέσος.
θνή]σκω δ' οἰκτροτάτῳ θανάτῳ διὰ τὴν ἄλοχόν μου
κλεψίγαμον, μιεράν, ἣν περὶ Ζεὺς ὀλέσει.
ταύτην γὰρ λάθριος γαμέτης κἀμὸν γένος αὐχῶν 5
θ]έλξ[α]ς με καθ' ὕψους δισκοβόλησε νέον.
τρ]ὶς δέκατον γὰρ ἔτος κατέχοντά με, κάλλος ἔχοντα
κλώσασαι Μοῖραι πέμψαν ἄγαλμ' Ἀΐδῃ.

Χαῖρε.

Ex marmoribus Comitis Choiseul, quorum v. Catal. n. 117, nunc in Museo Regio Parisino. Bouill. Mus. T. III Cipp. et inscr. sep. tab. I, 5, adjuncta explicatione lepida, discum a Jove uxoris amante jactatum interemisse maritum; multo plenius in Inscriptt. Claraci nondum editis n. 671. Lapis unde allatus sit, ignoro. Lectu est difficillimus. Alexandria Aegypti inter octodecim hujus nominis urbes ap. Steph. Byz. longe celeberrima. — V. 2. *Τῶν χορῶν ὁ μέσος, ὁ μεσόχορος*, ob pulchritudinem (v. 7) et proceritatem corporis. Append. n. 296 *εἵνεκ' ἐμῆς ὥρης καὶ μεγέθους ἐρατοῦ*. — V. 3. *θνήσκω*, ut n. 26, 3. Boeckh. n. 1152, 6. Clarac. *δί]σκῳ*. — V. 4. *μιεράν* pro *μιαράν*, Phrynich. p. 309, ut *φιερὸς* pro *πιαρός*. *ΟΛΕΣΕΙ* liquido scriptum est, non *ΩΛΕΣΕΝ*, quod habet Clarac. Compositum *περιόλλυμι* lexicis adde, simile illud his *περιθρηνέω*, *περιωδυνέω*, *περιοργίζομαι*, *περιφιλέω*, *περιφοβέομαι*, *περικήδομαι*, *περιαγάομαι*, aliis. — V. 5. *κἀμὸν γένος αὐχῶν*, ad Aphrodisii uxorem, ut ipsi nuberet, persuadendam hoc etiam corruptor usus erat, quod ad eandem cum illo claram gentem pertineret. — V. 6. [Θ]*ΙΛΞΣΜΕ*, omisso *Λ*,

unde tamen θέλξας satis certo restitui posse videbatur, με productum, ὕψους priore correpta syllaba. Ζεὺς quod non facit positionem, a vulgari littèrae Z pronunciatione habet excusationem. καθ' ὕψους, superne injecto disco aliquo. Jacobsius: »κἀμὸν γένος αὐχῶν si sincerum est, sic videtur accipiendum: *licet genere mihi cognatus*; quo gravius flagitium. Sed vereor, ne scribendum sit κἀμὸν γένος ΑΙΣΧΩΝ, et conjugem meam et meum genus dedecorans. Verbum αἰσχέω, quod vulgaria Lexica ignorant, adstruxit Stephanus. Quo admisso servari poterit ΕΛΞΑΣ. καθ' ὕψους, de loco edito. Herod. VIII, 33 οἱ μὲν ἐρρίπτεον ἑωϋτοὺς κατὰ τοῦ τείχεος κάτω. Verbum δισκοβολεῖν Lexica ignorant; sed est pro δισκεύειν, *projicere*, *jaculari*. De Sirenibus Orph. Argon. 1295 ἀπὸ δὲ σφέας ῥωγάδος ἄκρης Ἐς βυσσὸν δίσκευσαν ἁλιῤῥοθίοιο θαλάσσης. Cf. Eurip. Ion. 1268.« — V. 7. Clar. δὶς. — V. 8. ἄγαλμ' Ἀΐδῃ, ob genus, formam atque juventutem, non λυπρὴν δαῖτα Χάρωνι n. 54, 16. Apud Pind. Nem. X, 125 cippus est ἄγαλμ' Ἀΐδᾳ.

52. (6.)

Κυζικὸς ἦν μία πᾶσι πατρὶς καὶ μοῖρα δὲ πάντας
ὤλλυσεν ἠϊθέους, ὦ παροδῖτα, μία.
[πάντας καὶ νέκυας ξένος] αὐτὸς ἔχει[ν ἐ]πόθησεν,
[χἠμῖν] τεῦξε λυγροῖς μ[νή]ματα μυρόμενος·
οὗ τὸ καλὸν κοσμεῖ περικείμενον οὔνομα τύμβους,
οὗ γλυκὺς ἐσθ' ἡμῖν κἂν φθιμένοισιν ἔρως.

Messanae. Plac. Reyna Notit. urbis Messanae P. I p. 162, etiam in Thes. Antiqu. Sicul. Vol. IX, Gualter. Inscr. Sic. in eod. Thes. Vol. VI p. 189, et Inscr. omiss. p. [29], ubi medium dist. paulo integrius ex schedis viri cujusdam eruditi exhibetur. Murat. p. 748, 4. Dorvill. ad Charit. II, 5.

Leich. Misc. Lips. Nov. I, 500 et Carm. sep. p. 51. Brunck. Anal. II, 57, qui mirandum in modum alucinatur. cf. Jacobs. ad Anal. qui ex nova Anthol. ed. exclusit, Diar. Classic. Vol. X p. 344, ex apographo, ut videtur, ab Anglo aliquo recens facto, omissis omnino medii distichi fragmentis, neque tamen sine lacunae signis. Ibid. Vol. XII p. 181 primum et tertium dist. quasi integrum continerent carmen, invita quam maxime Minerva tentantur; totum postremo tractat Graefius p. 700.

1. Reyn. *CTZIΓOC* Murat. ex Gualter. *ΣΥΖΙΚΟϹ*, in quo prima littera mutanda in *C*, unde si restitueris virgulam perpendicularem, existit *ΚΥΖΙΚΟϹ*, atque sic legitur in Diario Classico. Ita vero concidunt splendidae conjecturae de Messeniorum adolescentibus in freto Siculo submersis, de Callone artifice, de Hippia poeta ex Paus. V, 25, 1, et aliae plurimae, quibus pro fundamento est *σύζυγος*, adjectivum cum novum, tum juxta *μίᾳ* satis jejunum, *conjuncta una omnibus patria.* — V. 2. scriptum est *ΠΑΡΟΛΕΙΤΑ*, v. 6. *ΗΜΕΙΝ*. Forman *ὤλλυσεν*, quum lapidis scriptura sine mendo sit, expungere nolui. Xenophontis Codd. Anab. III, 4, 11 partim habent *ἀπώλλυσαν*. Alterum distichon misere lacerum est, sed in rectam, nisi totus fallor, restituendi ejus viam ducit Simonides ep. 97:

Τούσδ' ἀπὸ Τυῤῥήνων ἀκροθίνια Φοίβῳ ἄγοντας
ἓν πέλαγος, μία ναῦς, εἷς τάφος ἐκτέρισε.

Tertium, quod commune habuerunt adolescentes ejusdem urbis, eodem fato, naufragio, ut videtur, interemti, quid aliud fuisse dicamus quam sepulcrum? Jam primum *ἐλεγεῖον* quatuor, ultimum quinque versibus perscriptum est, tertii restant quatuor, ita illi inter se et cum tertio dist. cohaerentes, ut unum ante hos quatuor excidisse confidenter dicam, fortasse quod in marmore prorsus evanuerat. Reliquos ex Gualterii Addendis appono,

ΛΙΤΟCΕΧΕΙ
ΠΟΘΗC ΕΝ ΚΑΙ . . .
ΤΕΤΞΕΛΤΓΡΟΙCΜ . .
ΜΑΤΑ ΜΥΡΟΜΕΝC . .

In quibus quum pentametri mensura non sit dubia, atque hinc porro hexametri clausula πόθησεν constet, caesura etiam ejusdem inelegantior, quamvis non omnino insolens, quum certa sit, non potest nos tenere. Αὐτὸς, *idem*, v. Schaef. Melet. p. 65, vel *solus*, v. ad Theogn. 1237 Welck. Post ΚΑΙ fuit ΗΜΙΝ, atque illud scriptum pro more, pro ΧΗΜΙΝ. Sic n. 40, 3 ΚΑΙΛΤΤΩ, n. 189 ΚΑΙΟΤΧΙ est κοὐχί, n. 150, 3 ΚΑΙΛΡΕΤΗΣ κἀρετῆς, καὶ Ἀμφίονα in versu Asii ap. Pausan. II, 6 in Aldina pro κ' Ἀμφίονα, ap. Boeckh. n. 10 ΤΟΥΛΥΤΟΥ ταὐτοῦ et sic passim. Λυγροῖς, *miseris nobis*, ut n. 29 ὃν πινυτὴ παράκοιτις ἀνιηρὸν — θάψεν, n. 73 βρέφος αἴλινον, ap. Soph. Aj. 1209 λυγρᾶς μνήματα Τροίας. cf. Antig. 823 Br. Jacobs Append. n. 229 λυγρὰ μνημήϊα τέκνον. Μυρόμενος, in cujus gratiam ὄμματα alii et δάκρυσι suppleverunt, nobis hic significat ὀδυρόμενος, ut passim in Anthologia (Epit. n. 10. 71. 146. 292. 353. 539. 730 cet.) et alibi. Lacrimae quoque ad quietem animarum efficaces sunt. Apud Hom. Odyss. XI, 72 Elpenor rogat Ulyssem Μὴ μ' ἄκλαυστον, ἄθαπτον ἰὼν ὄπιθεν καταλείπειν. Totius distichi cardo vertitur in nomine, quod tam cadaveribus juvenum recipiendis, quam relativo οὗ τὸ καλὸν ὄνομα, οὗ γλυκὺς ἔρως conveniat. Atque huic nomini duarum syllabarum spatium relictum est, non amplius, quum et πάντας repeti debere, neque νέκυας deesse posse videatur. Sententia fuisse videtur haec. Quum adolescentes Cyziceni in freto Siculo naufragium fecissent, vel una Messeniorum civitas (ut pluribus in epitaphiis legitur δῆμος ἔθαψεν ἅπας), vel una quaedam pars civitatis, vel unus fortasse hospes, cadavera omnia collegit et composuit, justa miseris fecit monumentumque posuit, pro quibus beneficiis gratum illi in Orco

animum profitentur. Substantivum, quod prorsus satisfaciat, non succurrit. Lacunam explent στρατὸς, quo pro δῆμος utuntur tragici atque Pindarus, et ξένος.

Graefius v. 5 ad nomen patriae refert, ejusque vult aut civium in medio disticho, pro universa carminis oeconomia, mentionem fieri debuisse. Sed si Κυζικὸς patria fuit, quod nobiscum ipse statuit, Messeniorum autem civitas monumentum posuit, οὗ ad patriam non potest pertinere. Quod vir doctissimus proponit, aliisque conjecturis suis praefert:

[Δῆμος δ']αὐτὸς ἔχεν', [ὁ] ποθῆς ἕνεκ' αἴ[λινον αἰεὶ
δάκρυσι] τέγξε λυγροῖς [ὄ]μματα μυρόμενος·

tum nimis quaesitum esse videtur et contortius, quam par est, dictum, tum si vel maxime cum reliquorum simplicitate conveniret, mutationis audacia assensum cohiberet. Quo magis mutilatum est, quod tractamus, fragmentum, eo minus litteras, a quibus sententia pendet, mutare licet; nihil enim praeter litteras in sententiae, quam adhuc quaerimus, ambiguitate certi omnino adest. Graefius autem ἔχει, in quo non facile poterat errari, mutat in ἔχεν', quod ipsum sic absolute positum duriusculum est, omisso χῶμα, σῆμα, τύμβον vel ἡμᾶς (ut Epitymb. n. 693 χῶσάν με), et ex· τεῦξε, quod utrumque habet Gualterii apographum, facit τέγξε; tum post ΠΟΘΗCΕΝ addit Ε, pro Μ post λυγροῖς ponit Ο: denique deinceps insertis ΔΙΝΝΟΝΑΙΕΙΔΑΚΡΥCΙ versum unum nimis ultra reliquorum in lapide modum extendit, simulque moeroris descriptionem mirifice amplificat.

53. (46.)

Τρινακρίη με λοχεύσατο, τοὔνομα Οὐήραν,
σωφροσύνης βιότῳ κῦδος ἐνεγκαμένην.
κουρίδιος δὲ πόσις κρύψε χθονὶ τῇδε καλύψας,
δακρυχέων ἐπ' ἐμοὶ συχνὸν ἀπὸ βλεφάρων,

κηδεύσας ἀρετῆς ἀντάξιον ἡμετερῇσιν, 5
ἡλικίης ἐτέων εἴκοσι καὶ τετόρων.
ὦ θνητῶν ὀλίγος τε βίος καὶ ἄφευκτος ἀνάγκη,
ὥς με τάχος βιότου νόσφισε καὶ γαμέτου.

Cornelianus Scriba con(jugi)
incomparabili contra votum.

Neapoli, in praedio suburbano Ducis Protae supra Plagam. Ignarra de Phratriis 1797 p. 209, quem v. p. 179 de scriba (ἀναγραφέα vocabant Graeci) civitatis Neapolitanae. — V. 1. *Νῆσος Τρινακρίη* ad explendum hexametrum Jacobs. Quinque pedum versum habes etiam n. 37, 2 et 46, 3. — De verbo *κουρίδιος* v. Buttmann. Lexil. T. I p. 32 ss. — V. 7. Jacobs. malit *δ' θνητῶν*.

54.

Στέμματ', ἀφ' ὧν πτοίη καὶ πρήξιες αἱ κενεαυχεῖς,
ἄλλων σήματ' ἔχοιτε, δικασπολίας τ' ἐνέποιτε,
τηκεδόνας βιοτῆς καὶ δούλειην ἐρίτιμον.
μοῦνον δ' ἡμέτερον βαιὴ [λίθος] οὔνομα φωνοῖ·
Ἀλέξανδρος ὅδ' ἐστί, Βαλεκτίνη δε συνεύδει, 5
κεῖν ἐνέρων λιμένεσσι μέγ' αἰνητὴ παρακοίτη.
τοὺς δ' ἄμφω χάριεν τέλος ἔλλαχεν· οὓς κτερέϊξε
χερσὶ φίλαις θυγάτηρ γλυκερὴ Παυλῖνα τοκῆας,
ἤδη οἱ θαλέθοντα τόκον κατὰ δῶμα λιπόντας,
τρίτους ἐξ αὐτῆς, οἵ μευ μελάθρων μεδέοιεν. 10
νηλὴς ὦ θάνατος, πολὺ δή μοι ἀκαίριος ἥκεις.
χρῆν γὰρ ἐπ' ὠδίνεσσιν ἔχειν χέρα καὶ τότ' ὀλέσσαι.
νῦν δὲ μετὰ πτολέμους κρυερῶν τε λαφύγματα νούσων,

λευγαλέους τε φόβους καὶ θυμοβόρους μελεδῶνας
καὶ δίκας ἀμφιλόγους ῥικνὸν καὶ κώδιον ἄξεις, 15
λυπρὴν δαῖτα Χάρωνι. νέων δ' ἔμπης πεφίδησο.

Romae in Museo Vaticano. Marin. Frat. Arval. p. 237. Nomen quater, Graece bis, itemque Latine, *ΠΕΙΟΝΙΟΥ*, *PIONI*, in lateribus marmoris in tres partes dissecti deorsum versus exaratum est. Litterarum formae in hac inscr. mixtae sunt ϹC et *C*, *E* et *Є*, *M* et *μ*; *ω* non nisi rotundatum extat. — V. 1. *ἀφ' ὧν πτοίη*, quia non in usu erat *πτοιαστὸς* vel *πτοιητός*, quamvis invenitur *πολυπτοίητος (θάλασσα)* Epitymb. n. 624, et *ἀπτοίητος*. — V. 4. *πέτρ'* supplet Ignatius de Rossi, Marinii amicus: *λίθος* praefert etiam Boissonad. post Holsten. Epist. p. 447. — V. 6. *ΠΑΡΑΚΟΙΤΕΙ*, quod cave scribas *παρακοιτεῖ*. v. ad n. 15, 6. — V. 7. Epitymb. n. 280 *Τέκνων τέκνα λέλοιπα· μιῆς ἀπέλαυσα γυναικὸς Συγγήρου· τρισσοῖς παισὶν ἔδωκα γάμους κ. τ. λ.* — V 11. *ΔΕ ΜΕΙΑ ΚΑΙΡΙΟϹ*. Rossius male *μὲν ἀκαίριος*, *certamente importuna*. Emendavit jam Boisson. p. 447; *ει* et *οι* saepe permutantur. *Ἀκαίριος*, forma nova. Ita etiam v. 13 *λάφυγμα*, *λαφυγμός*. *ἔχειν χέρα*, Jacobs. Append. n. 80 *ἧσιν ὁ πάντων ἁρπακτὴρ Ἅιδης οὐκ ἐπὶ χεῖρα βαλεῖ*. — V. 15. Anthol. VI, 93 *ὁ πρέσβυς ὁ πᾶς ῥυτίς*. VII, 726, 9 *ῥικνὴ ῥικνοῦ περὶ γούνατος*, et passim in Anthol. *ῥικνὸν καὶ κώδιον*, rugosum, marcidum et exsiccum, quasi pellem, nihil nisi pellem. — V. 16. *ΔΑΙΤΑ*, non marmorarii fortasse vitio, sed Marinii errore corruptum, mutavi in *ΔΑΙΤΑ*. Pluto pascitur mortuis, *δαίσαται*, Soph. Electr. 533, ubi v. Musgr. Noster ingrato modo et humili vetere utitur imagine. Sed admodum suavis est clausula *νέων δ' ἔμπης πεφίδησο*. In *πεφίδησο* nota tempus hujus verbi non alibi obvium.

55.

Ἱερὸς οὗτος ὁ χῶρος, ὃν Αἰνείας ἀγανόφρων
εἴσαθ' ἑοῦ ἑτάροιο σεβάσμιον Ἠϊθέοιο,
πάντα παλαιγενέεσσιν ἀλιγκίου ἡρώεσσιν,
κάλλος τ' ἠνορέην τ' ἀγανοφροσύνην τε νόον τε. 5
ἔ]νθα λέλε[κται α]ὲὶ καὶ Ὀλυμπιάς, ἱμερόεσσα
Ἠϊθέοιο δάμαρ καὶ ἀδελφέη Αἰνείαο,
ἣ πάσας παράμειψε φιλάνδρους ἡρωΐνας,
Ἄλκηστιν πινυτῇ, μορφῇ δ' ἐρατώπιδα Λήδην.
τοῦτ' ἐτύμως νῆσοι μακάρων πέδον, ἔνθα τε φῶτες 10
εὐσεβέες ναίουσι δικαιότατοι ἀγανοί τε,
οἳ ξυνὸν ζώοντες ἔχον βίον ἀλλήλοισιν
σὺν κόσμῳ σοφίῃ τε, δικαιοσύνῃ τε καὶ αἰδοῖ.
ἀγγέλλω τάδε βωμός, ὃν Αἰνείας ἀνέθηκεν,
ὄφρα κε κυδαίνωνται ὑπ' ἀντιθέοις γεράεσσιν
πᾶσιν ἐν αἰώνεσσιν ὑπ' εὐσεβίῃσιν ἑταίρων. 15

Romae in Museo Vaticano. Ara sepulcralis ante aliquot annos ad Viam Appiam eruta, non procul ab ecclesia S. Sebastiani, in vinea Petri Sancti Amendola, quo loco Triopium olim fuit Herodis Attici. Edidit Hier. Amatius in Diario Arcadico 1822 Januar. T. XIII p. 103 — 8; qui litterarum ductus Triopeïae Marcelli Sidetae inscriptioni similes esse asserit, orationis etiam genus priorum Antoninorum aetatem prodere ratus, argumentis quidem haud idoneis. Jacobsius auctorem inscriptiones Triopeïas imitari coloremque inde traxisse monet. Carmen mei causa transcripsit etiam Gerhardus. Lapidarius paulo fuit negligentior, qui v. 4 sculpserit *ΑΓΑΝΟΦΡΟΙΤΗΗΝ*, v. 7 *ΗΑΡΑΜ. . ΦΕ*, v. 9 *ΝΗωΙ*, v. 11 *CΤΝΟΝ*, v. 12 *ΚΟCΝω*. Formae litterarum ϵ et ω ubi-

que sunt rotundae. — V. 2. Ἠΐθεος proprium hic esse nomen, quamvis fortasse hoc solo loco legitur, in aprico est, quum proprie ἠΐθεος sit, qui uxorem nondum duxit. Quod Amatius quum non vidisset, non potuit quin omnino parum videret in hoc epigrammate. — V. 5. Amat. ЄΝΘΑΔЄΔЄ. . . . . ЄΓΚΑΓ cet. unde facit ἐνθάδε δέμας ἐνέγκατ' Ὀλυμπιάς, priore in δέμας syll. producta, vel ἐνθάδε δ'αὐτὸν ἐνέγκατο, *intulit*, ut in titulis Latinis. Maritum non intulisse Olympiadem, sed in illius ipsam sepulcro compositam fuisse, docent sequentia; quocirca in eum sensum verbum supplendum est. Gerhard. Є]ΝΘΑΔЄΔЄ . . . . . ЄΙΚΑΙ, quarum litterarum premens ductus dedi λέλεκται, haud quidem nescius, in perfecto illud verbum quietis sensu non inveniri, tum ἀεί, ea sententia, quam habes n. 39, 8 οὗπερ κατοικεῖν δεῖ με τὸν λοιπὸν χρόνον. Epitymb. n. 43 τὸν ἀεὶ νυκτὸς ἔχων θάλαμον. Jacobsio meo non placet ἀεί. Suspicatur fuisse: σὺν θαλερῇ δ' εὕδει καὶ Ὀλυμπιάς. — V. 7. παράμειψε cf. Passov. Lex. Graec. — V. 8. ἐρατῶπις, de qua voce dubitatum fuit Hom. ep. 2. — V. 9. ΝΗΩΙ in utroque apographo. Amat. vertit: *tempio simile in vero è de' beati l'Elisio campo.* Medela, quam adhibui, ΝΗCΟΙ, tam lenis est ad litteram *), praesertim quum dativo littera Jota in hac inscriptione non adscribatur etiam v. 8. 11. 12. 15, quam ad rem apposita. Τοῦτο πέδον, v. Matth. Gr. Gr. §. 264 (265), 1. De insulis beatorum cf. Heyn. ad Aen. VI, 637. Horat. Ep. 16, 41.

*) Litteras ΙΟ pro ω positas v. ap. Boeckh. n. 214. 216. 1861, ap. Gruter. p. 1129 (nostrum ep. 84) ΑΡΤΕΜΙΟΝ, pro quo ΑΡΤΕΜΩΝ in marmore esse ne dubites. Hinc ortum etiam γάστριον, Alcaeo tributum, ap. Pollucem, quod ex Laërtio in γάστρων plures mutarunt. V. Alcaei Reliquias coll. ab A. Matth. n. 6. Contra ap. eundem Alcaeum fr. 15 ἰόκολπον transierat in ὦ κόλπον, et in titulo ad n. 47 illustrato ЄΝΩΔΙΑ in ЄΝΟΙΔΙΑ. Saepe confunduntur etiam ΟC et ω, ut Append. n. 345.

Φῶτες, de viro et muliere, ut ap. Eurip. Hel. 1100 de femina. — V. 15. *πᾶσιν ὑπ' αἰώνεσσιν*. Ovid. Fast. V, 426 *Compositique nepos busta piabat avi.*

56. (45.)

Σεμνὴν Πηνελόπην ὁ πάλαι βίος, ἔσχε δὲ καὶ νῦν
σεμνὴν Φηλικίταν, οὐ τάχα μειοτέρην.
βουλομένης δὲ θανεῖν ἀνδρὸς προτέρην σφετέροιο
ἕκλυες, ὦ δαίμων, πολλάκις εὐχομένης.
τοιγάρτοι καὶ ἐμεῖο δικαιοτέρην ὀπ' ἄκουσον 5
εὐχομένου, Πλούτων, ἢν εἰς Ἀΐδαο περήσω,
εὑρεῖν τὴν ἰδίαν Φηλικίταν παρὰ σοί.
Κλαύδιος ἰητὴρ Ἀγαθῖνος τήνδ' ἀνέθηκεν
εἰκόνα, Φηλικίτας μάρτυρα σωφροσύνης.

Mus. Veron. p. 314. Sarcophagus, cum imagine super operculo Felicitatis recumbentis (ut n. 75), aere incisus est in J. Bottarii Mus. Capit. T. III tab. 66. In fronte epigramma quinque versibus exaratum legitur, quod ediderunt etiam Bonada T. II p. 379 et Fr. Guasco Musei Capitolini antiqu. 1775 T. III p. 177. Agathinus quidam medicus a Galeno saepe memoratur. v. Fabric. Biblioth. Gr. T. XIII p. 41. — V. 1. Maffejus male interpungit post *βίος*. Structura est: *ὁ πάλαι βίος ἔσχε, ἔσχε δὲ καὶ ὁ νῦν*. Bottarius et Guasco prodigiose *ὁ παλαίβιος, qui olim vixit, Ulysses.* — V. 3. Tale votum in Latinis epitaphiis plus semel legitur. — V. 6. Maffejus, de apographi sui cum marmore convenientia a Blanchinio certus factus, pentametri et subsequentis hexametri dimidium socordia sculptoris excidisse non dubitabat, et utrumque versum frigidissime ita supplebat: *πολλάκις, οὐ προθανεῖν, Ἀλλ' ὅπου ἂν θανέω καί.* A Guascone autem discimus, quamvis Maffejum ipse sequitur,

prima quartae lineae elementa, quae apud hunc sunt ΚΑΙ (post ΠΛΟΙΓΓΟΝ, ita enim scriptum est), converti debere in ΗΝ. Hoc si tenemus, hexameter exsistit, et contextus integer. Ἦν περήσω, *quum transiero*, ut ἦν ἀναπείσω, σωθήσομαι, Aristoph. Nub. 78, notante Jacobsio. Ordo distichorum interruptus non est impedimento. Conferas modo Jacobs. Append. n. 121. 163. 164. 244. — V. 7. In *Felicitatis* nomine suavissime ludit poeta; nec male poeta Latinus, Anthol. IV, 240: *Dolorem sine fine dedit Felicitas; isto Claudetur infelix falso cognomine dicta.* Similiter epitaphium in juvenem octodecim annorum Jacobs. Append. n. 305 οὔνομα δ' Εὐτυχίδης ψευδώνυμον κ. τ. λ. Et ejusmodi lusuum plena sunt epitaphia. Ex nostris v. n. 33, 3. 57, 1. 58. 96. ex Epitymb. n. 12 in Erinnam (i. e. Earinam, Ἠριναν:) Ἄρτι λοχευομένην σε μελισσοτόκων ἔαρ ὕμνων, n. 222, Ἐνθάδε τῆς Τρυφέρας μαλακὸν ῥέθος, n. 334, 17 Φρόντωνος ἐπὶ φροντίσιν. cf. n. 508. 561, 3. 568 μούνην Διδύμῳ, 599. 633, 3. 683, 8. 703, 5. Etiam n. 371 lucem accipit, ubi animadverteris Γῆν primum esse nomen matris, tum terram. In eodem nomine ludit Append. n. 332 γῆς ὢν πρόσθε γόνος μητέρα Γαῖαν ἔχω (i. e. Gajam), ubi v. 1 leg. videtur παῖς Γάειος, Γάϊος, v. Bosch. Obss. ad Anthol. Ibid. n. 318 Σῆμα Φιλείνῳ τοῦτο φίλῳ. n. 296 βροτοί μ' Ἐυθαλέα καλέεσκον Εἵνεκ' ἐμῆς ὥρης καὶ μεγέθους ἐρατοῦ. Ad hoc acuminum genus pertinet etiam n. 244 Μνῆμ' ἀρετῆς, μοίρης τὸ τέλος, φίλον οὔνομα Χρηστή, quem versum sensu omnino carere Jos. Scaliger existimabat, neque melius perspexerunt alii. V. Hier. de Bosch. Anthol. T. V p. 191. Nimirum Χρηστὴ non tantum carum est nomen, sed monumentum et quasi documentum in eo est virtutis, et summa felicitas. Denique huc refero etiam n. 290 Νήδυμος, Ἰταλικῆς Ἀδάης παῖς, ἥμερος ὄντως, cum quo compares Anthol. Lat. IV, 105 *Nomen erat Clemens, minime Laedendus* (quem tamen Pluto laesit); ut cum nostro n. 78 Ἄνθος ἀνθήσας, illic n.

209. *Nec sit mirum, quod comis, quod dulcis amoenus In vita fuerit; nomine Floris erat.* Ibid. n. 136 *Germine sublimi Proba nomine, mente probata,* n. 19. 35. 166 luditur in nominibus *Apri, Pyladis, Glyconis.*

57.

Τὸν Χαρίτων μετέχοντ' ἐσορᾷς κλεινὸν Χαρίτωνα,
Μοῖραν ἀναπλήσαντ' Αὐσονίῃ ἐνὶ γῇ.
τίκτε δὲ Σαρδονίη με περίῤῥυτος. ἐν δ' ἄρα Ταρσῷ
πίστιν ἔχον ταβουλῆς χρήματος Αὐσονίου.
ἀλλ' ἄρ' ἐσαθρήσας φωτὸς δέκα τρὶς λυκάβαντας 5
πρὸς πέντε, φθίμενος τήνδ' ἐπίκειμαι κόνιν.

D. M.
M. VLPIO. AVGG. LIB. CHAPITONI
VLPIA. CHARITINE. FRATPI DVLCS
SIMO. QVI. VIXIT. ANNIS. XXXV.DIEB.
XVIIII. ET. P. AELIVS. AVGG. LIB. AFRICAN VS
COGNATO BENE MERENTI FECHRVNT
ET. SIBI. ET. SVIS. LIB. LIB. POSTERISQ
EORVM. H.M.D.M.A.

Romae, apud Fredionium, antiquae artis operum negotiatorem, vere anni 1826 repertum ante portam S. Joannis, neque adhuc, quantum scio, editum. Misit ad me Gerhardus, et quum ob voces ЄХОΝΤΑΒΟΥΛΗΣ ἔχοντα βουλῆς, quae nec sensum admitterent, nec certam ferrent emendationem, rogassem, ut marmor denuo examinaret, rescripsit, apprime claras esse litteras omnes et omnia vitia solius lapidarii; post vidi recte legendo ἔχον ταβουλῆς, *tabulis,* simul grammaticae rationi, sensui, metro satisfieri, Charitonem, in Sardinia natum, Tarsi *tabularii* officio functum esse. Quod quidem inventu proclive fuisset, si proximum vocabulum syllabam *ΤΑ* excluderet. Latina vo-

cabula epigrammatis Graecis immista rarissime inveniuntur. Qui n. 77 legitur κίστιβερ magnos lusit viros. Extra versum est ῥητιάρις n. 47. Πατρώνους habemus n. 135, 7 et τῷ φίσκῳ et πόρτῳ n. 71*. Historici ponunt σεκουτόρων φαμιλία. In numo Ephesiorum est ΠΕΙΩΝ (πίων, piorum) ΕΦΕΣΙΩΝ item ΠΕΙΟC in numis cum Ephesiorum, tum Samiorum. Cf. Hesych. v. πῖος, εὐσεβής, quod πίους scribitur in Gloss. Nomic. κουράτωρ Mus. Veron. p. 36, 3. λεγεῶνος, legionis, Inscr. Nub. tab. XIV n. 31. Athen. III p. 111 C Ῥωμαῖοι δὲ πᾶνα τὸν ἄρτον καλοῦσι. p. 114 E οὓς Ρ. κοδράτους λέγουσι. Arrianus Romanus immiscet etiam Latina p. 113 B C τὴν ματεριάν, τῷ φουμώσῳ τυρῷ, τὸν φοῦρνον. Latinorum u breve Graeci passim per diphtongum ου scribunt. v. Schneideri Grammat. Lat. T. I p. 37. Palat. IX, 791 Πόστουμος. Append. n. 160 Πούδεντας, Pudentes (filium avumque) cf. ad n. 28, 3. — V. 1. Nomen Charitonis laudi vertitur. Ita Philodemus Anthol. Pal. V, 13 (cf. Jacobs. Add. p. XXXII) mulieris nomen Χαριτὼ et μυριάδ ας Χαρίτων nectit. ΜΕΤΕΜΟΝΤΕCΟΡΑC, μ pro Χ. — V. 3. Σαρδονίη, sc. χῇ, ut Εὐρωπίη in fragm. Eurip. ap. Steph. cf. Ion. 1587, Καύκασις infra n. 168, 4, Ἀσὶς n. 169, 3, pro Σαρδώ. Σαρδονίη pro Σαρδώνιος, ut Σιδονίη, in Odyssea, et etiam Σιδώνιος ap. Schol. Venet. in Iliad. ΜΕΡΙΡΡΥΤΟC omissa syllaba ΠΕ ob similem ΜΕ. Pro ΑΡΑ est ΑΡΑ, cujus particulae mirus est usus cum hic, tum v. 5. — V. 5. ΦΩΤΩΤΟC per errorem iterata syllaba, ut ap. Boeckh. n. 1066 ΑC, n. 175 ΟΥΔΕ ΔΕΝΑ, ap. Murat. p. 1776, 4 ΕΛΕΔΑΜΑCΕ, in inscr. Deliaca ap. Corsin. Not. Gr. p. 120 ΑΝΕΘΗΚΕΝΕΝ, Athen. IX p. 410 D ἀτατιμάσεις, et similia passim. Contra excidit saepe syllaba cum bis eadem scribenda fuisset, ut ap. Boeckh. n. 808 ΤΙ in ΝΥΝΣΕΤΙΜΩ, Simonid. fr. 215 Gaisf. ante ἄριστα reponendum ἄρ. — V. 6. Nota soloecismum ἐπίκειμαι cum accus. Jacobsius: »Orationi satisfaceret τήνδ' ἐπίειμαι κόνιν.« N. 12, 4 περίκειμαι ὕπνον.

In titulo Latino confusi sunt characteres Graeci et Latini, scriptis bis *P* pro *R*, et semel *H* pro *E*, ut ap. Grut. p. 653 *AGAPHTVS* pro *AGAPETVS*; in sarcophago *PETPONIAE* v. n. 22 not. Aliud confusionis genus est in titulo ap. Walpol. *Memoirs* p. 462, ubi lapidarius, dum volebat Latinum P, posuit Graecum *Π*; editor autem non vidit, *MEPKOΙΠΙΟΝ* esse Mercurium, quamvis praecedit *ὁ καὶ Ἑρμᾶς*. In Triop. inscr. altera v. 33 habes *KHPTX*.

58. (53.)

Κεῖμαι Αὐρήλιος Ἀντώνιος ὁ καὶ
ἱρεὺς τῶν τε θεῶν πάντων, πρῶτον Βοναδίης,
εἶτα Μητρὸς θεῶν καὶ Διονύσου καὶ Ἡγεμόνος.
τούτοις ἐκτελέσας μυστήρια πάντοτε σεμνῶς,
νῦν ἔλιπον σεμνὸν, γλυκερὸν φάος ἠελίοιο.
λοιπὸν μύσται εἴτε φίλοι βιότητος ἑκάστης,
πάνθ' ὑπολανθάνετε τὰ βίου συνεχῶς μυστήρια σεμνά·
οὐδεὶς γὰρ δύναται Μοιρῶν μίτον ἐξαναλῦσαι.
ἔζησον γὰρ ἐγὼν Ἀντώνιος οὗτος ὁ Σεμνὸς

ἔτεσιν ζ ἡμέραισιν ι. β.
Εποίησαν Αὐρηλία Ἀντώνεια καὶ Αὐρήλιος Ὀνήσιμος γλυκυτάτῳ τέκνῳ μνήμης χάριν. Θ. Χ.

Romae. Gaet. Marini *Iscrizioni delle ville e palazzi Albani* p. 180 — 183. *Indicazione antiquaria per la villa Albani* ed. sec. p. 140 *). Septem sunt hexametri, exclusis,

*) Hunc librum eidem Marinio dari a quibusdam video, Abbati Morcellio, qui librum scripsit de stylo inscriptionum, ab aliis,

quae numeris non adstricta sunt, idemque est numerus annorum, quos Antonius se vixisse ait. Neque hoc unicum est exemplum carminis numero et mensura ad personam accomodati. Hymnum et epigramma septenorum versuum et distichorum ad Apollinem (Ἑβδομαγέτην) v. n. 135, et aliud etiam epitaphium in puerum septennem habemus in lapide Urbini effosso ap. Fabrett. Inscr. p. 425, Jacobs. Append. n. 238, septem continens hexametros, isque puer itidem Bacchicis mysteriis initiatus, et per tres quidem annos (vel fortasse tres menses, quod Jacobsius etiam existimat) Bacchi cultor fuerat, *Διονύσῳ ὄργια βάζων*. Praeter effigiem autem pueri, incompositis crinibus bacchantis, symbola adsunt tria, tintinnabulum Bacchicum, corona hederacea, denique gramen septem internodiis distinctum; quod Fabrettius, quum *Plinius* XXIV, 118 gramen quoddam septem habens internodia *efficacissime capiti contra dolores alligari* dicat, nunc, non dolorem quidem expulsum, sed furorem Bacchicum immissum significare putat. Jacobsius de ficuum ὀρμαθῷ, initiatorum gestamine, cogitavit; sed delineatio, utut mala, gramen facit ut praeferam. Quicquid sit, ad solum id numerum annorum, pariter ac septenos versus, referendum censeo, in medicinam autem id fortasse ex sacris per supersticionem illatum esse. Quae numeri mysteria lapidarius noster adeo absconderat, ut nemo adhuc aperuisset. Fogginius quod anaglyphum Mus. Cap. IV, 57, comparatis Fabrettiana inscriptione et nostra, ad pueros trahit initiatos, fallitur, quod facile demonstrari potest. Sed de nostra etiam inscriptione vide num ad puerum spectare recte putetur, de quo nec Marinius dubitat. Res aeque ac Thebanum aenigma obscura est. Nam pue-

---

ut a Viscontio Monum. Gabin. p. 35. Si Zoegae credimus Anaglyph. T. II p. 117, Car. Fea auctor est.

ros septem annorum sacris Bacchicis initiatos esse vix excusabile dicas; at eosdem omnium deorum vel simul vel deinceps sacerdotio fungi et quidem πάντοτε σεμνῶς, et cognomen habuisse a gravitate et sanctimonia, quamvis hodie in principum filios vixdum natos hic illic munera conferuntur et Constantinus Porphyrogenitus puer septennis imperium adiit, vix ac ne vix quidem credibile videtur. Suspiceris non simpliciter indicari vitae tempus, sed propriam quandam et majorem verbi vim latere, cujus generis est id, quod Plautius et Similis, sub Hadriano clari, epitaphiis suis inscribi jusserunt, novem se vixisse alterum, septem alterum annos: nempe vere ac feliciter, rure degentes. Winckelm. H. A. XI, 2, 11. Dion. Exc. ap. A. Majum in Scriptt. vet. nova coll. T. II p. 222. Non expedit tamen hoc; obstat enim et dierum numerus adjunctus, et vocabulum τέκνον, quo sacerdotuli parentes utuntur. Itaque hoc quoque insaniarum Bacchicarum marmoris fide tenemus, tot dignitates in puerulum clarae stirpis cumulatas esse. Deos tamen istos deasque omnes in Bacchico cultu et mysteriis conjunctos fuisse, ne dubita. Bonam Deam a Matre Deorum distingui, ex Cicerone docet Marinius. Graece illa fere dicitur ἡ Γυναικεία Θεός, ἡ Ἀγαθὴ Θεός; a sacrificiis ejus mares exclusi, et quae sacerdotes ejus mares referunt inscriptiones, subditiciae sunt. Haec Marinius, quibus tamen lectionis veritas non redditur dubia. Ἡγεμών, Marinio judice, hic non Mercurius est, neque Pluto aut Osiris, sed Iacchus, quem Strab. l. X ἀρχηγέτην τῶν μυστηρίων τῆς Δήμητρος δαίμονα vocat. Addo καθηγεμόνα eum audire ap. Spon, Miscell. p. 369; isque intelligendus etiam in decreto illo Smyrnensi theatralis collegii ap. Osann. Inscr. p. 232 lin. 5, ubi, plane ut in nostra epigraphe, ab altero Διονύσῳ distinguitur: τὸ κοινὸν τῶν περὶ τὸν Διόνυσον τεχνιτῶν ἐπὶ Ἰωνίας καὶ Ἑλλησπόντου καὶ τῶν περὶ τὸν καθηγεμόνα Διόνυσον. cf. Osann. p. 239. Idem

Marinius scienter suspicatur, Antonio cognomen fuisse Σεμνός, etiam alibi id obvium, cui alludat verbum toties repetitum.

1. ΟΚΛΙ. I. ΕΡΕΥΣ. τε, barbare. Jacobs. conjicit τῶνδε θεῶν. In Βοναδίης Bonam Deam agnovit Winckelm. Mon. ined. p. 161. — V. 4. Marinius transfert: *Ceterum, mystae, vestram vivite vitam, vosque continuo ab omnibus vitae sacris mysteriis subducite*: in eundem sensum Fea et Odericius. Meâ quidem sententiâ Antonius cum mystas tum non initiatos alloquitur, εἴτε μύσται ἐστέ, εἴτε φίλοι βιότητος ἑκάστης, i. e. *cujuscunque vitae generis profani.* Prius εἴτε omissum ut n. 78, 4. Aesch. Agam. 1324 σὺ δ' αἰνεῖν εἴτε με ψέγειν θέλεις, Horat. Od. I, 6 *vacui sive quid urimur.* v. quae notavi ad Theogn. p. 93. — V. 5 septem pedes habet. — V. 6. ΜΟΙ ΡΟΝ. Sic n. 56, 6 in ΠΛΟΥΤΟΝ, n. 81, 4 in ΔΑΙΜΟΝ ō mutandum in ω̄. n. 158, 4 ΣΤΕΦΑΝΟ in στεφανῶ, n. 161, 6 ΛΕΙΤΟΥΡΓΟΝ in λειτούργων. Alia exempla v. ad n. 183, 6.

59. 60.

Μή μου παρέλθῃς τοὐπίγραμμ', ὁδοιπόρε,
ἀλλὰ σταθεὶς ἄκουε, καὶ μαθὼν ἄπει.
οὐκ ἔστ' ἐν Αἴδου πλοῖον, οὐ πορθμεὺς Χάρων,
οὐκ Αἰακὸς κλειδοῦχος, οὐχὶ Κέρβερος κύων.
ἡμεῖς δὲ πάντες οἱ κάτω τεθνηκότες 5
ὀστέα, τέφρα γεγόναμεν, ἄλλο δ'οὐδὲ ἕν.
εἴρηκά σοι ὀρθῶς· ὕπαγε, ὁδοιπόρε,
μὴ καὶ τεθνακὼς ἀδόλεσχός σοι φανῶ.

Μὴ μύρα, μὴ στεφάνους στήλῃ χαρίσῃ, λίθος ἐστί.
μηδὲ τὸ πῦρ φλέξῃς· εἰς κενὸν ἡ δαπάνη.

ζῶντί μοι, εἴ τι ἔχεις, μετάδος· τέφραν δὲ μεθύσκων
πηλὸν ποιήσεις, κοὐχ' ὁ θανὼν πίεται.
τοῦτ' ἔσομαι γὰρ ἐγώ· σὺ δὲ τούτοις γῆν ἐπιχώσας, 5
εἶφ' ὅ, τι ὢν οὐκ ἦν, τοῦτο πάλιν γέγονα.

Romae. Murator. p. 1321 ex Villa Pamphilia. Marmor in eadem denuo protractum in lucem a. 1819, mox edidit Niebuhrius in Commentatione Actis Academiae Regiae Berolinensis annor. 1822. 23 p. 251 inserta, in qua probatum it, M. Antonium Encolpum, qui ingenium suum his epigrammatis commendari posteris voluit, ac monumentum memorabili illa inscriptione Latina Graecis anteposita dedicat, Fortunatam uxorem ejus, Apellem libertum a personis eorundem nominum apud Petronium non esse diversos. Videmus igitur, quali fere animo fuerint, quorum cippi istiusmodi carminibus instructi sunt, nempe qui cum Trimalchionibus apud se reputarent :

Heu, heu nos miseros, quam totus homuncio nil est!
Sic erimus cuncti, postquam nos auferet orcus.
Ergo vivamus dum licet esse bene :

homines γλυκύθυμοι, ut verbo utar Luciani Hermotim. 16. De apographo suo, unde edimus, haec Niebuhrius : Für die Richtigkeit der Abschrift bürge ich; die augenblicklich zu hebenden Fehler der beyden Griechischen Epigramme, bey deren Verbesserung ich nicht verweilen mag, und die Corruption des letzten Pentameters, die ich ohne desperate Conjectur nicht zu tilgen wüsste, stehn genau so da. Non displicuit viro doctissimo, ut in graviore vulnere, medelae nostrae audacia. Iambos exhibent

Leich. Carm. sep. p. 43 et Jacobsius in Append. n. 236. Disticha duo priora, tertio ne memorato quidem, Brunckius ex Muratorio assumsit inter ἀδέσποτα n. 78; eadem habet Planudes p. 251, unde dum describit Dorvill. ad Charit. p. 222 Lips. lapidem Pamphilianum duo alia epigrammata ait adjuncta habere, quorum iambicum apponit, distichon nostrum tertium non attingit; at hoc non integrum est epigramma. Adjunctum potius esse videtur antiquiori epigrammati, dum illud sepulcro adhiberetur; epigramma in Palat. XI, 8 inter συμποτικὰ legitur, ubi Jacobsius annotat, solitos esse seriores vetusta epigrammata in cippis repetere, mutationibus interdum factis, non semper magno cum judicio *). Idem in Delectu epigr. Graecorum p. 227 ad protreptica traxit. Utrumque ep. ex Muratorio ex scriptum tentavit Danus B. Bendtsen in Marmorum mystic. spec. I p. 18, 1819, ubi partem dactylicam in sex hexametros cogit, et iteratis curis in Miscell. Hafniens. II, 324.

3. Cf. Callim. Epitymb. n. 524. — V. 6. Post τέφρα Dorv. et Jac. interponunt τε. οὐδὲ ἓν v. Jacobs. Not. crit. ad Epitymb. n. 629 cf. p. 892. — V. 7. Dorv. et Jac. εἴρηκα· δι' ὀρθῆς ὕπαγε, ὦ ὁδοιπόρε. Leich. εἴρη, καὶ οἱ ὀρθῶς (θανόντες). Bendtsen σοι ὀρθῶς. — V. 8. Corrigunt τεθνηκώς. — N. 60 v. 1. Planudea λιθίναις στήλαισι χαρίζου. Bendtsen, cujus mitto reliquas emendationes, μὴ μύρα, μὴ στεφάνους· στήλη χάρις ἤλιθός ἐστιν. Ex Anacreonte IV, 11 epigramma expressum esse notat Jacobsius. — V. 2. ΦΛΕΞΕΙΣ pro φλέξης v. ad n. 54, 6. βρέξης conjecerunt plures. — V. 3. Murator. ΕΙΤΙCΕΧΕΙC, Br. εἴ τι γ' ἔχεις.

---

*) Ita sententia, quae in Anthol. X, 118 inter Protreptica legitur, sepulcro adaptata est VII, 339. cf. Jacobs. ad Anal. ἀδέσπ. n. 80. Alia, quam illic habes X, 111 Ὁ φθόνος αὐτὸς ἑαυτὸν ἑοῖς βελέεσσι δαμάζει, in lapide legitur, quem Zacynthi vidit Hughes. Itin. Sicil. Graec. et Alb. T. I p. 153.

Jacobs. olim *εἴ τιν' ἔχεις.* — *μεθύσκειν.* Schneid. Lex. stark benetzen, nimirum ex Stephani Thes. ubi noster locus respicitur, sed simul annotatum est, posse ibi hoc verbum etiam metaphorice intelligi, quod verum. Subest enim comparatio viventium et cineris, qui non bibit, *οὐχ ὁ θανὼν πίεται.* Ex Theophrasto tamen Stephanus affert: *ἀλλὰ τὸ ὕδωρ ἐνίοτε τῷ πλήθει διαφθείρει, σῆπον τὰς ῥίζας καὶ λίαν ἐκμεθύσκων.* Usus vini cineribus adspergendi varios procreavit ingenii lusus, v. Antipat. in Anacreontem, Epitymb. n. 26, Anthol. Lat. IV, 9. 46. 197. — V. 5. *ἐγὼν*, ut 58, 7. Affectant epigrammatarii formas epicas. *ΤΟΥΤΟΙΣ τοῦτο εἰς* legi nequit ob verbum comp. In *τούτοις* numerus non sibi constat nisi referamus ad *τέφραν* et *πηλόν*, ut alibi conjunguntur *ὀστέα*, *τέφρα.* Murat. *ΤΗΝ ΕΤΙΙΧΩΣΑΣ.* Forma *ἐπιχόω* insolita, sed unde fluxit *ἐπίχωσις*, ut *ἐπίχυσις* ab *ἐπιχεύω.* Sophocl. Antig. 1204 *τύμβον χώσαντες.* Epitymb. n. 537 *ἀνέχωσε κόνιν*, n. 504 *ἔχωσε τάφόν*, ut n. 497 et ap. Homerum *ἔχευε τύμβον.* — V. 6. Murat. *ΕΙΠΕΟΤΕΟΥΚ*, ineptissima addita versione. Niebuhr. *ΕΙΠΕΟΙΕ*; Beudtsen in his acquievit: *Ἦν ὅτ' ἐγὼ οὐκ ἦν, τοῦτο πάλιν γέγονα*; et in Miso. Hafn. antecessisse vult *σὺ δὲ τούτοις στῆς ἔτι ζώσας.* Ejus quod nos conjecimus, *ΕΙΠΕΟΤΙ ὧν ΟΥΚ* (cf. ad n. 32, 16) haec est sententia: *hisce reliquiis non vinum et unguenta infundens, sed terram injiciens de me dices, quid fuerim* (terram), *quum non essem* (inter vivos), *denuo me nunc esse factum.* In verbo subst. ludit Meleager ep. 22 *ἦν καλὸς Ἡράκλειτος, ὅτ' ἦν ποτε*, ep. 27 *ἦν γὰρ ὅτ' ἦν Δάφνις.* Terra dicuntur mortui Theogn. 878 *ἐγὼ δὲ θανὼν γαῖα μέλαιν' ἔσομαι.* Jacobs. Append. n. 303 *ἐκ γαίης βλαστών, γαῖα πάλιν γέγονα.* Moschion ap. Stob. Serm. 124 p. 620 de mortuis *τί τὴν ἄνανδον γαῖαν ὑβρίζειν πλέον*; Eurip. in Hypsipyle *ἄχθονται βροτοὶ Εἰς γῆν φέροντες γῆν*, idemque ap. Cic. Tuscul. III, 25 *reddenda est terrae terra.* Persona prima *γέγονα* si quem offendat,

in tertiam mutare ne sit religioni. Lapidarius enim eo facilius hac in re errare poterat, quo prima frequentius uti solent ejusmodi epigrammata. Simili errore in marmore ap. Walpol. *Memoirs* p. 468 exaratum est *αυρηλια — ζωσα — κατεσκευασε εμαυτηι.*

61. 62.

Οὐκ ἤμην, γενόμην· ἤμην, οὐκ εἰμι· τοσαῦτα·
εἰ δέ τις ἄλλ' ἐρέει, ψεύσεται· οὐκ ἔσομαι.

Χαῖρε δίκαιος ὤν.

Ὦ παῖ, φυλάσσου, μὴ σφαλῇς· ἡ γλῶσσά τοι·
αὐτὴ μὲν οὐδέν, ἡνίκ' ἂν λέγῃ, πονεῖ,
ὅταν δ' ἁμαρτῇ, πολλὰ προσβάλλει κακά.

Bononiae in Museo publico. Murat. p. 1776 sensum verborum se non capere fatetur. Leichius duo annos post in Misc. Lips. Nov. I, 506 ea protulit, quae ipsi damnanda fuerint in Carmin. sepulcr. p. 52, postquam in notitiam ejus venerat dissertatio, unde verba statuae (vel potius protomae) sub collo et in medio extremoque pectore inscripta esse discitur, De incerto quodam simulacro ac de voto Melanthi cet. dissert. composita ab A. Andruccio Cyprio, Bononiae 1710. 4. Est imago viri gravis, barba prolixa, capillis impexis, cum fascia in fronte, in Museo Marsilii Bononiensis tum exstans, quam editor, quum inscriptiones Pythagorae doctrinam continere viderentur, pro hujus philosophi imagine habet. Duci tam caeco Leichius nunc sese accomodans, ne post acceptas quidem Wesselingii litteras meliora perhumaniter docentes, insanam professoris Bononiensis explicationem respuit. Distichon Jacobsius Append. p. 280 inseruit. Omnia nuper denuo descripsit Thierschius Itiner. Ital. T. I p. 367, cui marmor Bacchum videbatur

repraesentare. Non dubito equidem imaginem esse hominis Epicurei, immortalitatem animae negantis; haec enim sententia est, ut epigrammatis praecedentis et inscriptionis in Epicureum medicum, quam mox proferemus, ita hujus quoque distichi, eamque in sepulcro puto fuisse positam ut protome medici cum epitaphio n. 37. Argumento sunt cum versus subscripti, a Baccho alieni, tum formula χαῖρε. Nec praeceptum epitaphio adjunctum exemplo caret. Ita enim sententia, quae legitur Anthol. XI, 193, in cippo Lugduni a 1825 reperto subscripta est titulo Latino: *d. m. lucretiae valeriae sex. avius hermeros conjugi sibi merit et sibi vivus posuit et sub ascia dedicavit*, his verbis:

Ὁ φθόνος ὡς κακόν ἐστιν· ἔχει γάρ τι καλὸν ἐν αὐτῷ·
τήκει γὰρ φθονερῶν ὄμματα καὶ κραδίην.

Pro γὰρ scrib. δέ. ὡς κακόν ἐστιν, quantum malum; in editis ἐστὶ κάκιστος. Non intellexit editor Gallus in Diario *Bulletin des sciences hist. antiqu.* 1825 T. IV p. 139. Ceterum trimetri addantur iis, qui de lingua domanda agunt in Brunckii Gnomicis p. 199. 241.

1. Murat. ΗΜΗΝΟΥ . . . Κ. Thiersch. ΗΜΗ ΚΙΟΥΚ. ΕΙΜΙ. In lapide esse videtur ΗΜΗ ΝΟΥΚ, ut saepe litterae male dispositae sunt. — V. 2. Andr. αλλο ερεει, Murat. ΑΛΛΟΣ ΡΕΕΙ. Thiersch. ΑΛΛΟΣ ΕΡΕΙ, ἄλλος ἐρεῖ. Ita etiam Wessel. Jacobsius emendabat εἰ δ' ἄλλως τις ἐρεῖ, quod sensus flagitat; sed mutato solummodo C in Є eadem sententia prodit. — V. 3. Murat. ΚΑΙΡΕ. Thiersch. ΧΑΙΡΕ. In ΔΙΚΑΙΟΣ ΩΝ conveniunt Andr. et Thiersch. Murat. ΔΙΚΑΙΟΣΗΝ, unde Wessel. facit δικαιοσύνη, quod nihil est. Denique pro χαῖρε Andr. habet ΧΑΙΡΩ, quod falsum videtur. Si tamen exstaret, comparandum foret epitaphium jambicum in alium Epicureum medicum in Jacobs. Append. n. 57, subscripta in persona prima formula ευψυχω νικομηδης, pro solenni εὐψύχει, οὐδεὶς ἀθάνατος, vel θάρσει,

οὐδεὶς ἀθάνατος (Gud. Inscr. p. 371, 2), εὐψύχει, καὶ μὲ μένει τὸ θανεῖν (Jacobs. Append. n. a44); tum post εὐψυχῶ sequitur: οστις ουκ ημην και εγενομην, ουκ ειμι και ου λυπουμαι (igitur χαίρω), ζησας ετη μδ' και ημερας κδ'. Quae et Murat. p. 967 male vertit, neque Jacobs. Animad. in Anthol. T. X p. 133, XII p. 328 recte emendat, και εγενομην, quod legitur ap. Gorium et Muratorium, mutando in οὐκ ἐγενόμην. Sensus enim est idem ac in Latino epitaphio ap. Grut. p. 900, 10. Murat. p. 1650, 15 *c. camillus achillaeus se vivo scribi jussit sic: non fui, deinde (καὶ) fui, modo non sum.* Anthol. Pal. VII, 339 et X, 116, 3 Οὐδὲν ἐὼν γενόμην· πάλιν ἔσσομαι, ὡς πάρος, οὐδέν. Quae omnia referenda sunt ad doctrinam illam Lucret. III, 37:

Et metus ille foras praeceps Acheruntis agendus
Funditus, humanam qui vitam turbat ab imo.

In trimetris quoque varie peccatum est et nihil intellectum a Cyprio et Muratorio, quorum hic, ut hoc uno utar, ὦ παῖ omittit, ille scribit ΟΠΑΙ. Omnia restitueram, Niebuhrio etiam assentiente, prorsus ut nunc in meliore apographo facilius cognoscuntur. — V. 1. Wessel. conjecerat μὴ σφαλῇ σὴ γλῶσσά τοι, in altero ἡνίκ' ἂν σιγῇ, mutata in ultimo verbo littera, in qua conspirant apographa. — V. 5. Thiersch. ὅταν δὲ βλάπτῃ, quod non inest litteris, quales dat ipse, ΔΕ ΛΑΙΤΗ. Reliqui ΔΕ ΛΜΑΡΤΗ.

63.

Νικαίης προλιπὼν Βιθυνίδος ὧν ἔτι κοῦρος
ἄστυ κλυτόν, γαίην ἦλθον ἐς Αὐσονίων.
Ῥώμῃ δ' ἐν ζαθέῃ ψήφο[υς] καὶ μέτρα διδάξα[ς],
μνῆμ' ἔλαχον, Βασιλεύ[ς], ἔργον ἐμῆς πραπίδος.

Romae in aedibus Vaticanis. Edidit Fr. Osann. Auctar. Lex. Gr. p. 34. — V. 1. Jacobs. Append. n. 184 Ἐξ Ἀσίης ἐλθὼν Ἰταλῇ χθονὶ ἐνθάδε κεῖμαι. — V. 2. Αὐσονίη, in epigrammatis Graecis passim occurrit, rarius Ἰταλίη, Ἰταλοί, ut Anthol. VII, 692. IX, 236. Append. n. 218. — V. 3. ψήφους, arithmeticen. μνῆμα ἔργον ἐμῆς πραπίδος, monumentum acumine meo meritum. Nomen Βασιλεὺς minus est frequens quam Βασίλιος, Βασιλώ, Βάσιλλα. Nota singularem πραπίδος.

64.

Πατρὶς μὲν ζαθέη Ῥώμη, Βασιλεὺς δὲ πατήρ μοι
Ἀττίκιλλα δ' ἐγὼ λεγόμην καλὸν [οὔνομα μητρός]
κουριδίῳ δὲ πόσει παῖδας λί[πον] ζώοντάς
τέσσαρας, οἵ με νέαν τῷδ' ὑπ[έθεντο] τάφῳ.

Romae. Effossus est lapis mense Januario ann. 1826 prope Fidenas in via Nomentana, circa octavum milliarium. Apographum ab Amatio curatum, qui lacunas etiam explevisse videtur, misit ad me amicissimus Ed. Gerhardus. Mox editum vidi Parisiis *Revue encyclopéd.* T. I p. 885, adjuncta versione, ex qua Atticilla patrem habuit Romae imperatorem atque regem. Mitto reliquos errores. — V. 3. Jacobsius post λίπον excidisse suspicatur εὖ.

65. (55.)

Σῶμα μὲν ἥδε κόνις κεύθει θεομήστορος ἀνδρός,
Ναρκισσίωνος πινυτοῦ· ψυχὴ δὲ σύνεδρος
ἀθανάτων. βωμὸν δ' ἄρ' ἐδωμήσαντο ταλάφρων
μήτηρ Σαλβία Ματρώνα, Σώτᾶς τε ἀδελφός.

Romae olim, in hortis Justinianeis; nunc ap. Comitem Blacas. Spon. Miscell. p. 368. Fleetwood p. 259. Murat. p. 1752. Leich. Carm. sep. p. 70. *Atti dell' Academia Romana di Archeologia* T. I, 1821 p. 75 ss. ubi ara delineata est, adjuncta dissertatione de ascia sepulcrali. Litterae ϵ, C et ω forma sunt rotundata. — V. 2. *ΗΙΝΤΠΟΥ*. Amatius ponit, quod etiam Arnaldus de diis *παρ.* p. 22 voluerat, *πιντοῦ*. Nos olim: *Ναρκισσίωνος ἐὔπιντοῦ*, ut nomen quatuor syllabis proferretur. Osannus Inscr. p. 147 solutionem diphthongi ante consonantem simplicem taxans scribit *ἐὔξυνετοῦ*, quod litteris non inest. Jacobsius malit *Ναρκισσίονος εὐπιντοῦ*, quum nomen duplici ratione flecti potuerit, ut *Ὠρίωνος* et *Ὠρίονος* (*Κρονίονος* ap. Hom). Potest etiam altera vocalis brevis producta esse ut n. 85, 2 et in *δηΐῳ* in oraculo *περὶ θυσιῶν* ap. Euseb. Pr. ev. IV, 9 v. 17, *Ἀσκληπίου*, Iliad. XIV, 247. *Πύθιον*, Hymn. in Apoll. 373. Spon. *ΕΥΧΗ*, Fleetwoodius recte emendavit. — V. 4. *Σαλβία Ματρώνα*, ut Cominia Matrona, Verria Matrona et aliae, quas adducit Amatius. Idem de nomine *ὑποκοριστικῷ* Sotas, Sotades, agit p. 95. Legitur id etiam in numo Smyrnensi ap. Mionnet. III, 201.

66. (38.)

Σατορνῖνος ἐγὼ κικλήσκομαι· ἐκ δέ με παιδὸς
εἰς Διονύσου ἄγαλμ' ἔθεσαν μήτηρ τε πατήρ τε.

Romae. Mus. Capit. T. IV p. 237. Scripti sunt versus in sarcophago, in cujus operculo anaglyphice sculptus est juvenis *ornatus viridi tempora pampino*, altera manu coronam, altera calicem tenens, cubitu sinistro super calcita nixus. Fallitur Foggiinius de apotheosi sive dedicatione nescio qua cogitans, et Bacchi mysteriis iuvenem initiatum putans. Ex mea sententia fuerat is famulitio dei sacro a parentibus pauperibus addictus. *Ἄγαλμα*, sensu

proprio, quem pressius sequi debuerat Ruhnk. ad Tim. Lex. p. 4, est donum, eine Verehrung, Geschenk, ab ἀγῆλαι, τιμῆσαι θεόν, ἀγλαΐσαι, ἄγαν, ἀγαίειν, ἄγασθαι, ἀγάζεσθαι, v. locos Comicorum ap. Suid. Ἀγῆλαι, Hesych. Προσαπῆλαι, ubi leg. προσάγῆλαι, Bekker Anecd. T. I p. 328, θεοὺς καρποῖς ἀγάλλειν Porphyr. Abst. IV p. 431. Malim tamen hic accipere, ut n. 51, 8, ubi mortuus est ἄγαλμ' Ἀΐδῃ. Ad εἰς Διονύσου intelligo ἱερόν, et ad ἄγαλμα suppl. αὐτῷ (τῷ Διονύσῳ). Ἔθεσαν pro ἀνέθεσαν, v. n. 111. Ap. Leonidam ep. 15 mater filiolum Baocho dedicat:

Ἁ μάτηρ ζωὸν τὸν Μίκυθον, οἷα πενιχρά,
Βάκχῳ δωρεῖται, ῥωπικὰ γραψαμένα.
Βάκχε, σὺ δ' ὑψώσης τὸν Μίκυθον· εἰ δὲ τὸ δῶρον
ῥωπικόν, ἁ λιτὰ ταῦτα φέρει πενία.

Vidit jam D' Orvillius Vann. crit. p. 296 et in Miscell. Obs. Nov. T. I P. 3 p. 156, matrem filium in ἱερόδουλον afferre. Ceterum poeta divitum morem spectat suorum imagines in templis deorum dedicandi, ut e. c. in ep. Anthol. VI, 357 statuae filii atque filiae a parentibus ex voto dedicantur, luditque in notione τῆς ῥωπογραφίας, parvorum picturae, der Kleinmalerey, cui opponebatur ἡ μεγαλογραφία, v. Philostr. Imag. p. 396. Cui explicationi Jacobsius calculum adjicit in Delectu epigr. Graec. p. 43, addita animadversione, verbum ὑψώσης nomini Μίκυθος facete accomodatum esse, quod valet etiam de verbo ῥωπικά.

67. (8.)

Εἰπεῖν τίς δύναται, σκῆνος λιπόσαρκον ἀθρήσας,
εἴπερ Ὕλας ἢ Θερσίτης ἦν, ὦ παροδῖτα;

Dallaway Anecdotes of the arts in England p. 350 ed. 1800, ubi quae basis vocatur, ara sepulcralis est. Referuntur

verba ad larvam (*nudis*, ut Seneca ait; *ossibus cohaerentem*) huic saxo vel insculptam olim, nunc deletam, vel adhuc exstantem neque animadversam ab editore. Juvenatius in T. Liv. l. 91 fragm. p. 40 se tribus quatuorve ante annis Romae vidisse narrat lapidem, postea ex villa Buronia in Angliam transportatum, cum hac ipsa epigraphe supra sceleti humani figuram; quem ab illo non diversum esse lapide, dubitare non sinit adjuncta icon aere expressa, notas exhibens supra formam larvalem eadem plane versuum dispositione collocatas, continentique, ut in Anglico libro, serie scriptas. Jam cum Juvenatii liber apparuerit anno 1773, Dallavaeum, qui anno 1776 lapidem non longe a vetere Antio terra effossum esse refert, quantum ad annum erraverit necesse est. Vertit Juvenatius:

Quis potis adspiciens nudato jam osse cadaver,
Thersites an Hylas fuerim dixisse, viator?

Eandem mortis imaginem in epulis propositam norunt omnes ex Petronio 34; cujus usus monumentum exstat in fragmento anaglyphi in Descriptione Mus. Parisini 1817 n. 25 (19). Praeterea huc pertinet titulus sep. Latinus cum sceleto ap. Spon. Miscell. I, 3, 5. Pro sceleto exsculpi solebat etiam cranium, quod *εἰκόνα κοινὴν βίου* vocat incertus Anthol. Pal. IX, 159. v. ibid. XI, 38, et Append. n. 121. Spon. l. l. n. 4. Apud Lucian. Necyom. 20 psephisma legit *Κρανίων Σκελετίωνος, Νεκυσιεύς, φυλῆς Ἀλιβαντίδος*. Praeterea huc facere Dial. Mort. 18 monet Jacobsius. In monumentis sceleti figura raro occurrit. Winckelm. de Alleg. c. 4, Oper. T. II p. 562, add. Gor. Inscr. T. I p. 382. Buonarott. *Vetri* tab. 28, 3. Mazois *Ruines de Pompeji* tab. 29. Ceterum cum nostro ep. compara Epitymb. n. 627 *Ἀλλ' ἔμπας δόξας κενεὰ χάρις· εἰν Ἀΐδᾳ γὰρ Μίνω Θερσίτας οὐδὲν ἀτιμότερος.* — *CKENOC.* Jacobs. Append. n. 290, 1 *Σκῆνος μὲν γενετῆρες κ. τ. λ.* Lectio *σκῆνος*

probatur in Not. crit. cf. Boeckh. n. 1656. Σκῆνος, σῶμα Etym. M. Hesych. ubi cf. not. Ionicis et Doricis philosophis vocem hac significatione usitatam esse monet Heinsius, quod verissimum; invenitur enim ap. Ocellum Lucanum, Timaeum Locrum, Theagem, Aresam, Ecphantum, Dium, quater ap. Democritum. Plato etiam habet γήϊνον σκῆνος· cf. Fisch. Ind. ad Aeschin. Dial. et quos cit. Jacobs. Anthol. T. XII p. 30.

68.

Μά. Κλώ[διος] Ἐπαφρόδιτο[ς]
ἐποίει αὐτῷ καὶ τῇ σ[υμ]βίῳ τῇ γλυκυτάτῃ Οὐρβι[κίᾳ] Μαρυλίνᾳ καὶ ἀπελευθέρ[οις] καὶ ἀπε[λ]ευθέρων ἀπελευθέροις.

Σῶμ' [οὐ]πω τὸ βαρηθὲν ὑπὸ κρηπῖδ[ος] ἐρείσας,
δηναίης ἀποθο[ῦ φό]ρτον ὁδοιπορίης.

Romae in atrio aedium Rondaniniarum, hodie Capranicanarum, ubi vidit etiam Thierschius, v. Gramm. Graec. ed. 3 p. 21. Edidit Marinius Frat. arval. p. 237; distichon, quod hoc modo exaratum est:

CωμA
ΠωΤΟΒΑΡhΟΕΤΠΟΚΡhΙΔ
ΕΡΙChCΔhΝΑΙhCΑΠΟΘΟ'
ΡΤΟΝΟΔΟΙΠΟΡΙhC

suppleri posse dubitabat, et posteriore tempore titulo adjunctum putabat. Hoc quidem ob litteras *h ω μ*, pro quibus in superioribus est *H Ω M*. At falsam esse suspicionem ostendit inscriptio Latina ad latus decurrens, et ejusmodi characterum diversitas alibi quoque reperitur, ut n. 37 titulus subscriptus in basi habet *C*, distichon in pectore protomes formam *Σ*, neque casu id, neque, quod Viscontius conjicit, quia majore cura carmen perscriberetur. Vid. n. 51.

Iterum Romae editum est Epaphroditi epitaphium 1822 in Diario Arcadico T. XV mens. August. p. 178 ab Hier. Amatio, qui apud Marinium exstare nescius, saepe illud se cum Akerblado attentissima cura frustra examinasse narrat; tandem inter ipsos convenisse, ut cognomine *desperatum* appellarent. Tamen nunc in Latinum vertit: *Quum corpusculo tuo pondus, quod fers, ad crepidines innixam tenere coactus fueris, tunc longae peregrinationis sarcinam haud invitus depone.* Hexametrum scribit: *Σωματίῳ τὸ βαρὺ ὕθ' ὑπὸ κρηπίδεσσιν ἐρείσας.* De bajulis cogitat onera per plateas gestantibus, et subinde, opprimente lassitudine, deponentibus; mox ad aliam transit comparationem, luctatores aliosque in campo exercentes, qui defatigati ad crepidinem se applicantes, humeris reclinatis, quietem caperent. Pauca addit de crepidinibus variorum aedificiorum, et miratur poetam posuisse *ὑπό*, quum ad linguam et metrum aeque fuisset aptum *ἐπί*. Mihi quoque, non dissimulo, etiam postquam, quid pentameter contineat simulque totius distichi sententiam conjectura assecutus eram, quid in priore versu, tam arcto spatio, lateret, difficillimum visum est inventu. Marinii apographum Romam misi ad Ed. Gerhardum petiique, ut sollicite cum marmore conferret; qui omnia recte habere rescripsit, nisi quod versuum aequalis sit longitudo, neque littera ulla eam excedat mensuram; quamobrem hac in re supra ad amici apographum accomodavi meum. De verbo *ἀποθοῦ* Gerhardus monet superesse adhuc litterae exesae lineam transversariam. Legit autem *Σωματίῳ τὸ βαρηθὲν ὑπὸ κρηπῖδ' ἐρίσημον*, vel *ἐφιεῖσα* (de anima), vel *ἐπισείσας, ἀποσείσας;* ultimum enim verbum esse incertum. Hac via sententia integra omnino vix ac ne vix quidem poterit restitui. Quare aliam tentavi rationem, qua unam litteram, ΕΡΙChC in ЄΡΙCΛC, *ἐρείσας*, mutare cogor: alteram *Π*, quam illi in *ΤΙ* solvunt, non sollicito. Syllabae *Πω* autem ut prae-

figamus ΟΥ, ipsa suadet, quam Gerhardus testatur, scripturae ratio. Quum enim in versu tertio ΤΦ vel ΤΦΟ desit ad integritatem, etiam in primo et secundo binas litteras abscissas esse liquet; quas in illo fuisse ΟΥ sequens ΠΩ ostendit, in hoc ΟΣ, genitivum pro accusativo, quem reliqui ponebant, versus ratio suadet. In ΚΡΗΙΔ littera Π, ut Ν in ΒΑΡhΟΣ, pessimi lapidarii culpa deest, qui etiam in Ο pro Θ et Λ pro Δ in δηναίης incuriam prodidit. Ab una, quam addidi, syllaba, casu factum est, ut totius sententiae proprietas et vis suspensae sint. Viatorem enim in itinere vitae poeta monet, ut antequam senectute gravatus in via pedem figere et crepidini inniti cogatur, sarcinam deponat, i. e. devertat sequé recreet. Quae sententia si non temere casuque ad Epaphroditi monumentum tracta est, vel hoc indicat, optabile esse, quod ipsa exprimit, vel illum hoc praecepto usum perisse voluntaria morte, antequam senectutem attigerit. Σῶμα τὸ βαρηθὲν, ut n. 102 χρῆμα τὸ Πανθείας, n. 128 ἆθλα τὰ τῆς νίκης. τὸ βαρηθὲν dictum est sive ἐκ παραλλήλου sive per anticipationem. γήρᾳ βεβαρημένος, Jacobs. Append. n. 217. Participium βαρηθείς soloecum est. Addam in fine Jacobsii de nostra conjectura et de hoc epigrammate sententiam. »Lectio χρηπῖδος mihi lapis videtur offensionis, quo remoto reliqua facilius decurrent. Mihi haec lectio videtur incertissima. Quid si fuerit: Σωμάτιον τὸ βαρυνθὲν, ἐάν ποκα τῇδ' ἐπερείσῃς — *Quum aliquando hic pedem posueris, depone corpus laboribus fatigatum tamquam onus diuturni oneris.*« Characterem h habes ap. Marin. Fr. arv. p. 237, Clark. *Travels* II, 3 p. 102, Vermigliol. *Iscr. Perug.* p. 430.

69.

Μνῆμα φιλοφροσύνης Ἄστη τόδε Δάφνις ἔτευξε,
καὶ ζῶσαν στέρξας καὶ φθιμένην ποθέων.

Romae 1824 ap. Vescovalium venale prostabat, qui Pompejis apportatum perhibebat. Supra distichon sculpta est mulier sedens, dextram dans puero coram adstanti. Edo ex litteris Ed. Gerhardi ad Jacobsium. Nomen Aste est ap. Grut.

70.

Μητρὶ φίλῃ Ἀγέλῃ καὶ Λαρέτᾳ ἐσθλῇ ἀδελφῇ
Ἰούλιος Ἀντιγένης μνῆμ' ἐπόησε τόδε.

Romae in aedibus privatis. Ed. Gerhardus mense Febr. 1824 cum Jacobsio communicavit, cujus dono teneo. Nomen *Λαρέτα* nondum videram; est id significatione non diversum a *Δημαρέτη* Epitymb. n. 167; syllaba prima contracta ut in *Λάνασσα*, quod nomen fuit filiae Agathoclis, et *Λᾶγος*.

71.

Τὴν πάντων γλύκιον τῶν οἴκαδε, τὴν ἀρίζηλον
μητέρα τῆς γαμετῆς Ζώϊλος ἔνθα θέτο.

Romae in Vaticano descripsit Osannus, qui mihi misit edendum. ΓΛΥΚΙΟΝ videtur esse *γλυκύ*, v. n. 21, 4, idque pro *χάρις* positum.

71*.

Εἰ δ' ἐπιτολμήσει [τις] τούτῳ συνθαπτέμεν ἄλλον,
δώσει τῷ φίσκῳ τρὶς δύο χιλιάδας,
τόσσας καὶ πόρτῳ καταθήσεται· ἀλλὰ καὶ αὐτῆς
τίσει ἀτασθαλίης βλαψιτάφου κόλασιν.

Romae, in sarcophago, cujus in operculo sculpti fuerint necesse est versus, qui desunt. Ex Marinii schedis edidit Visconti us ad Inscriptt. Triop. I, 40. De argumento v. ad n. 46. — V. 1. τις a lapicida temere additum uncinis inclusi, Jacobsio monente. Idem v. 3 correxit ΛΜΛ ΠΟΡΤΩ. — Visc. pro φόρτῳ esse putat, ut πορτιφόρος ap. Hesych. pro φορτοφόρος, quod ipsum incertum est: φόρτῳ autem ob glossam φορτικός· βεβιασμένος reddit vi, vim verbo faciens, nec attendens quae antecedunt τόσσα καί. Portus fisco jungitur; sed nescio qualis portus.

72. (56.)

Ἐνθάδε κεῖμαι ἄναυδον, ἄπνουν, ξένον, ἐνθάδε κεῖ[μαι]
παιδίον, ἐκπρολιπὼν γλυκε[ρὸν] φάος ἀελίοιο.
ζήσας μὲν [λυκάβαν]τας ἐγὼ [δύο κ]αὶ δύο [μῆ]νας,
[ἑβ]δομάδας δισσάς, μό[ρον ὡς ταχὺν ἄμμορ]ος ἔσχον!
ἐκπρολιπὼ[ν π]άτραν Σινώπην, τῷδε πρόκειμαι 5
τύμβῳ, ἐπὶ στήλης κεχαραγμένον οὔνομα τοὐμὸν
Κορνουτίων, κατάκειμαι, λιπὼν πένθος γονέεσσι,
τἀμὰ δὲ νηπιάχου δάκρυα πλῆσ' Ἀχεροντίδα λίμνην.

Διόδωρος τῷ ἰδίῳ υἱῷ.

Romae olim in Museo Collegii Romani, post in Capitolino. Mus. Veron. p. 315. Bonad. T. II p. 380. — V. 2. ὀλίγον βρέφος Epit. n. 632. γλυκεροῦ βιότοιο Append. n. 228, ἀελίου γλυκερὴν — ἐπισκοπίην ibid. n. 315. — V. 4. Maffejus μόνον ὥρας ἤματος, aliquas vix insuper horas.

Perperam, quamvis horas etiam vitae in epitaphio numeratas videmus ap. Gruter. p. 634, 1 (Jacobs. Append. n. 174), et in alio ap. Spon. Miscell. p. 219. Reines. p. 863 aliosque (*qui vixit annis* XII *mensib.* VIIII *diebus* XIII *ho* VIII). Expressum fuerit oportet, quid rei in brevi vitae cursu puer habuerit. Verba addidit Jacobsius. — V. 7. *ΓΟΝΕΘΙCI.* Maffejus *γονεοῖσι.* Correxi *γονέεσσι* ut *ὀχέεσσι, θνέεσσι* ap. Hom. et Hesiod. *θαλέεσσι* ap. Hesych. *Δωριέεσσι,* ap. Theocr. V. 8. Synaloephe in voce *δάκρυα* vel apud Pindarum statuenda, v. Boeckh. in fragm. Pind. p. 610. *δύω* in unam syllabam contractum Append. n. 238. Burmann. ad. Anthol. Lat. IV, 164 corrigit *εἷς* pro *πλῆσ'.*

73. (11.)

Θεοῖς χθονίοις.

Νῦν Βασίλιος ἐγώ, βρέφος αἴλινον, ὧδε, Μακρῖνος,
πατρὸς Μακρίνου, Γλυκέρας μητρός με τεκούσης,
ὀκτὼ ἔτη πλήσας, πρὸς τούτοις μῆν' ἐβίων α.

Romae olim, ad theatrum Marcelli in domo Puritae. Gruter. p. 612, 13. Smet. p. 130, 19. Fleetwood p. 231. Murator. p. 1704, 7. Emendatius exhibet Leich. in Misc. Lips. Nov. I, 497; attamen hexametros esse non animadvertens. Multus est in hac inscriptione Hagenbuchius Diatr. de Graec. Thes. Nov. Murat. marmor. quibusd. metricis 1744. Habet etiam Bonada T. II p. 255, non magis quam ceteri rationem metricam et litterae A in fine perspiciens. — V. 1. *Αἴμνον* pro *αἴλινον* ap. Leich. typothetae error est. Epitymb. n. 527 *αἰνόλινε.* — V. 2. *ΜΗ* pro *ΜΕ* in utroque apographo. — V. 3. Corruptissimus hic v. est ap. Smet. et Fleetw. *ΟΚΤΩ ΤΗ ΠΛΗCΑC ΠΡΟC ΜΗ ΤΟΙC ΝΗΝΑC Β ΜΤ. Α.* Scalig. male correxit *ὀκτώ τε πλήσας*

πρὸς τέσσαρσιν ἐνιαυτοῖς, μῆνας β', ἡμέρας ά. Murat. ΜΗΝΑ ΕΒΙΩ. Α. Hagenb. μῆνα βίωσα aut μὴν' ἐβίωσα. Littera numeralis ά μονοσυλλάβως in iambis, Jacobs. Append. n. 204. Sic in senario in Anagraphe Hellados ad Theophr. v. 139 ἔχουσα λιμένας β'. μετὰ ταυτὴν δ' ἔστιν ᾗ. Nomen Γλυκέρα habes ap. Pacland. Mon. Pelop. T. II p. 23. Matris nomen defunctis viro et puero adjunctum Biagius Mon. Gr. Musei Nan. p. 256 in duobus tantum titulis sepulcralibus se ait invenisse, ap. Spon. et Murat. αιμιλιω ρηγεινω τω εξ ουλπιας ρηγιλλης και αιμιλιου πτολεμαιου, et in eo, qui ap. nos est n. 78. Addo n. 79. Epitymb. n. 166. 167. 435. 568 et 558, in quo scribendum suspicor παῖς Αἰθερίοιο Μητρὸς δ' ἐξ Ἀγάθης (pro ἀγαθῆς), quum *Agathe*, *Agatha* nomen satis frequens sit. Porro Append. n. 209. 287. 289. 290. 307. 345. 375. 396 (in Not.) et in Addend. p. XCIV, Boeckh. n 970. Matris mentio fit, nomine omisso, supra n. 9. Mater sola nominatur n. 44 et in aliis.

74. (12.)

Κεῖμαι Σοαιμὸς ἀνὴρ βιότητα νέος τελέσσας,
καὶ γαίην παπέων καὶ κύματα νηυσὶ περήσας,
Αὐσονίῃ γαίῃ τέρμα βίου θέμενος.

Romae in impluvio aedium Rondaniniarum. Transcripsit Zoega, ex cujus schedis olim edidi, nescius pridem id publici juris factum a Gaetano Marinio Inscr. Alban. 1789 p. 179. Iteravit Graef. in Act. Petropol. Vol. VIII p. 702. Hexametros duos cum pentametro habes etiam n. 42. 75. 76, tum Anthol. Pal. XIII, 15. XIV, 45. Append. n. 91. 164. 369. Anthol. Lat. IV, 164. 227. Fabrett. Inscr. p. 374 n. 169, et in Petronii carmine ad n. 59 exscripto. — V. 1. ΚΕΙΜΑΙϹΟϵΜΟϵ, ε̄ pro αι̅, ut Latini Soëmia scribunt, quam Graeci Σοαιμίς, Σοαιμιάς. Notavit

Marinius cll. Salmas. ad Scriptt. H. A. p. 171 (759). Ita n. 91 scriptum est ΓΕΑ prò ΓΑΙΑ cf. n. 93, 3. Soaemus, Armeniae rex. Rasch. Lex. N. IV, 1, 961. Pro τελέσσας poterat poni τελεώσας, notantibus Jacobsio et Graefio. Marinius confert Grut. p. 810, 3 βιον ετελεσασα (corr. ἐκτελ.) Κεῖμαι, ut n. 58. 63. 77. Append. n. 184. De participio praes. πατέων, in quo Graefius offendit, v. Boeckh. ad n. 1050 p 554. Sic n. 119 ἐπευχόμενος ἐτέλεσσε, n. 127 στῆσεν εὐχόμενος; n. 137 ἐποίησαν δέ με χεῖρες τέχνῃ πειθόμεναι. Pertinet huc etiam ποιῶν ἀνέθηκεν ap. Boeckhium n. 150 l. 42. Nam propter modestiam hominem, pro antiquorum more artificum, noluisse dicere ποιήσαντα, quum posteriorum plurimi aoristo usi sint, non crediderim.

75.

Ὃς πάσας χάριτας καὶ τὰς φρένας ἐνθάδ' ἔκλεισε,
κεῖται Καρουέντις, πολὺ φίλτατος οἷσι τοκεῦσι·
τρισμάκαρος δὲ λίθος τόσσον ἔχων ἀγαθόν.

Romae in aedibus Doria. Sarcophagus prope urbem loco Bottaccia dicto recens effossus. Sculptae sunt tres aediculae, quarum media pueri faciem continet; subscripti huic sunt hexametri, pentameter autem in margine inferiore ad utrumque imaginis latus divisus exstat. Edidit Ed. Gerhardus *Kunstblatt* 1824 n. 38, ubi legitur ΕΚΧΕΙCΕ, typothetae vitio, quod transiit in diaria quaedam Angliae et Germaniae. Veram scripturam Gerhardus et illic interpretando expresserat, et in eodem diario 1826 p. 20, postquam Jacobsius in Boettigeri Amalthea T. III p. 372 conjectura restituerat, ex marmore confirmavit. — V. 1. Auctor epigrammatis quum legisset sepulcra interdum dici κλείειν χάριτας, φρένας, κάλλος defunctorum, ipsi defuncto hoc tribuit, ut secum omnem venustatem omnemque sa-

καὶ οὐκ οἶδα καλῶς εἴτε κακῶς ἔθανον.
ἀπλήρωτ' Ἅιδα, τί με νήπιον ἥρπασας οὕτως, 5
σπεύσας τοῦ ζῆναί με στερέσαι [ταχέως];

Albae. Reines. p. 683. Fabrett. Inscr. p. 193. Fleetwood p. 100. Bonad. T. II p. 224. Mancum exhibet A. Meinekius in Seebodii Nov. biblioth. crit. 1825 T. I p. 159, ubi quaedam ad Jacobsii Append. additamenta promit. — V. 1. Mirum auctorem scripsisse υἱός, quum παῖς et metro et sensui satisfaceret. Jacobs. καὶ contra metri legem. Ἄνθος, alias Ἄνθης, uti ap. Ibycum Rhadamanthi deliciae, et puer ap. Anton. Lib. 7, Ἄνθευς Epitymb. n. 550; et apud Parthenium venustus aliquis juvenis, fem. gen. Ἄνθις, tum Ἄνθηρος (ap. Grut. p. 709, 3), Ἄνθεμος, Ἀνθεμίων, Ἀνθεμούσιος, Πολύανθος, Ἄνθουσα, Ἄνθυλλα. In alliteratione nugatur poëta, v. ad n. 56. Pro λεγόμην Reinesius tacite posuit γενόμην, de quo v. Boisson. ad Ovid. Metam. Graece vers. a Max. Planude p. 83. Φύρμη, Firma. Variat hujus nominis scriptura; Φίρμος est ap. Grut. p. 1076, 12, Spon. Misc. p. 360 s. Murat. I, 513, Boeckh. n. 384; Fyrmius, Fyrme ap. Grut. p. 685, 1. Epigr. Planud. n. 322. — V. 2. Reines. et Fabric. ΟΑΝΘΗΣΑΣΤΕ, ὁ ἀνθήσας per synaloephen ob τε locum habere nequit. Reines. ΟΥΧ, ceteri ΟΥΚ. — V. 3. ΠΡΟΜΟΙΡΟΝ, qua forma utitur Lucillius ep. 42; sed alteram πρόμορος flagitat metrum. Ita ἄμοιρος et ἄμορος v. Both. ad Soph. Oed. R. 233 nov. ed. κάμμορος ap. Hesych. et κακόμοιρος, ἀντίμορος et ap. Plat. Protag. 16 p. 315 A, et in inscriptione Chandl. P. II n. 1 ἀντίμοιρος. Πρόμορον βρέφος, cujus πρόωρος est μοῖρα. Epitymb. n. 643. Frequens est formula προμοιρως βιωσας. v. Boeckh. n. 953, titulum insulae Pari ap. Stuartum, et alium a Viscontio ed. in Diario Eruditor. 1817 p. 37 αυρ. θεοπροπος χαρεσιφιλου (l. Χαρησιφιλου) προμοιρως β. — V. 4. Reines. Fabr. Bonad. ΗΤΕ. Meinek. emendat κουκ οἶδ' εἴτε καλῶς εἴτε κακῶ;

Romae. Gruter. p. 912. Fleetwood. p. 305. Murat. p. 1680, 11. cf. Leich. in Misc. Lips. Nov. I, 492. H. Bosch. Anthol. T. V p. 193. Scaliger in Corrig. *τοσάκις Τίβερίν ποτε βρώμηι.* Grot. Gaionatem Romae non modo *coenae* magisteria, sed et circa *Tiberim* aliquam jurisdictionem sive curationem habuisse censebat. *Cistiferorum* quae Romae fuerit conditio, num officii ratio eos adduxerit ad ludos quosdam symposiacos, non liquet. Hexametrum cum binis pentametris continent epigrammata Anthol. Lat. IV, 25. 214. 264. — V. 1. *Γαιωνᾶς* nomen in Graecis Aegypti inscriptionibus frequens esse monet Niebuhrius. Exstat in Nubiensi ap. Letronn. Aegypt. p. 485, ubi de terminatione *ν.* p. 467. — V. 2. *ΚΡΕΙΝΑϹ.* Scalig. et Fleetw. *κιρνάς.* — V. 3. Gaeonas morti, cui *πάντες ὀφειλόμεθα,* nihil jam debet, quippe cui debitum solverit. Simonid. ep. 99 *θανάτῳ πάντες ὀφειλόμεθα.* Callim. ep. 56 Br. *ἠδ' ἀποβρίζει Ἐνθάδε τὸν πάσαις ὕπνον ὀφειλόμενον.* Jacobs. Append. n. 122 *Ἀπλήρωτ' Ἄιδα—οὔ σοι πάντες ὀφειλόμεθα;* n. 200 *τὰν ζώοις οἶμον ὀφελλομέναν.* Epitymb. n. 290 *μοῖραν ὀφειλομένην,* n. 219 et 419 *κοιμηθεὶς ὕπνον ὀφειλόμενον,* n. 732 *ἐκτίσων Ἀΐδῃ χρεῖος ὀφειλόμενον.* cf. n. 78. 26. 141. Eurip. Alc. 792. Aeg. fragm. 9 *κατθανεῖν ὀφείλεται.* Propert. I, 19, 2. *Nec moror extremo debita fata rogo Naturae debitum reddere,* C. Nep. in Regul. 1. Plutarchus Consol. ad Apollon. c. 10 vitam vocat *μοιρίδιον χρέος, ὡς ἀποδοθησόμενον, ᾧ ἐδανείσαντο ἡμῶν οἱ προπάτορες, ὃ δὴ καὶ εὐκόλως καταβλητέον καὶ ἀοτενάκτως, ὅταν ὁ δανείσας ἀπαιτῇ.*

78.

Ἄνθος ἐγὼ λεγόμην, υἱὸς Ἑρμογένους τε καὶ Φύρμης,
ἀνθήσας τε κακῶς ἔτεσιν δυσὶν οὐχ ὁλοκλήρως,
φωτὸς ἀφαρπασθείς, πρόμορον βρέφος, ἐνθάδε κεῖμαι,

81. 82.

Ἐτῶν δ]εκοκτώ, μουνογενῆ καὶ παρθένον,
θυγάτρ' ὁ]σίαν ἔθαψε Δωρόθεος πατήρ.
ταύτην ἄ]νυμφον τυβὶ μηνὸς εἰκάδι
νηλὴς ἀ]νῆρε δαίμων, ὃς τὸν ἔμπαλιν
οἶ νόσ]τον οὐκ ἔκλωσας, ὥσπερ ἤλπισε. 5

Ὀκτω]καιδεκέτης, ἔτι παρθένος, οἰογένεια
τῇδ'] ὁσία κεῖται, Δωροθέου θυγάτηρ.
Μοίρ]η [ν]ηλεόθυμε! Χάροντί σε τόσσον ἐνηὴς
μάρ]ψε, λιποῦσα πατρὶ πένθος ἀπειρέσιον.

KAVVPSO ANN. XVIII.

Romae in aedibus Matthaeanis. Murat. p. 1776, 3. Leich. in Misc. Lips. Nov. I, 502, qui quum senarios non agnovisset, neque lacerum uno latere marmor esse intelligere poterat, id quod singulis nunc suppletis versibus apparet. Et iambi et dactylici justis versibus perscripti sunt. Calypso in Aegypto nata, Romam cum patre profecta ibique mortua esse videtur. — V. 1. Leich. δέκ' ὀκτώ. ΜΟΝΟΓΕΝΙ. — V. 2. ΣΙΑΝΕ ΘΑΤΕ correxit Leich. — V. 3. ΕΜΟΝΥΜΦΟΝ. Leich. ἐμὸν νυμφίον, vs. 4 δαίμων τὸ ἔμπαλιν (γνόμης), *sustulit Pluto praeter opinionem*, v. 5 αὐτῷ μ' οὐκ ἔδωκας, *me ipsi non locans*, quasi hoc unquam Plutonis officium esse queat. — V. 4. ΔΑΙΜΟΝΟΣ. νηλὴς θάνατος n. 54, 11, νηλειὴς Ἀΐδης Epitymb. n. 556. Νόστος ἔμπαλιν, Herodian. V, 6. 7 ἔμπαλιν τὴν ὁδὸν ἤνυε, Soph. El. 53 ἄψορρον πάλιν. Mira est secunda persona ἔκλωσας. Ad haec Jacobsius: »V. 4 spondeum habet in quarta sede. Scribo: νηλεὲς ἀνῆρας δαῖμον, quo admisso ἔκλωσας bene habebit.«

N. 82, v. 1. Ὀκτώ supplevit etiam Leich. Lapis δεχέτης, ut οἰχωρὸς ap. Hesych. pro οἰκωρός. θυηχόος pro θυηκόος Boeckh.

n. 160. cf. 281 not. a, κόλιξ et χόλιξ. Οἰογενής, οἰογένεια, ut μουνογένεια, in epica poesi, et ἠριγένεια, deest in lexicis. — V. 7. Leich. Χάρων τί σε τόσσον ἐνηής Μάρψε, *Charon quare te tam benignus cepit.* Μάρψε certum videtur; hinc sequitur supplendum esse nomen aptum cum ad hoc verbum tum ad participium λιποῦσα, igitur Μοῖρα, ut n. 23 μάρψασα Μοῖρα. Jacobs. Append. n. 179 ὁ θρασὺς μάρψε μόρος. Parca nimis in Charontem dicitur officiosa, quippe mortuorum cupidum (n. 54, 16), et raptorem, Epitymb. n. 603. 671. Sed mendum est in litteris, quarum emendationem, quoquo te vertas, nec lenem nec probabilem invenias. Post Η enim et unius litterae lacunam sequitur ΗΛΕΟΟΤΜΕ, quod νηλεόθυμε esse cum Jacobsio non dubito. Scripseris igitur Μοίρ]η νηλεόθυμε. At sic habemus duplicem Parcae et filiae allocutionem vix ferendam, orationem scabram et abruptam. Quacum tamen confer in iambis ἀνῆρε δαίμων ὃς οὐκ ἔκλωσας.

83. (57.)

Δαίμοσιν εὐσεβέσιν Γαΐου Ἰουλίου Καρακουττίου
ποίησεν Κασία τῷ τιμίῳ κἀξίῳ ἀνδρί.
πᾶσι φίλος θνητοῖς, εἴς τ' ἀθανάτους δεισιδαίμων,
κοιμᾶται Καρακούττις, ἔχων μνήμην διὰ παντός,
τέρψας σύγκλητον, ματρώνας καὶ βασιλῆας, 5
εὐφρανθεὶς ἐφ' ὅσυν Μοῖραι χρόνον ὥρισαν αὐτῷ,
εὐσεβίης ἕνεκεν δοξασθεὶς καὶ μετὰ λήθην.

Romae olim ap. M. Anton. Sabbatinum antiquarium. Mus. Veron. p. 316; nunc Cantabrigiae Diar. Classic. Vol. XXX p. 134. Rosii Inscr. Graec. vetust. p. 399. 414. — V. 4. Καρακούττις. v. ad n. 13. Fuit fortasse mimus. *Nubilis hos virgo, matronaque virque puerque Spectat, et e magna*

parte senatus adest. Ovid. Trist. II, 501. Epitaphium in libertum Augusti lectorem carminum Homeri, Anthol. Lat. IV, 260, 7. *Gratus eram populo quondam, notusque favore — Quis bona non hilari vidit convivia voltu, Adque meos mecum pervigilare jocos?* Cet.

84. (58.)

Ἐνθάδε τὴν ἱερὴν κεφαλὴν κατὰ γαῖα καλύπτει
ἀνδρὸς θείου Πουβλίου Τιτιδίου Καπίτωνος,
ὃς περὶ μὲν νόον ἔσκε βροτῶν, περὶ δ' ἱρὰ θεοῖσιν
ἀθανάτοισι δέδωκε, τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν.
τεῦξε δὲ τόνδε τάφον ἑὸς θρεπτὸς Νώνιος Ἀρτέμων.

Gruter. p. 1043 ex Verderii, et p. 1129 ex Pighii schedis. Ille Tibure, hic Romae viderat. Fleetwood. p. 319. Scaliger: »Inepta haec ex centonibus Homericis. Primus etiam versus est ex Epitaphio Homeri.« Una cum hoc etiam alter hujus epitaphii versus transiit in lapidem ap. Gruter. p. 1089 *ἀνδρῶν ἡρώων κοσμήτορα θεῖον.* Quibus lapidarius in Homeri locum homuncionem aliquem Neapolitanum, fortasse poetam, supponens addidit: *Ἀλκειβιάδην Αὐρήλ. Ἀταλάντη ἰδίῳ πάτρωνι καλῶς βεβιοκότι ἐπόησεν.* Eadem formula utitur etiam Philippus Thessal. Epit. n. 362 et ep. nostrum n. 15. — V. 4. *ΑΘΑΝΑΤΟΙϹ ΔΕΔΩΚΕΝ.* Jacobsius corrigit *ἀθανάτοισιν ἔδωκε.* — V. 5. *ΕΟϹΘΡΕΠΤΟϹ, ϹΟϹΤΡΕΠΤΟϹ.* Fort. *Σώστρεπτος.* Boisson. Holsten. Epist. p. 429 *σὺς θρεπτός.* Jacobs. de Memnoniis p. 66 *ἑὸς θρεπτός.* Ultimum nomen pronunciatur *Ἄρτ'μων*, ut Append. n. 289, 8 *εἴκοσί θ' ἥμ'ρας, Δέκμος* pro Decimus. cet.

85.

Ἐνθάδε κεῖμαι βρέφος κοινοῦ βιότοιο ἄμοιρος,
ἡδίστου πατέρος καὶ μητέρος εὐμορφίης,
πρωτότοκον, διετές, θεῷ μεμελημένον ἡδύ,
Ἡλιόπαις, λυπῶν γλυκερούς χρηστούς τε τοκῆας.

Olim Romae in Villa Iustinianea (1727), postea Argentorati. Schoepflini Alsatia illustr. Vol. I p. 601, Oberlini Mus. Schoepflini 1773 p. 72. In fastigio sculptus est ovis inter duo pisces, Christiani igitur parentes. Infra addita est formula obscura ΘΟ. ΤΚΝ. de qua varia opinati sunt viri docti. — V. 1. ΚΕΙΜΕ. — V. 2. εὐμόρφιος pro εὔμορφος, ut Φιλοστόργιας pro Φιλόστοργος, ἔκτοπος et ἐκτόπιος, ἐνάριθμος et ἐναρίθμιος, ἀλιτηρὸς et ἀλιτήριος, ἔγχωρος et ἐγχώριος, τρισμάκαρος et τρισμακάριος. v. ad n. 75, ἀκαίριος n. 54, 11 pro ἄκαιρος. — V. 4. Cum nomine Ἡλιόπαις Schoepflinus confert Χρυσόπαις.

86. (37.)

Παρθενὶς ἐνθάδε κεῖται ἀγήρατος ἀθανάτη τε.

Mus. Veron. p. 317. Bonada T. II p. 529. Epitaphia monosticha multa continet Sylloge nostra, alia Anthol. VII, 177. XI, 312. Append. n. 190. Anthol. Lat. IV, 298. 371 ss.

87.

Καλλίτεκνον σεμνὴν ὅδε τύμβος ἔχει σ' Ἀφροδίτην.

Scrofani. Murator. p. 1133, 1 ex Ligorio. Beger. Spicil. p. 114 ex schedis Pighianis. ΑΦΟΔΕΙΤΗ. De nomine Ἀφροδίτη v. n. 76.

88.

Ἄνδρα φίλον φθίμενον Διονύσιον ἐνθάδ' ἔθηκεν
Δελφὶς ἑόν, τιμῶσ' εἵνεχ' ὁμοφροσύνης.
καὶ φιλίῃ νίκησεν ἀδελφειῶν ὁμόνοιαν
ἐσθλὸς Ἀθήναιος ἐν θαλάμοιο τέλει,
ὃς τόδε σῆμ' ἐτέλεσσε τεθνειότι θεσμὸν ἀέξων, 5
εἵνεκεν εὐνοίης, ἧς ἔχε, πιστοτάτης.

Bononiae ap. Abbatem Trombellium descripsit primusque edidit Gaet. Marinius *Fratelli arvali* 1795 p. 715. — V. 1. ΕΘΙΚΕΝ. — V. 2. ΕΙΝΕΚ. — V. 4. *Ἀθήναιος*, nomen proprium ut n. 151 et *Ἀθηναία* ap. Boeckh. n. 1634. Ita *Βοιωτὸς* ap. Demosthenem et in numo Ephesiorum, *Σικελίδας*, a *Σικελός*, *Συρακόσιος*, in titulo Atheniensi, *Θεσσαλὸς* in Deliaco ap. Dodwell. II, 507, *Ἐρετριεὺς* in Attico antiquo Boeckh. n. 169, *Φοινικὸς* in testamento Epictetae Spartanae, *Etruscus* Messenius et *Perses* Thebanus, poetae, *Ἀττικὸς*, *Ἀραβίων*, *Ἀντιοχὶς Ῥοδία* ap. Com. Viduam tab. 37, 1, *Λακαῖνα Πτολεμαΐς*, *Μακεδονίη* Epitymb. n. 694, *Κιλικία* Append. n. 209, *Ἀθεναΐς*, *Λουκάνη*, *Pythias* ap. Horat. *Ἀτθὶς* ap. Sapphonem, *Ἀχαιΐς* Gorii Columbar. n. 282, alia v. Sillig. Catal. artif. p. 487. *Ἐν θαλάμοιο τέλει, in lecti s. tumuli sumptu*, novo vocis *θάλαμος* usu; nam ejus, quod Marinius affert, *κρυερὸν τόνδ' ἔχομεν θάλαμον* (v. n. 45, 4), diversa est ratio. — V. 5. *θεσμὸν ἀέξων*, Marin. interpretatur *praescriptum adaugens*, Corsinius *legem morientis adaugens*. Quae non magis intelligo quam Graeca. Exspectabas *τιμήν*, ut Append. n. 353 *τιμαῖσιν ἀέξων*. — V. 6. ΠΙΣΤΟΡΑΓΗΣ. Ultima neuter Italorum intellexit, quamvis facili certaque emendatione sanare licebat. Litteras male formatas dubiasque pluribus locis esse testatur Marinius. Sed Graecarum is litterarum minus peritus erat, po-

test igitur in transcribendo errasse. Ceterum duae in hac inscriptione voces *Δελφὶς* et *ἑὸν* accentibus instructae sunt, quos praeterea in epigrammate nostro n. 90 et in duobus aliis titulis Graecis Marinius invenit. Quartum addo exemplum, sed ex tabula aenea sumptum, *ΑΙΔΗΜΩΝ ΠΡΟ ΜΟΙΡΟΣ ΝΩΣΑΣ* (leg. *ΖΩΣΑΣ*), quae verba scripta sunt sub imagine sculpta viri lectulo incumbentis, adsidente muliere et adstante tabula; et quintum n. 91*.

89.

[Τὸ παιδίου μ]ὲν σῶμα κρύπτεται κάτω,
[ἔβη δὲ πρὸ]ς τὸ θεῖον ἡ ψυχὴ μέ[τα].

Ravennae. Post alios edidit Boissonadius ad calc. Epistolarum Holsten. p. 453. Idem confert *μετέβης δ' ἐς ἀμείνονα χῶρον* Analect. *ἀδέσπ.* 727.

90.

Ἐνθάδε μὲν κεῖμαι καὶ σώματος οὗτος ὁ τύμβος.
ἵν' ᾖ μνήμη μου, τὸ κλέος ἐστὶ τάφος.

Campigliani in agro Mutinensi, in aedibus Marchionis Estensis, transcripsit Murator. p. 1770, 5. Fragmentum est marmoris sepulcralis, litteris semiuncialibus, appositis accentuum, non tamen spiritus notis; nomen non adscriptum esse addit Muratorius, sed insculptam Venerem in curru cum Amoribus hinc inde aliisque imaginibus deorum et dearum. Nereidis nudam figuram esse conjicio ad insulas beatorum viam monstrantis, cum Amoribus, fortasse etiam Tritonibus. Epigramma est longe difficillimum. In priore versu vitium nullum praeter *ΤΥΜΒΟΝ* pro *ΤΥΜΒΟΣ*. Sed in pentametro legitur *ΕΙΝ Η ΜΝΗΜΗ ΜΕΤΟΝ*. Bonada T. II p. 522 scribit *μετὸν κλέος* et vertit *laudis ei est expers non*

lapis ipse meae. Corpori et ejus sepulcro aliquid opponi liquet. ἵνα priore longa obvium est. *ME* vitiosum esse versus ratio non sinit dubitare; *TON* non poterat esse τῶν: quare, quod etiam sententia flagitabat, *MOITO* non temere a me positum est. Sensus enim hic esse videtur: *ubi mei memoria sit, ubi homines me norint, in eorum laude sepultus sum, versor in ore hominum, in animis hominum monumentum habeo praestantius, quam hoc, in quo ossa sepulta jacent.* Eundem tropum habes Epitymb. n. 137, ubi Ilias, Homerus ipse Hectoris sepulcrum dicitur. Sententia similis est Anthol. Lat. IV, 23 *Post fata superstes Fama viget; periit corpus, sed nomen in ore est.* Ibid. n. 47 *Hic sunt membra quidem, sed famam non tenet urna.* Non omnino alienum etiam Epitymb. n. 84 Ἦ ῥ' ὀλίγον τόδε σᾶμα, τὸ δὲ κλέος οὐρανομήκης. n. 255 ζωὸν δὲ φθιμένων πέλεται κλέος, οἵ ποτε κ. τ. λ. Jacobsius: »Alter versus fortasse non est pentameter, sed hexameter: Εἰ δὴ μνήμης εἰμὶ μετών, κλέος ἐστὶ τάφος μοι. Facile *EIMI* negligi potuit post *HMH*.«

91.

Ἐνθάδε σοι, Δομνῖνα, τελείσθω πᾶσα μοίρη,
ἐνθάδε λοιπὸν ἔχεις στυγερὸν δόμον.
κοὐκέτι σοι φάος ἠελίοιο
οὐκέτι κλεινὰ δὲ δώματα Ῥώμης,
οὐδ' ἄλοχος, οὔτε φίλη κασιγνήτη· ἀλλά σε καλύπτουσι, τάλαινα, ἄμπελος καὶ γαῖα ἐν Μεδιωλάνῳ.

Fleetwood. p. 299 ex Grutero, ubi non invenio. — V. 2. δόμον in metri gratiam scripsi pro οἶκον, quo tetrameter perit. — V. 4. *ΔΗ* pro *ΔΕ*, in sequentibus *ΤΑΛΑΙΡΑ* et *ΓΕΑ*. De sepultura in hortis v. Sertor. Ursat. ad Marmora Patavina p. 44.

91*

Τὰν μορφὰν φεῦ τάνδε, Κύδωνος πλησίον, ὦνδρες,
θάμβος ἐοῦσαν ὑμῖν, τέξε δόμος Γαλατῶν.

Ἐν ἔτει ϛ Π.....ΙΕ.

Protome infantis monstruosi, Aquilejae, ut perhibetur, effossa, infra quam hoc sculptum est distichon, Venetiis servatur in aedibus Grimaldiorum, ubi paucos ante annos illud Letronnius descripsit, qui edendum mihi benevole et amice commisit, adjuncta etiam capitis delineatione, quod unum est quidem, sed facies habet duas. Accentus additi sunt, in ὦν᾽δρες etiam craseos nota super littera ν̄. ὑμιν non circumflexo, ut ΦΕΥ et duae aliae voces, sed apicibus duobus, tanquam duarum morarum signis, notatum est. Vox ΓΑΛΑΤΩΝ rotundum habet ω, in ΚΥΔΩΝΟΣ et ΩΝΔΡΕΣ est alter character. In ἐοῦσαν lapicida nota diphthongi ου vulgari usus est; quam tam in unciali scriptura quam cetera occurrere Bastius monet in Commentat. palaeograph. p. 774. Praeterea nexilibus litteris est usus quam plurimis; junctae enim per compendium sunt ΑΝΜ, ΑΝ, ΔΕ, ΠΛΗ, ΡΕ, ΑΜΒ, ΤΕ, ΑΤ, ΝΕ, ΤΕ. Cydonis urbis ignotum est nomen, et suspicor in Graecum translatum esse Latinum aliquod nomen. ΤΕΞΕ, non per errorem pro ΤΕΤΞΕ ut n. 42, sed barbare a τέκω. Anni notam periisse dolemus.

92.

Ἡ σόρος ἡ μεσάτη λέχος ἀνέρος Ἀντιόχοιο,
ὅς ποτ᾽ ἐνὶ στρατιῇ κλέος εἵλετο· τὰς δ᾽ ἑκάτε[ρ]θε
Μ[άξ]ιμος Εὐδαίμων καὶ Γαιανός, δύο παῖδε

ἔκτισ[αν] Ἀντιόχοιο, κα[ὶ] ἁ[ψί]δα τήνδ' ἐπ[ὶ π]άσαις
ἵστασαν, ὄφρα πέλοιντο φ[ίλῳ] παρὰ πατρὶ θα-
[νόντε.

Burckhardt Itinerar. Syriae, Palaestinae cet. 1822 p. 66. Vers. Germ. curante Gesenio p. 133, in vico Medschel. *Ubicunque vicit Romanus habitat. Ad hanc commutationem locorum libentes nomina dabant, et relictis aris suis trans maria sequebatur colonus senex.* Verba sunt Senecae Consol. ad Helvid. c. 7. Cf. Gibbon *Hist. of the decline* cap. 2 p. 57 ed. Londin. a. 1783. — V. 2. ΤΑΓ pro ΤΑϹ emendavit Seidlerus ap. Gesenium, qui etiam reliqua restituit. V. 3. ΜΙ . . ΙΝϹϹ. 4. ΚΑ. Α . . ΑΑ. Ἀψῖδα habes etiam in titulo Cyprio ap. Viduam tab. 31, 3 λουκιος ουιτελλιος καλλινικος την αναβασιν αυτην συν τη αψιδι εκ των ιδιων κατεσκευασε. Prosodiae ut satisfieret, Seidlerus scripsit ἄψιν, probante Jacobsio. — V. 5 in fine quod ΒΑ pro ΘΑ legitur, transcribentis error est.

93.

Κεστῖνος πινυτός με ἐδείμα[το] τῷδ' ἐνὶ χώρῳ,
αὐτῷ καὶ τεκέεσσι φίλῃ τ' ἀλόχῳ ἐποίησεν
νηὸν Πλουτῆϊ καὶ ἐπαινῇ Φερσεφονείῃ,
ἐσθλῆς ἐκ στρατιῆς. νῦν δ' οὐδέ[νος] εἰμὶ τά-
[φ]ο[ς πω.
οὕτω καὶ μείναιμι πολὺν χρόνον, ἠδ' ἄρα παῖδας 5
δεξαίμην γηράσκοντας, εὐδαίμονας, τεκνώσαντας.

Burckh. p. 68. Vers. p. 136. In vico Kafer el Loehba. Cestinus exacta militia sepulcrum sibi suisque condens, optat ut id dudum vacuum relinquatur et sero demum se et

uxorem filiosque excipiat. — V. 1. ΚΕ.ΕΤΕΙΝΟC, Burckhardtus Κελέτεινος, Gesenius Κεστεινὸς (scil. ΚΕCCΤΕΙΝΟC). Apud Gruterum est *Cestianus*, ap. Pausaniam Κεστρῖνος. Simile est initium epigrammatis mutili, quod ex conjunctis apographis Burckhardti (p. 61. Vers. p. 126) et O. Fr. Richteri (Wallfahrten im Morgenlande 1822 p. 173. 557) sic restituerim:

Αν[γρὸν συγ]γενέσιν [μ'] ἐδ[δ]είματο σῆμα φαεινὸν
Αἰνείας, [βρ]ιαρῆς κῦδος ἔχων στρατιᾶς.

In altero disticho lego post ἄφθιτον: οὔτινος αὐτῷ Αὐτοκασιγνήτων χεῖρας ὀρεξα[μέ]νο[ν. — V. 3. Templum Plutonis unum quodque est sepulcrum. Duplicem dativum ita expedies: templum Plutoni condidit in suum filiorumque usum. Similis est structura n. 83, 1. ΕΠΕΝΗ ut ΜΕΙΝΕΜΙ et ΠΕΔας — V. 4. ἐσθλῆς ἐκ στρατιῆς etiam p. 133 in titulo pessime scripto, quem ita lego: Μάξιμος ἐδείματο τῷδ' ἐν χώρῳ αὐτῷ καὶ παισὶν καὶ ἀλόχῳ, ὅπλα καὶ κονίην προπάροιθεν ἔχων σωρῶν. ἔνθα δὲ γῆρας θέμενος ἀγωνιῶσαν ἐσθλῆς ἐκ στρατιῆς, ἐκ γεωπονίης, δουλιχὸς τὴν τάξιν ἐπαίτει καὶ στέφανον νίκης νοσφίσατο. Μαξ. οὗτος κεντηνάριος. Maximus, arma qui primus tractaverat quam falcem, tam agriculturae quam militiae laboribus fessus, sero hoc in sepulcro missionem honestam et veram victoriae coronam nactus est. Fuit homo Christianus. v. n 94, 4. Reisigius p. 502 ex ΑΓΑΡΜ pro παισὶν καὶ dat ἄπαιδι ἀλόχῳ, ex ΑΙΩΝΙΟCΑΝ novum procudit verbum αἰωνιῶσαν, et sententiam prorsus diversam constituit. In ΑΙΩΝΙΟCΑΝ nescio an Ι ad pronunciationem magis quam ad orthographiam spectet. Hesychius habet παναιεῖς, παναΐα; quae Meinekius Quaest. Scen. II, 39 mutat in παναγεῖς et παναγία. Ἀσάλγαν ap. Hesych. scriptum est pro ἀσαλίαν, v. Valcken. Adoniaz. p. 204 B. Apud Cangium Μαΐστωρ habes pro Μαγίστωρ, *magister*, et hodie Athenis et Smyrnae littera γ fere transit in

y vel prorsus obmu escit. Eadem autem ut expellitur, ita assumta etiam est inter binas vocales, ut *Φίγαλος* et *Φίαλος*, *Φιγαλία* et *Φιαλία* (Pausan.), *Κραναλλίδαι* et *Κραυγαλλίδαι* (Harpocr.), *ὀλίγος* et, quod in versu Rhintonis ap. Herodian. *π. μον. λέξ.* p. 19 legitur, *ὀλίοισιν*. Aeoles pro *αἱρεῖν* dixerunt *ἀγρεῖν*. Ex *ΤΛ . Ο* Gesenius facit *ταφέντος*. Sed Burckhardtus in lacunis indicandis accurate agit. Quum pentametrum non esse liqueat, *Πω* ad explendum versum apposui. Aristophanes Pac. 243 *τουτὶ μὲν, ἄνδρες, οὐδὲν ἡμῖν πρᾶγμά πω.* Soph. Ajac. extr. *κοὐδενί πω*; ubi v. Both. Theogn. 547 *μηδένα πω.* — V. 5. Pro *ἠδέ*, quod metrum flagitat, exaratum est *ΙΛ*, similiter ut *ΕΔΙΜΑΤΟ*. Quod Gesenius volebat *εἰ δ' ἄρα παῖδας*, non fert sensus. Ultimus versus, quem frustra tentat Gesenius, immane quantum contra quantitatem peccat; attamen ne dubita de lectionis veritate. Jacobsius: »Nr. 93 expressum ex Ep. *ἀδ.* DCXXXIV, Anth. Pal. VII, 228, ubi inter alia: *Οὔπω δ' οὐδενός εἰμι τάφος. Οὕτω καὶ μείναιμι πολὺν χρόνον, εἰ δ' ἄρα καὶ δεῖ, Δεξαίμην ἐν ἐμοὶ τοὺς προτέρους προτέρους.* Unde vix dubito, v. 5 in marmore esse: *ΕΙ Δ' ΑΡΑ ΚΑΙ ΔΕΙ*, praecipue quum ibi legatur *ΙΛ*, non *ΗΛ*. Inter *ΠΑΙΔΑϹ* et *ΚΑΙΔΕΙ* non multum interest.« Marmor habet *ΠΕΔΑϹ*.

94.

Βάσσος, ἑῆς πάτρης μεγακυδέος ἀγλαὸν ὄμμα,
ἐκ σφετέρου καμάτοιο γεωπονίης ἔ[μ'] ἔδειμεν,
οἵ τ' αὐτῷ παίδεσσι ϑ' ὁμῶς κενὸν ἠδὲ γυναικὶ
μνῆμ' ἀγαϑόν. βουλαῖσι δ' ἀειζώοιο ϑεοῖο
γηραλέου[ς] πάντας μά[λα] δέξομαι, εὖτ' ἂν ἕκα-
στο[ς] 5
τέρμα ποτ[ὶ σ]φέτερον βιοτῆς πεπρωμένον ἔ[λ]ϑῃ.

Εὐτύχει Βάσσε. Ἐτελέσθη ἔτους τῆς πόλ[εως] ΟΛ.

Burckhardt. p. 76. Vers. p. 147. Prope vicum Schakka. — V. 2. ἐκ σφετέρου καμάτοιο, ut ἐκ τῶν κοινῶν κόπων v. ad n. 56. Cippus Borghesius ap. Spon. Misc. p. 348 καὶ πορίτας βίον ἐκ καμάτων ἰδίων ταῦτα ἐποίησα ἐγώ. — V. 3. Burckhardtus post αὐτῷ male intrudit καὶ, quum ο post παίδεσσι in Θ mutare debuisset. Tum sequitur ΟΜΩΣΚΕΟΝ, pro quo Seidlerus et Reisigius quod scribunt ὁμόσκιον, quo sensu accipi velint, quave tueantur auctoritate, non explicant. Inserta una littera scripsi κενόν, κενὸν μνῆμα, sepulcrum, quale vidimus n. 93. Probat Jacobsius; malit tamen κεῖον. cll. Interpp. ad S. Joann. XIX, 41 μνημεῖον καινόν, ἐν ᾧ οὐδεὶς οὐδέπω ἐτέθη. — ΗΤΕ pro ΗΛΕ per errorem. — V. 4. ἀείζωος θεός Christianum hominem prodere videtur. Cf. n. 167. — V. 5. Burckhardt. ΕΚΑΣΤΟΝ — V. 6. ΠΟΤ. ΣΦΕΤΕΡΟΝ; philologi Halenses ἑκάστῳ τέρμα ποτέ, in ΕΚΑΣΤΟ litteram unam mutantes. In fine ΕΛΘΗΣ quod falsum. — Epochas urbium indicatas v. p. 146. 148. 348.

95.

Αὐτῷ καὶ τεκέεσσι καὶ [τῇ πι]νυτῇ τε γυναικὶ
ἐξ ἰδίων κτεάνων πολλὰ μογησάμενος
Βάσσος τύμβον ἔτευξεν ἐρισθενὲς ἕρμ[α . . . .

Ibid. et in eodem loco. Reliquos sex versus, quibus continetur oportet pentameter et distichon tertium, quum iniique versus impleant quae dedimus, Burckhardtus docte praecipite impeditus non transcripsit. Αὐτῷ vel αὐτῷ v. Buttmann. exc. X ad Demosth. Midian. ed. alt.

96.

Χαῖρε καλή, πασῶν προφερεστάτη, εἵνεκα πάντων
σεμνοτάτη συνόμευνε, καλῶν ὑπόδειγμα φιλάνδρων,
Φλάουια, τῶν Χαρίτων τοὔνομα κτησαμένη.
εἰκόνας σῆς ἀρετῆς παῖδ[α]ς, [γ]αμετή, προ[λι]ποῦσα,
οὐκ ἔφθης μ[ετ]ὰ τοῖσι πάτραν φιλίο[υς] τε συν-
αίμους, 5
Ἀντιόχειαν ἰδεῖν, γ[εν]έτην θ' ἅμα, τόν σε πο-
θοῦντα.

Ἐτῶν Κ* μην. Ι*

Burckhardt, p. 82. Vers. p. 156. Prope urbem Sueidan, in rupe. — V. 1. ЄINЄKЄ. — V. 2 ἡ σεμνὴ καὶ φίλανδρος Gruter. p. 810, 3. — V. 3. Reisigius ap. Gesenium nomen a Gratiis acceptum a Flavia ad καλὰς φιλάνδρους transferens, simul ut hexameter fiat, conjicit: Φλαούϊα τῶν Χαρίτων ἄπο τοὔνομα κτησαμενάων. Mihi Flavia Gratiarum nomen ex sententia poetae habuisse videtur quatenus illae flavae dici solent a poetis, ut a Pindaro Nem. V, 54, καλλίκομοι eaedem apud Simonidem, ἐϋπλόκαμοι in Hymno in Apollinem 194; atque ita Ariadne Hesiodo est flava, Harmonia Euripidi, aliae aliis poetis venustarum heroinarum. Amant hujusmodi carminum auctores nomina defunctorum illustrare. v. ad n. 56. — V. 4. προλιποῦσα, nimirum morte oppressa ita ut cum liberis patriam Antiochiam et parentes non potuerit revisere. — V. 6. ad Ἀντιόχειαν supple copulam. Burckhardtus legit ЄYNЄTHN, Reisig. conjicit συνέχειν. Ego una littera ЄΓ mutata scripseram γαμέτην; sed ob plures causas probabilius esse γενέτην, genitorem, recte monuit Jacobsius.

97.

Ἄνναιος τόδε σῆμα ἑοῖς καμάτοισιν ἔτευξεν.

Burckhardt. p. 99. Vers. p. 178. Ita p. 184 βασσος — εξ ιδιων καματων μετα τεκνων οικοδομησαν το μνημα. In nomine inserui unum N; est enim Annaeus.

98.

Εὐσεβίης τόπος οὗτος, ὃν ἔκτισεν ἐγ[γύ]θι λίμ[ν]ης
ἔξοχος ἐν στρατιῇ Ἀμμώνι[ος], ᾧγε περισσὴν
ἀθάνατοι φιλέοντες εὔφροσύνην τε καὶ ὄλβον
δ[ῶκα]ν ἔχειν, στρατιῇ τε φέρειν κλέος αἰὲν
ἀ[γασ]τό[ν.

Ibid. — V. 2. Burckhardtus male suppleverat ω ΠΕΡΙΟΥCΗΝ, v. 4. ΑΜΕΜΠΤΟC. Reisig. ᾧπερ ἔϊσην et ἀγαστόν. Jacobsius: Ex Burckhardti lectione eruo: ωΙΠΕ ΠΕΡΙCCΗΝ. Facile ΠΕ ante ΠΕ omitti aut a describente praetermitti potuit. « De loco p. 186: εκτισθη η λιμνη ετους ΡΡ εκ κοινων αναλωματων. . . . . .

98.*

Ἐνθάδε κεῖται θανὼν ἀνὴρ πινυτός τε καὶ ἐσ[θλὸς]
Δομιττίανος Θεμ . . ου . . . . . .
τέτταρα τέκνα λιπών . . . .

Ibid. Ἀνὴρ producta priore, ut saepe. Nomen videtur extra versum positum esse. Pro καὶ legitur ΚΗ, ΚΙΠΕ pro κεῖται.

99.

Βάσσος ἀνὴρ Βόστρης ἐρικυδέος ἁ[βρὸν ἄωτον,·
τύμβο[ν ἐ[ϋξέστοις λάεσιν ἱδρυσά[μη]ν.

Burckhardt. p. 232. Vers. p. 472. Bostra, hodie Bossra, olim Arabiae Provinciae caput. v. Burckh. p. 364 et Gesenius p. 527. Reisigius ἀνδρὸς ἄωτον, minus bene, ob antecedens ἀνήρ. Jacobsius: »Ἀνὴρ otiosum est. Fortasse distichon praecessit de conjuge Bassi, aut certe nomen ejus praefixum fuit. Dici enim debebat, cujus esset τύμβος.« cf. tamen n. 74, 1.

100. (60.)

Δμωὰν Δωροθέας με ταχείριοι τὴν ὁμόδουλον
παρθένον εἰς Ἀΐδην θάπτον ἀπερχομέναν·
ἄρτι δὲ τὸν ἀναωρὶ χοὰς χείουσ' ἀπόδημον
νύμφιον ἐκ πελάγους εἶδον ἐπερχόμενον.
ἀλλ' ὁ μὲν ἐγγὺς ἔπλη κλισίης ἔμεν κἀπιδακρῦσαι, 5
τοῦδ' εἰ υ . . . . . .
μηδὲν εθησευαο . . . . . .
. . . . . μὲν δέξαι δαχ . . . . . .
οὔνομα μὲν Μακέταις ἐπιχώριον, οὕνεκα μέμφθη
μηδὲ ἑνί, Κοπρίαν μ' ὠνόμασαν γενέται. 10
οὐ γὰρ ἄτιμος ἔην παρὰ δεσπόταις, ἀλλά μ' ἔθρεψαν
αὐτοί, καὶ κοῖτον χερσὶν ἐμαῖς κομεῖν
δῶκαν τιμήεντα. ταχὺς δέ με παρθένον οὖσαν
δαίμων εἰς Ἀΐδην πέμψεν ἀμειλιχίης.
ἀλλὰ καὶ ὡς θέον μ' ἀνετίμεον ἐνταφίοισιν, 15
καὶ τύμβον γράψαν μνημοσύνης ἕνεκεν.

Fr. Hessel. Praef. Append. ad Gudii Inscriptt. p. 42. De hujus inscriptionis salebris nemo judicare potest nisi qui siglorum aenigmata litteris intermixta examinaverit ejusque enodandae periculum ipse fecerit. Num operae pretium facturus sit, nolo equidem quaerere. Lapidem Hesselius his verbis describit: »In medio stat imago muliebris nuda, a tergo partem vestis fluxae ad interfeminium trahente laeva manu, dextra pectori laevo admota, et super eodem brachio lacinia exstante, cujus pars lateri dextro dependet, ornatis capillis, ventre prominulo ut praegnantis; sed de hoc consuli possunt inscriptiones (de hoc quidem illae ne *γρῦ* quidem) utrinque secus hexametris versibus sculptis infabre, nec, ut videtur, una eademque manu, litteris inaequalibus, parum incisis, quibusdam extritis, dubiis virgula subnotatis.« De diversa manu omnino dubito. Defuncti imago inscriptioni intersita est etiam n. 46. 51 et aliis, ut in cippo Gruteriano p. 649, 6.

1. ΤΑΧΕΙΡΙΟΙ. Litteram *ῥῶ*, vel vulgari pronunciatione suppressam, vel lapicidae errore deesse conjicio; quantitas enim neglecta ab eo, cui *δεσπόταις* v. 11 dactylum facit, scrupulum non injicit; *ταρχείριος* autem, sive *ταρχήριος* dicitur pro *ταρχευτής*. *Ταρχευταὶ* funera curabant et pollingebant. Supra n. 49, 4 *ἐνθαδὶ τετάρχυται*. Epitymb. n. 176 *ταρχύθην*, cf. nr. 537. 577. Append. nr. 166. 367. Apollon. I, 82. II, 181. Pseudophocyl. *ἀταρχύτοις νεκύεσσι*. Hesych. *Ταρχύειν· θάπτειν, ἐνταφιάζειν*. Verbum *ὁμόδουλος* non ad *τὰς ταρχειρίους*, sed ad mortuae sponsum eundemque conservum trahendum videtur, qui dum illius exequiae celebrantur et inferiae dantur, tunc ipsum ab itinere maritimo redit. Quare non plene post primum distichon distinxi. Suspicari quis possit, ΤΑΧΕΙΡΙΟΙ, praesertim quum ultima littera in fine versus sit, esse *Ταχείριον*, nomen defunctae, contractum ex *Ταχυχείριον*, ut nomen proprium est *Ἐπιποδία*, ap. Grut. p. 608, 7. Sed *χείουσαι* non po-

terat sine substantivo poni. — V. 3. ΤΟΝ ΑΝΑΩΡΕ. Pessimum est, quod dedi, vocabulum, ἀναωρί, pro ἀνωρί, ad normam vocum ἄνωρος, ἀνωρία, praecedente articulo, audacter a nomine suo sejuncto. ΧΕΙΟΙΣΑΙ, ut 11 et 15 ΜΕ. — V. 5. ΚΑΙΣΤΗΜΕΝΑΙ. Jacobsius quum conjecisset ΚΛΙΣΑΙ ΜΕΓΑ, mihi propius ad litteras esse videbatur ΚΛΙΣΙΗΜΕΝΑΙ, κλισίῃ ἥμεναι, littera Η semel omissa, de qua v. ad n. 103, ἥμεναι pro ἧσθαι, ob metrum, cui etiam πιθήμεναι et similes formas deberi monet Matthiae Gramm. T. I p. 512; siquidem ejusmodi scriptorem, qui fortasse Romanus fuit, de omnis generis soloecismis reum facere, indice lapide liceat. Quae conjectura Jacobsium, quum ipse quoque κλισίῃ μεῖναι conjecisset, sed ob metrum rejecisset, induxit, ut nunc minime dubitet legendum esse κλισίης ἔμεν κἀπιδακρῦσαι: ἔμεναι enim lapicidae deberi, qui, quod saepissime factum, formam pleniorem pro altera posuerit. Nescio tamen an positio hoc modo neglecta barbarum hominem haud minus prodat quam infinitivus non Graecus. — V. 8. ΔΕΙΣΑΙΔΑΧ. Fort. δάκρυα. — V. 9. Μακέτης, Macedo. Steph. B. c. not. Hesych. Sil. XIII, 8-8. Επιχώριον, quum scripsissem ἐπιχείριον, emendabat Niebuhrius, et video nunc esse in lapide Μ inversum pro Ω, forma satis usitata. — V. 10. Sine controversia legendum ΕΝΙΚΟΠΡΙΑΝ, etsi syllaba ΚΟ singulari litterarum nexu compendiario expressa est. ΓΕΔΕΤΑΙ muto in ΓΕΝΕΤΑΙ. Scripseram μηδὲ ἐνικοπρίαν, ancillam conjiciens nomen Macedonicum ambiguae aut malae extra illam terram significationis habuisse, quod petat ne quis malignius premere velit; neque enim dominos ad verbum id cepisse vel ἐνικοπρίαν ipsam appellasse. Quibus nunc praefero, quod Niebuhrio debetur, memori praeconis Κοπρέος. Neque alienus est Copronymus. Fuit et pagus Atticus Κόπρος dictus v. Corp. Inscr. T. I p. 216. Pro μηδένι severior ratio postulat οὐδένι. Sed interdum μὴ inveniri, ubi meliorum

scriptorum usus οὐ requirat, monet Hermannus ad Eurip. Suppl. 1130. — V. 11. ΑΛΛΑΜΕ ΘΕΓΑΝ. Correxit Jacobs. ΕΘΡΕΨΑΝ. Sic n. 81, 2 legitur ΘΑΓΕ pro ΘΑΨΕ, et n. 42, 1 ΤΕΞΑΝ pro ΤΕΓΞΑΝ. — V. 13. Epitheton τιμήεις verniliter dominae lecto jugali inditum. Infra n. 194, 2 βῆμα τίμιον. Odyss. XXIII, 227 Εὐνῆς ἡμετέρης, τὴν οὔ βροτὸς ἄλλος ὀπώπει, Ἀλλ' οἶοι, σύ τ' ἐγώ τε καὶ ἀμφίπολος μία μούνη. ΚΑΧΤΣ. ΠΑΡΘΕΝΟΓΣΑΝ. — V. 14. ΙΣΑΛΔΕΝ, supra recte ΕΙC ΑΙΔΗΝ. ΑΜΕΙΛΙΧΙΗC, barbare pro ἀμείλιχος, ἀμείλικτος. — V. 15. Siglis inesse videtur ΤΕΟΝΜΕ, quamvis M inversum formam τοῦ ω̄ habet. Sequitur ΑΝΕΤΕΙΜΕΟΝ, ut v. 11 ΑΤΕΙΜΟC. Jacobs. »ὧδε τιθέντ' ἀνετείμεον, τιθέντε, de hero et hera, elisione a scalptore neglecta. Nisi malis, quod multo lenius: ἀλλὰ καὶ ὡς τέκνον τ' ἀντείμεον ἐνταφίοισι. τὲ refertur ad καὶ in versu sequ.« Antipater Thess. Epitymb. n. 195 in Libyssam Romae mortuam Ἡ δέ με θρεψαμένη Πομπηΐη ἀντὶ θυγατρὸς κλαυσαμένη τύμβῳ θῆκεν ἐλευθερίῳ. Comparatio ὡς θεὸν absurda hic quidem est, non ubique. Odyss. XXIII, 339 οἳ δή μιν πέρι κῆρι θεὸν ὡς τιμήσαντο. Epitymb. n. 2, de Homeri sepulcro ἴσα θεοῖσι σέβον. Fragmentum epitaphii Asiatici ap. Gruter. p. 1137 et Leich. in Miscell. Lips. Nov. T. I p. 503, quod ita legendum videtur:

[ἄνδρα] πολύκλαυτον, κοινὸς [συν]ανείλατο δαιμων,
καλλείψαντ' ἄλοχον Δημητρείαν πολύδακρυν.
τοὺ[ς] δὲ καταφθιμένους κοινὸς μέλεος χάδε τυμβος.
τόν νυν δὴ κόσμησε περίφρων [ὁ] Στρατόνικος,
τιμῶν ἴσα θεοῖσιν ἀδελφόν κ. τ. λ.

101.

Θεσσαλονείκη μ[οι] πατρὶς ἔπλετο, οὔν[ομ' Ἴ]λη μοι.
κἀμ' Ἄσιος Β[ατά]λου υἱὸς φίλτροισι δά[μασσεν.
εὐνοῦχος περ ἐη[ν καὶ ἄ]κυρον ἦν λάχο[ς αὐτοῦ.
κεῖ]μαι δ' ἔνθα λ[άβον νοῦ]σον ἄνευθε π[άτρης.

Bonnae, in tabula ab ara sepulcrali, ut videtur, desecta, olim in suburbano Creveldi medici, nunc in Museo academico, quo una cum aliis inscriptionibus ab illo viro collectis delata est; atque haec unica fortasse est Graeca inscriptio ad Rhenum inventa. Titulum ad sepulcrum pertinuisse in his terris conditum ex lapidis genere liquet iisdem peculiari, et ex quo plurima monumenta, quae hodie Bonnae, Coloniae et Treveris visuntur, facta sunt. Mineralogi, quod a collega edoctus refero, vocant *einen jüngeren Flötzkalk oder Grobkalk, calcaire grossier, mit vielen Versteinerungen.* Primus edidit in Okeni Iside 1822 T. I p. 242 et in *Dorow Denkmalen Germanischer und Römischer Zeit in den Rhein. Westphäl. Provinzen* T. I 1823 p. 51 tab. XIX 4, Grotefendus, qui ita legit et interpretatus est:

Θεσσαλονείκη μοι πατρὶς ἔπλετο, οὔνομα Δημώ·
κἀμ' Ἄσιος βάκελος λοιγὸς φιλτροισι δάμασσεν,
εὐνοῦχος Πέρσης — οὕτως ἴσον ἦν λάχος ἀμφοῖν —
δῶκε μάτην θάλπος καὶ νοῦσον ἄνευ θεραπείας.

Thessalonike war mir Geburtsort, Name mir Demo;
Und mich bezwang zur Lieb' ein verderblicher Asischer Gallus.
Ein Eunuch aus Fars — so war für uns beyde das Loos gleich —
Flösst umsonst Glut ein und Krankheit ohne die Heilung.

In quibus plura esse, quae a veris litterarum ductibus aberrent, sponte apparet ex adjuncta tabula lithographica, in qua litterae omnes summa cum cura et fide delineatae

sunt, ita ut nihil falsi vel illatum vel relictum esse quovis pignore spondeam. Quare nobis res erit cum litteris ipsis et ea, quam, expletis probabiliter lacunis, continere videantur, sententia, non cum viri clarissimi et doctissimi conjecturis, cum lapide pugnantibus. Argumentum enim esse videtur hoc. Ancilla vel libertina Thessalonicae nata in domo Romana ad Rhenum, amatorio medicamento ab Asio spadone accepto, in morbum incidit et mortua est; amatorem tamen non accusat, sed sortis ejus miseretur. Famulas Thessalicas praedicat Claudianus in Eutrop II, 199:

Felices aliae, quas debellata maritis
Oppida, quas magnis quaesitae viribus ornant
Exuviae, quibus Argivae pulchraeve ministrant
Thessalides, famulas et quae meruere Lacaenas.

Tres hexametros sequente pentametro v. n. 13. 63. Palat. XIII, 16. Append. n. 163. Lapicidam negligentiae cujusdam arguas, qui versu lapidis 4. in ΛΟΙΓΟϹ aliquot litteras confuderit, tum in ΛΑΜ virgulam omiserit ΔΑΜ, et fortasse in prima etiam v. sexti littera errorem commiserit; in universum tamen titulus satis bene et curate insculptus est. Quare non credo in ΛΗΜΟΙ nomen esse ΔΗΜΩ, praesertim quum in nominibus in tali inscriptione non facile peccet nisi qui stipes sit, ut sunt etiam in officiorum et honorum titulis pleraeque inscriptiones exactae fidei (v. Marini Frat. arv. p. 742. 744); non magis certum, ne dicam aperte falsum est ΛΟΙΓΟϹ pro ΛΟ.ΙΓΟϹ, porro ΠΕΡϹΗϹ ex ΠΕΡΕΗΝ factum; nam ultima littera manifesto fuit N, et E si qua alia hujus epigrammatis littera clara est et indubia; mirum etiam foret, nunc Persam dici, qui antea Asianus fuerit, nec in usu est quidem Ἄσιος pro Ἀσιανός, Ἀσιατικός. De versus denique quarti vera lectione dubitari omnino nequit. Jam nostras exponemus conjecturas, in quibus si quid et ipse erravero

veniam nobis impetrabit insignis quorundam locorum obscuritas, quum maligno quodam casu factum sit, ut in iis maxime locis, ubi minime velles, litterae exciderint, et versus litteris quamvis paucis manci intellectu minus fuerint faciles quam plurimi alii perquam laceri.

1. Nomen defunctae supplendum esse, monstrat cum dativus *μοί*, tum aliorum epitaphiorum comparatio. Ita Simonides incipit ep. 72 *Πατρὶς μὲν Κορκύρα, Φίλων δ' ὄνομ', εἰμὶ δὲ Γλαύκου υἱός*. Append. n. 211 *Ἡράκλεια πατρίς, Ζεῦξις δ' ὄνομ'*. cf. ibid. n. 384. Epitymb. n. 140. 465, fragm. ap. Boeckh. n. 815. *Πατρὶς Ἀλεξάνδρεια . . . Βρισηΐς πυκινή*. Thessalonicen simul urbis, simul puellae nomn fuisse, nemo facile conjiciet; quis enim dicat *οὔνομα δή μοι* pro *καὶ* (*ἅμα*) *οὔνομά μοι*? Igitur quum *ΔΗ* de nomine restare liqueat, pro spatii modulo vocalem praefixi. Si vel unam litteram praeter necessitatem mutari par esset, poteram scribere *Ἴδη* vel *Ἄδη*; sed nec quod posui nomen fictum est. *Hyla* enim, *Ile* cum aliis nominibus Graecis njnctum reperitur ap. Gruter. p. 884, 10 et Murat. p. 916, 9. 956, 8. 1174, 2, et priorem id syllabam corripit etiam in Iliade V, 708. VII, 221, ubi nomen urbis est. Insolitum est in Graecis, quod patria lingua et elocutio fert, repetitum *μοί*, neque tamen, si verba interpretanda qualia marmori insculpta sunt, non expolienda tibi sumas, dubio obnoxium videtur. Posito enim *μὲν* pro priore *μοί*, necesse est post *οὔνομα* sequatur *δέ*, *Λ* mutato in *Δ*. Habebis igitur *Θεσσαλονείκη μὲν πατρὶς ἔπλετο, οὔνομα δ' ΗΜΟΙ*. At in litteris *ΗΜΟΙ*, quae plane scripta sunt, nomen proprium non inest. — V. 2. Fuit qui legeret *Καμάσιος*, nomen non Graecum, sed cui hoc maxime obstat, quod pronomine carere omnino non possumus, et copula etiam necessaria est. *Asius*, *Asia*, nomina obvia ap. Grut. et Murat. Post *ΑΣΙΟΣ* apparet *Β*, tum in quarta linea vides *ΑΟΙΤΟΣ*, quae mutavi in *ΑΟΤΙΟΣ*,

altero Γ omisso, ut n. 103 in ΛΑΙΟΓΓΙΟΝ, vel ΛΟΓΓΟΣ, quum etiam υὸς scriptum inveniatur, Osann. Inscr. p. 92, Boeckh. n. 312. 359. 392. 1124, in anaglypho ap. Cayl. T. II p. 265, in tabula Mitylenensi ap. Villoisonum, ap. Favor. Eclog. p. 432 Dindorf. ut μύα, μητρυὰ ap. Atticos, Phot. Lex. Jo. Gramm. p. 369. Turbatum est in litteris, nec tamen tantum quam in sexcentis aliis lapidibus, praesertim in similium litterarum, syllabarum et virgularum concursu et earundem iteratione; omittuntur tum perperam litterae et conduplicantur. Insigne exemplum vide ap. Boeckh. n. 1003, 1, multa passim ap. Marinium. In epigrammate Aquilejano Append. n. 402, plenius nunc edito a Petrettinio *Papiri del Museo di Vienna* p. 61, legitur ΕΨΙΧΤΕΙ pro ΕΓΨΕΧΕΙ, in decreto Amphictyonum ap. Boeckh. p. 805, 12 ΕΦΙΟΡΚΕΜΙΟΙ pro ἐφιορκέοιμι. Φίλτρα' saepe sunt illecebrae amoris et venustas, unde Amor. ap. Simon ep. 90 ait φίλτρα δὲ τίκτω. Ita Anthol. Pal. VII, 221. 222 φίλτρα Laidis et Patrophilae; ibid. VI', 88 ὡς ἂν θελξινόοισιν ἀεὶ φίλτροισι δαμάζῃς ἀνέρας, ut Orph. Argon. 479 φίλτροις Ὑψιπύλην ἐρατοῖς ἐδάμασσεν Ἰήσων (ubi Schneiderus non bene interpretatur). Est porro φίλτρον *desiderium*, ut Anthol. XV, 45 πᾶσι δὲ φίλτρον κάλλιπεν, est ipse amor, ap. Orph. 673. 1172. *). Hic tamen verbum, significatione magis consueta, de potionibus amatoriis intellige; jungenda enim videntur φίλτροισι δάμασσεν et λάβον νοῦσον. Horum mentionem philtrorum faciunt Ovid. A. A. II, 105, Amor. I, 8, 7. Propert. III, 6, 25, Juven. VI, 610; mortis causa

*) Δειοκλῆ Λυσανείου χρηστὲ χαῖρε (ΧΕΡΕ sculptum est), εὐσεβεεις θρέψασαν (fort. εὔσεβὲς εἰς [τὴν] θ.) Διοκλῆ, ὁσιώτατε πάντων. κουφοτάτη σοὶ (ita scribo pro solo Σ), φίλτρον (dilecte), ἁ λίθος. Sit tibi marmor sepulcri levo. Sic fortasse expediendus titulus Erythraeus ap. Chandler. Inscr. p. 6 n. 16.

fuisse feruntur Lucretio, Lucullo, Caligulae. Herbam Thessalam, cujus usus fuit ad amatoria, *κατανάγκην* vocant Plinius XXVII, 8, 5, et Dioscorides IV, 134. — V. 3. *πὲρ*, *καίπερ*, cum vi; res enim inexspectata, ut ejusmodi artibus utatur eunuchus. Sequentia ad eunuchi sortem pertinere videntur, et epitheti locum tenere; possis tamen et *ἀμφοῖν* ponere pro *αὐτῷ*. Difficultas est in adjectivo ad *λάχος* pertinente. Prima in sexta linea littera minus clara est atque certa; pluribus visa est *K*. Si hoc verum, aliud vocabulum nullum fuisse potest quam *ἄκυρον*, pro *ἀκυρές*, *ἀτυχές*, quamvis hoc significatu illa forma non inveniatur. In talibus inexhausta est linguae varietas et analogiae copia. Sophocles quum in usu sit *ἀλεός*, semel (Philoct. 847) habet *ἀλεής*, semel etiam *αἰανὸς* pro eo, quod saepe occurrit, *αἰανής*. De quantitate vocis *ἄκυρος* non constat. Sive per crasin pronuncies, media syllaba producta, sive primam producas, illam corripias, vitio versus non caret. Sin pro K alia fuit littera, cum alii nil nisi lineam perpendicularem in lapide agnoscant, cogites de *λυγυρὸν* pro *λυγρόν*, ut binae formae in usu sunt in *λυπηρός*, *λυπρός*, *ἀλιτηρὸς*, *ἀλιτρός*. *λάχος sors*, *fortuna*. Theogn. 592 *ῥηϊδίως δὲ φέρειν ἀμφοτέρων τὸ λάχος*. Incert. ap. Suid. v. *Λάχος· τοῦτο μὲν οὖν πρῶτον λάχος οἴσομαι*. — V. 4. Facile corrigas *ἔνθ' ἔλαβον*. *Λαμβάνειν νοῦσον*, ut *κακὸν λαμβάνειν* ap. Xenoph. Oecon. I, 8, *πράγματα λαμβάνειν*, *molestia affici*, *δειλίαν αἴρειν* Soph. Aj. 75, ubi cf. Both.

Singularis insuper in hoc lapide difficultas est a canicula supra titulum sculpta. Veteres enim in cippis bestiarum imaginibus neque pro mero ornamento temere usi sunt, neque discrimine facto eas ad mores defunctorum indicandos epitaphiis adjunxerunt. Etiamsi igitur canis pro vigilantiae, fidelitatis, humilitatis imagine esse possit, sicuti etiam amorem in prolem poetis interdum significat (Epitymb. n. 425, 4), frustra tamen sit, qui dicat, istam

imaginem a sculptore et in fastigio cippi expressam esse. Non magis audiendus esset, qui de cane cogitaret, quem defuncta forte dilexerit et carum habuerit. Nam nec per se par est hominis et bestiae commune monumentum et conjuncta memoria, neque exempla ejus rei afferuntur, neque intelligi id posset, sed in epigrammate indicandum fuisset. Admodum diversa res est, sicubi in cippis Graecis, qui vitae quotidianae felicitatem sub imagine coenae domesticae repraesentant, liberis, vernis, mensae herili et equo, dignitatis equestris nuntio, canis quoque adjungitur. Quae omnia quo quisque majorem peritiam habet ararum et cipporum sepulcralium veterum, quorum tam immensa exstat copia, eo concedet libentius. Quare non miror, virum doctum, qui verba non prorsus perspexisset, ob canis imaginem epitaphium in ipsum scriptum conjecisse. Quae quum ita sint, nihil restare videtur, quam ut a nomine figurae sculptae pendeat allegoria. Fuit enim hic mos veterum satis frequens, ut phonetico allegoriae quodam genere, sicut in numis variisque aliis artis operibus, ita etiam in monumentis sepulcralibus, et urbium et hominum nomina sub animalium, plantarum et rerum quarumcunque cum illis nomine forte conspirantium imaginibus quasi ante oculos ponerent, quo illa melius visus adminiculo memoriae commendarent. Notus est ex Diogene Laertio canis in sepulcro Cynici Diogenis positus. Leo (aptissima praeterea fortitudinis imago, ut Epitymb. n. 426) significabat Leonidam, Herod. VII, 255, Epitymb. n. 243, et Leonem ibid. n. 344, leaena virginem Leaenam Paus. I, 23, 2, nam verae rationis ignarus est Plinius XXXIV, 19, 12. Juvenca, δάμαλις, Charetis uxorem Damalin indicat Epitymb. n. 169, aper pone hominis effigiem stratus T. Statilium Vol. Aprum, v. Laurentii Rè Mus. Capit. Atr. tab. 32, corvus a Metello in sepulcro Diodori positus magistrum ejus Coracem exprimit symbolice; ramus autem,

θαλλός, si recte conjicio, Thallusam virginem Append. n. 208, ut φοίνιξ Epitymb. n. 428, 13 Phoeniciam, Antipatri patriam, laurus Daphnen libertinam ap. Fabrett. Inscr. p. 188. Plura si poscis exempla, dabo, ex sepulcris omnia petita. Eadem enim ratione Dioscurorum imago Dioscoridi adjuncta est in cippo Thessalonicensi, nunc in Museo Parisino exstante, et pridem etiam a Villoisono in Act. Acad. inscr. T. 47 p. 302 edito; et Diadumeno nescio cui juvenis caput obligans diademate, διαδούμενος igitur, in cippo Musei Vaticani, de qua re dudum monuerunt Winckelmannus Op. T. II p. 585 et Viscontius M. Pioclem. T. VII ad tab. adj. B. Astragalus de Chio homine sermonem esse indicio est ob jactum astragalorum hoc nomine insignitum, Epitymb. n. 422; alii quidam talorum positus Alexander dicti et ἔφηβος ad juvenem Alexandrum trahuntur, v. Salmas. in Solin. p. 858 s. Unum addo exemplum aliunde quam a sepulcris sumtum. Niciae tabula ab Augusto consecrata ap. Plin. XXXV, 10 repraesentabat *Nemeam sedentem supra leonem, palmigeram ipsam adstante cum baculo sene*, in quo quidem sene Toelkenus scite agnovit νομέα digitum intendentem ad nomen Νεμέα. Neque ab ipso bestiae repraesentatae nomine semper, sed aliquando etiam a qualitate quadam similitudo petebatur. Sic enim ovem *Lanarii* Cafurnii symbolum habes in titulo sepulcrali ap. Marin. Frat. arval. p. 529. Jam quum a canis aspectu cogitatio facile labatur ad ὑλᾶν, ὑλακτεῖν, potest factum esse, ut sculptor iccirco nomini Ὕλη apponeret canem. In ejusmodi rebus non semper quid ingeniosum sit, elegans atque simplex, spectandum duco, sed quid ex certis monumentorum indiciis prodeat; tum etiam interdum, quid epitaphistarum et lapicidarum ingenio congruum sit, quorum saepe perabsurdum fuit acumen.

102.

Χρῆμα τὸ Πανθείας, βαιᾶς κυνός, ἤρια κεύθει,
εὐνοίας, στοργῆς, εἶδεος ἀγλαΐαν.
κούρη δ' ἁβρὸν ἄθυρμα ποθοῦσ' ἐλεεινὰ δακρύει
τὴν τροφίμην, φιλίας μνῆστιν ἔχουσ' ἀτρεκῆ.

Romae in ara non parva a. 1822 in prima vinea ante portam Latinam reperta, penes Angelum Cremaschium. Supra titulum est hippogryphus cervam lacerans, in dextro latere patera, in sinistro praefericulum, ut assolet in aris sepulcralibus. Edidit Phil. Mercurius in Diario Arcadico 1822 T. XV mens. August. p. 171. Litterae sunt perspicuae et forma satis eleganti. — V. 1. Χρῆμα de personis cum despectu. Eurip. Phoen. 206 φιλόψογον γὰρ χρῆμα θηλειῶν ἔφυ, ubi v. Valcken. add. Aristoph. Lys. 677. Bestiarum toti generi haec convenit periphrasis. — V. 2. Hier. Amatius in nota adjuncta de nomine Panthia monet e Cyropaedia et Luciani dialogo de Imagin. claro, quod frequens fuisse etiam Gruteri marmora ostendunt. Idem apponit epitaphium in equum quod v. in Museo Capit. T. III p. 211 n. 1297, ap. Jacobs. in Not. crit. ad Anthol. p. CIII *), et inscr. Latinam in equam Gaetulam, aliamque ex donario pro sanatione equi venatici ap. Marin. Frat. arval. T. I p. 67, T. II p. 393. Quod praeterea monumentum hujus generis nullum contendit superesse, in eo fallitur. Saepe enim edita est tabula marmorea in memoriam canis, v. Jacobs. Append. p. 341. In qua quod legitur: χεῖρες δὲ κόνιν συνέθηκαν ἄνακτος firmat quodammodo Amatii conjecturam;

*) Amatius in marmore legisse videtur Κοίρανος non KPECCONOC, quod critici suo de ingenio in illud mutarunt.

qua loculum quendam in suae arae basi excavatum Panthiae cineribus excipiendis destinatum esse statuit. Epitaphia in canes habes etiam Epitymb. n. 211. 212 et ap. Theophr. Char. 22. Anthol. Lat. T. II p. 291 s. quibus non indignum est quod adjungatur Taubmannianum, Melodaes. Epigr. l. IV p. 497. Et quis non meminerit epigrammatis in psittaci tumulum ap. Ovid. Amor. I, 6, 59?

103.

Νώτῳ μὲν μαλάχην τε καὶ ἀσφόδελον πολύριζον,
κόλπῳ δ' Οἰδιπόδαν Λαΐου υἱὸν ἔχω.

In cippo Oedipi in vase picto. Millingen *Ancient unedited monuments* tab. 36. Fictum carmen verum videtur imitari epitaphium. Eustath. ad Odyss. XI, 538. *Διὸ καὶ ὁ ἀσφόδελος ἢ σφόδελος ᾠκείωται νέκροῖς διὰ τὸ πρὸς τὴν σποδὸν ὁμοιόφωνον καὶ ἐφυτεύετο ἐν τοῖς τάφοις τὸ τοιοῦτον φυτόν, ὡς δηλοῖ καί τι τῶν παρὰ τῷ Πορφυρίῳ ἐπιγραμμάτων, λέγον, ὡς ἀπό τινος τάφου, ὅτι νώτῳ μὲν μαλάχην καὶ ἀσφόδελον πολύριζον, κόλπῳ δὲ τὸν δεῖνα ἔχω.* Illam verbi *ἀσφόδελος* originationem poeta certe non respexit, qui conjungeret ex Hesiodi imitatione malvam et asphodelum. Pictor omisit *μὲν* et scripsit *μολάχη*, Aeolice ut *μολόχη*, tum *ἀσφόδολον*, denique *ΛΑΙΟΓΙΟΝ*. In quo quod *Γ* semel exaratum est, exemplo non caret. v. n. 56, 6. Viscont. ad. Inscr. Triop. II, 17 *ΣΦΙΝΗΛΗΣ, ΤΑΣΤΗΛΑΣ* cet. In jurejurando Latiorum Reines. p. 501 habet *ΑΛΛΟΣΙΩΣ*, Chish. plenius *ΑΛΛΟΣΣΙΩΣ*, *ἄλλους θεούς*. *Οἰδιπόδης*, Hesiod. *Ἔργ.* 162, Odyss. XI, 270, Pind. Pyth. IV, 467, *ποιητικῶς*, ut illic Eustathius monet. Et *Tantalidae* quidem pro *Tantalo* ap. Propert. IV, 11, 24 (ex lectionibus Tantaliae, Tantaleae) Passovius restituit in Indice lection.

verno 1823. Neque dissimilis esse videtur idiotismus ὁ Λάρτιος. v. n. 32, 11. Haud raro etiam substantivorum modo veteres usurpasse formas patronymicas docet Lobeck. ad Ajac. 879. Quo pertinent praeterea αἰγιπόδης, χειροπόδης, ζοφοδορπίδας ap. Alcaeum fr. 6 Matth.

104.

Κάλχαντα.

Μόψον δίκαιος Ἡρακλῆς χλευόμενος
περὶ ἐρινεῷ, πλήξας αὐτὸν τῷ κολάφῳ,
κἀποκτείνας τ' ἔθαψεν ἔνθ', Ἐρινεῷ.

In marmore apud monachos vici Artotinae, quo loco Erineum, tetrapolios Doricae urbem, fuisse contendunt. Edidit Pouquevillius Itiner. Graec. T. III p. 249 hoc modo: ΚΑΛΧΑΝΤΑΜΟΨΟΝΔΙΚΑΙΟΣΗΡΑΚΛΗΣΧΛΕΤΜΕΝΟΣΠΕΡΙΕΡΙΝΕΟΙΠΛΗΞΑΣΑΥΤΟΝΤΩΚΟΛΑΦΩΚΑΙΑΠΕΚΤΙΝΑΣΤΕΘΑΨΕΝΕΝΘΕΡΙΝΕΩ. Inscriptio tam loco et argumento insignis, quam linguae et metri sordibus; nam in transcribentem certe non omnia amend conferri debent. Müllerus Doriens. I, 416 conjicit Ἀλκαῖος pro ΔΙΚΑΙΟΣ, χολούμενος pro ΧΛΕΤΜΕΝΟΣ, ἐν Ἐρινέῳ pro ΕΝΘ, delet etiam Τ post ΚΑΙΑΠΕΚΤΙΝΑΣ. Sed quum versus esse non animadverterit, emendatio certa lege modoque caret. Nos ΧΛΕΤΜΕΝΟΣ mutavimus in χλευόμενος, a forma nova χλεύω pro χλευάζω, idque a versificatore pronunciatum quasi esset χλευόμμενος, ut μ̄ geminatur in nominibus Ἱππομμέδοντος, Ἀριόμμαρδος, ν̄ infra n. 136 in φυλαττομένῳ, n. 190, 14 in ἐξεννεγκών. Anapaestus est in ultimo versus loco. Tum correxi ΕΡΙΝΕΟΙ, pro quo quum ῑ dativi ternis aliis vocibus non adscriptum sit,

fortasse legendum est ΕΡΙΝΕΙΟ, aut ΕΡΙΝΕΙΩ. Pro ΕΝΘ versificator fortasse voluit ἐν τῇ 'ρινέῳ. cf. ad n. 123. Denique in ΚΑΙΑΠΕΚΤΙΝΑΣ mutavi Ε in Ο. Spondeum in pede secundo habet etiam versus secundus.

Notum est ex Hesiodo ap. Strab. XIV p. 642 certamen inter Calchantem Thestoridam et Mopsum, post Trojae excidium, in Clarii Apollinis luco prope Colophonem. In quo quum ab illo propositum esset:

Θαῦμα μ' ἔχει κατὰ θυμόν, ὅσους ἐρινειὸς ὀλύνθους
οὗτος ἔχει, μικρός περ ἐών, εἴποις ἂν ἀριθμόν,

Mopsus decies mille grossos arbori inesse respondit, addiditque sponte, justam hos medimni mensuram implere, ita tamen, ut unus supersit, quem non capiat medimnus. Verum quum ille dixisset, Calchas subito moerore exstinctus est. Cf. Conon 6. Mopsi victoriam alii ad Apollinis Grynei nemus (Euphor. fr. 46), alii Mallum in Cilicia transtulerunt, cujus oraculum et ipsum Mopso conditore gloriabatur, Strab. XIV p. 675. Rem tangit etiam Lycophron 427. 439. Idem tamen v. 978, secum non consentiens, *ἀνακολούθως καὶ ἐναντίως, οὐ μόνον τοῖς λοιποῖς, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἑαυτῷ*, ut Tzetzes ait, ea etiam fabula utitur, quam inscriptio nostra continet, ex qua Calchas idem est cum Mopso, isque non vati, sed Herculi quaerenti respondet, neque victus propter aegritudinem animam exhalat, sed victor Herculis per iracundiam occumbit. Haec fabula, cui drama Satyricum originem dedisse suspicor, apud Lycophronem in Italiam migravit, ibique Calchanti cenotaphium exstructum erat.

Πολλοὶ δὲ Σῖριν ἄμφι καὶ Λευταρνίαν
ἄρουραν οἰκήσουσιν, ἔνθα δύσμορος
Κάλχας, ὀλύνθων Σισυφεὺς ἀνηρίθμων,
κεῖται, κάρα μάστιγι γογγύλῃ τυπείς.

Tzetzes: *οὗτος ὁ Κάλχας, ὃν λέγει, ὁ Μόψος ἐστίν, ὁ υἱὸς Ἀπόλλωνος καὶ Μαντοῦς.* Idemque totam rem ex fonte ignoto aperit. *Ἡρακλέους τὰς Γηρυόνου βοῦς ἐλαύνοντος ἐξ Ἐρυθείας, καὶ ἰδόντος τὸν Κάλχαντα τοῦτον ἤτοι τὸν Μόψον ὑπό τινα ἐρινεὸν καθήμενον, συνέβη ἐρωτῆσαι αὐτόν, πόσους ὀλύνθους ἔχει ἡ ἐρινέος; τὸν δὲ εἰπεῖν, δέκα μεδίμνους* (leg. *ἕνα μέδιμνον*) *καὶ ἕνα ὄλυνθον, ὥστε μὴ δύνασθαι χωρῆσαι ἐπιτιθέμενον τῷ μεδίμνῳ· τοῦ δ' Ἡρακλέους πολλὰ βιαζομένου τὸν περισσὸν ἐπιθεῖναι τῷ μεδίμνῳ, καὶ μὴ δυναμένου, ὁ Κάλχας αὐτοῦ κατεγέλα· ὅθεν ὀργισθεὶς ὁ Ἡρακλῆς, πατάξας αὐτὸν κονδύλῳ ἀπέκτεινε καὶ ἔθαψε περὶ τὸν ἐρινεόν. Ἐρινεὸς καταχρηστικῶς ἐλέχθη ἡ ἀγρία συκῆ, ἀπὸ Ἐρινεοῦ πόλεως Δωρικῆς φαῦλα σῦκα ἐχούσης.* Mira est utriusque nominis Calchantis et Mopsi conjunctio, neque aliter, ut videtur explicanda, quam ut *Μόψος* sumatur pro appellativo, quasi *ὄψος*, vates, Germanice Seher, uti *μορφνὸς* apud Homerum et Hesiodum pro *ὀρφνός* cf. Riemer. Lex. *μόνθος, βόνθος* pro *ὄνθος, μόσχος* et *ὄσχος, μοχλός* et *ὀχλός, μείραξ* et *εἴρην, μία* et *ἴα, μάρπω* et *ἅρπω*, alia. Certe simile vatis nomen est *Πολυΐδος*, et nisi fallor etiam *Τήλεμος* (*ὃς μαντοσύνῃ ἐκέκαστο* Odyss. IX, 509) a *τῆλε*, ut *Εὔρυμος* ab *εὐρύ*. Et hoc etiam uti licet, quod quum *Βάκις* (a *βάω, βάζω, proloqui*) vulgo vatis nomen sit, quod vocatur, proprium, *βάκις* tamen etiam, sive vates, *Κύδας* memoretur, Arcadius is, v. Perizon. ad Ael. V. H. XII, 50. Ceterum fuerunt, qui *τὸν Θέστορα* Calchantis patrem vocarent *Ἴδμονα*, quum alii diversos esse et utrumque cum Argonautis navigasse statuerent. Schol. Apollon. I, 139. Poterant aeque *τὸν Ἴδμονα* praedicare *Θέστορα*, i. e. *divinarum rerum gnarum*, *θεΐστορα*, ut *praetor* pro *praeitor*.

Serio haec explicavi, sed eo consilio, ut ostenderem ludi nos vel a doctis Artotinae monachis, vel ab alio

quoquam. Commenticiam enim inscriptionem esse atque subditiciam et ex Tzetze derivatam arbitror. Argumenta sunt cum locus, quem Erinei veteris situm esse contendunt, quum non sit, docente Müllero Dor. T. I p. 56, et studium monachorum curiose hunc titulum, teste Pouquevillio, conservantium, comprobaturi scilicet per eum, Artotinam super inclytae metropolios Doricae solo exstructam esse, tum ipsius figmenti ratio. Et maxime offendunt ineptum illud *δίκαιος*, quo Herculis facinus pie defenditur, et pessimi numeri. Verum esse *χλευόμενος* ostendunt Tzetzae verba *ὁ Κάλχας αὐτοῦ κατεγέλα*.

Epitaphium pessimae notae ex Tzetzae Scholio confictum esse, valde est probabile. Sed correctioni *χλευόμενος* nondum confido. In talibus mihi videtur satius, lectionem marmoris quantumvis vitiosam in textu relinquere. Jacobs.

EX LIBRIS EDITIS.

105.

Βριθὺς ὁπλιτοπάλας, δάϊος ἀντιπάλοις.

Pentametro hoc *Aeschyli* ex cujus epigrammatis unus praeterea versus servatus est, quater utitur Plutarchus, de Alex. fort. II, 2, ubi verba poetae in Alexandrum, tum ubi eadem, tacito auctoris nomine, in populum Romanum et in Romanorum fortissimos accommodat, Compar. Dem. c. Cic. 2 et de Fortit. Rom. 3, denique Sympos. II, 5, ubi Aeschylum ait bellatorem quendam βριθὺν ὁπλιτοπάλαν appellasse. Ὁπλιτοπάλης, ut ὁπλιτοδρόμος pro ὁπλοδρόμος, idem qui ὁπλομάχος. Dialectus pentametrum ex epigrammate, non ex elegia superesse, indicio est minime dubitabili. Jam Aeschylum ἐλεγεῖον sive epigramma sepulcrale in Athenienses caesos in Marathonia pugna composuisse, ex Vita ejus a Grammatico scripta et ex Plutarchi Sympos. I, 10, 3 compertum habemus; unde facile oritur conjectura, illius carminis partem fuisse versum, quem Plutarchus ob singularem verborum vim toties et quasi pro imagine quadam bellicosorum hominum atque gentium usurpavit. Certe proprium fuit Aeschylo, ut etiam in epigrammate assurgeret; vitae enim auctor non dubitat verum esse, quod dicatur, a Simonide scriptis in eosdem illos victores elegis Aeschylum superatum esse, quippe cujus dictio majorem

quam pro illo genere vim et gravitatem habeat: *τὸ γὰρ ἐλεγεῖον πολὺ τῆς περὶ τὸ συμπαθὲς λεπτότητος μετέχειν θέλει, ὃ τοῦ Αἰσχύλου, ὡς ἔφαμεν, ἐστὶν ἀλλότριον.* Plutarchus ex Aeschyli *εἰς τὴν μεθορίαν ἐλεγείαις* (l. cum Xyl. *τοῖς εἰς τὴν μ. ἐλεγείοις*) Glauciam rhetorem demonstrasse narrat, Aeantidarum tribum cornu dextrum in acie tenuisse. In quibus verba *εἰς τὴν μεθορίαν* quid sibi velint, obscurissimum est. Quod Xylander substituit *μετὰ τὴν ἐξορίαν, postea solo verso* Aeschylum hos elegos scripsisse, litterarum an temporum rationem habeas, aeque displicebit. Infelicior etiam est Wyttenbachii conjectura, *μεθορίαν* pro *μετοικίαν* ab ipso Aeschylo (modo a Grammaticis dixisset) in lemmate adhibitum fuisse Elegiae scriptae in exilium Siciliense suum, in qua cives suos *Μαραθωνομάχους* celebraverit, nempe obiter et perfunctorie. At quam diversa argumenta! Amyotus melius quidem intelligit elegos in laudem Marathoniae *regionis;* sed genuinum, si hoc vis, desideratur vocabulum. Mihi nec *μεθορία* aliud quam *confinium* significare, neque hoc verbum, pro ipsius et litterarum ratione, corruptelam passum esse videtur. *Εἰς* hoc loco, quum verbum non adjunctum sit, non est simpliciter pro *ἐν* positum, ut in iis locis, quos affert Matthiae Gramm. p. 1142 s. Accusativi ea potest esse vis, ut epigramma pro hoc loco, sive eo consilio scriptum fuerit, ut in Marathonis confinio monumento publico insculperetur. Aliquatenus similis est locutio *ἡ θυσία ἡ εἰς Δῆλον, ἡ Ἐλευσίναδε* Poll. VIII, 107, ut dicitur *θύειν εἰς τὸ Δήλιον*, Philoch. ap. Schol. Oed. Col. 1102. Praelatum ab Atheniensibus erat epitaphium Simonidis, cujus exstant epigrammata in Athenienses ad Potidaeam et in Megarenses, variis proeliis a Medis occisos, nuper ex marmoribus edita, aliaque pridem ex scriptoribus cognita, sculpta olim in cippis Corinthiorum Salamine, Spartanorum Thermopylis, Tegeatarum ante urbem suam occisorum. Ita fortasse factum est

tum, ut Aeschylus a Simonide narraretur victus esse, atque tale solum in hoc genere certamen non est absonum, tum, ut Simonidis epitaphium in Atticarum rerum et ἐπιγραμμάτων libris τὸ ἐν τῇ μεθορίᾳ, Aeschyleum autem breviter, ut in re trita, τὸ ἐς τὴν μεθορίαν diceretur. Non nimium huic explicationi ipse tribuo; sed nolui premere quia interdum ex falsis conaminibus vera nascitur interpretandi ratio. Locum quidem sepulcri nec Thucydides II, 34, nec Pausanias I, 32, 3 accuratius definiunt. Ille enim de Ceramico: καὶ ἀεὶ ἐν αὐτῷ θάπτουσι τοὺς ἐκ τῶν πολέμων, πλήν γε τοὺς ἐν Μαραθῶνι. ἐκείνων δὲ διαπρεπῆ τὴν ἀρετὴν κρίναντες, αὐτοῦ καὶ τὸν τάφον ἐποίησαν. Pausanias haec habet: τάφος δὲ ἐν τῷ πεδίῳ Ἀθηναίων ἐστίν, ἐπὶ δὲ αὐτῷ στῆλαι τὰ ὀνόματα τῶν ἀποθανόντων κατὰ φύλας ἑκάστων ἔχουσαι, quibus nominibus Simonidis elegos subscriptos fuisse non dubito. Aptissimum autem ponendo monumento erat confinium Marathonii pagi; ibi enim locus pugnae oculis subjectus erat, nec tamen illud ad Marathonem solam, sed ad Atticam pertinere ipso situ indicabatur. Et vero sepulcrum ipsum hodieque superstes est eo loco, qui pro confinio Marathonis haberi possit. Clarkii apponam verba, qui ceteris accuratius hanc partem descripsit, addita charta topographica, Itiner. T. II P. 3 p. 14. The opening, inquit, between the mountains into this plain is twelve stadia or a mile and a half English in *width*. Beyond the village of Bey, *at the extremity of the plain* towards the sea is seen the conspicuous tomb raised over the bodies of the Athenians, who fell in the memorable battle against the Persians. Forma est conica (p. 19), altitudo a basi ad verticem, si coni superficiem metiaris, 30, circuitus 180 pedum. Admodum vicina sunt duorum aliorum monumentorum sepulcralium rudera, quae vix poteris, quin pro duobus aliis habeas, quae Pausanias una cum principali illo posita esse refert, alterum Plataeensibus

et servis, alterum Miltiadi. Circa tumulum Clarkius, post Dodwellus, Gellius aliique sagittarum cuspides lapideas collegerunt, qualibus Aethiopes pro ferreis usos esse Herodotus VII, 69 narrat. Sed idem Medis quoque usus fuisse potest τοξοφόροις, Simon. ep. 36. 47 cf. 49, Lucian. Hermotim. 53. Alius quidem Anglus ap. Walpol. *Memoirs* p. 356 tumulum amplum in media planitie inter Marathonem atque mare situm et terra exstructum Atheniensium sepulcrum esse conjicit; sed obiter is nec addita ratione. Dodwellus autem II, 158, et hujus tumuli et duorum ex lapidibus conditorum mentionem faciens, suum de hac re non interponit judicium.

106.

Οἵδε Συρακοσίους ὀκτὼ νίκας ἐκράτησαν
ἄνδρες, ὅτ' ἦν τὰ θεῶν ἐξίσου ἀμφοτέροις.

Ex *Euripidis* epitaphio (ἐπικηδείῳ) in Athenienses, qui in bello Siculo occubuerant. Plutarch. Vit. Niciae 17.

107.

Οἱ θάνον οὐ τὸ ζῆν θέμενοι καλὸν οὐδὲ τὸ θνήσκειν,
ἀλλὰ τὸ ταῦτα καλῶς ἀμφότερ' ἐκτελέσαι.

Plutarch. Pelop. 1, verbo ἐπικήδειον etiam hic usus. Teles autem ap. Stob. S. 108 p. 577 καὶ ἐπιγράφουσι Λακεδαιμόνιοι· Οὔτε τὸ ζῆν θέμενοι κ. τ. λ. Plutarchus illic Spartanum distichon cum dicto Catonis comparat; iterum illud affert Consol. ad Apollon. 15. Utitur Spartanorum hac sententia Simonides in epitaphio in Spartanos Leonidae *Εἰ τὸ καλῶς θνήσκειν ἀρετῆς μέρος ἐστὶ μέγιστον, Ἡμῖν ἐκ πάντων τοῦτ' ἀπένειμε Τύχη.*

108.

Σχήματα δ' ὄρχησις τόσα μοι πόρεν, ὅσσ' ἐνὶ πόντῳ
κύματα ποιεῖται χείματι νὺξ ὀλόη.

Haec de se ipso dicere Phrynichum tragicum ait Plutarch. Sympos. VIII, 3; cui fidem habet Bentlejus Opusc. p. 300, partem hanc esse epigrammatis existimans, quo Phrynichus artem suam saltandi commendaverit. Ab ipso scriptum esse, incertum est in tanta copia epigrammatum, in quibus, ut loquuntur in inscriptionibus etiam imagines, donaria, aedificia, libri, personae loquentes inducuntur et poetae ante alios, quibus tum temere saepe falsoque ipsis adscribuntur quae de iis agunt. Figurae intelligendae sunt chori, qualium Aeschylus etiam inventor fuit eximius, ut ipse praedicat in fragmento, quod ad Ranas revocavi in libro de Trilogia p. 426, τοῖσι χοροῖς αὐτὸς τὰ σχήματ' ἐποίουν κ. τ. λ. Aliquot scriptorum locos citat Casaub. S. P. p. 109. 113. Non tamen hoc solum figurarum artificium, sed etiam carmina illa dulcia et lamentabilia et totam omnino Phrynichi artem carmine vel sepulcrali vel statuae apponendo procul dubio descripserat poeta quisquis fuerit.

109.

Αἰετοῦ ἐξ ὀνύχων βρέγμα τυπεὶς ἔθανον.

Ἐπίγραμμα γραφὲν εἰς τὸν Αἰσχύλου τάφον. Auctar. Vit. Aesch. in ed. Robort. et Cod. Oxon. Non integrum epigramma, sed epigrammatis exitus. Βρέγμα ap. Alcaeum Messen. ep. 14. Antip. Sid. ep. 18.

110.

Αὐτοῦ γὰρ δαπάναισι θεῶν ναοὺς ἀγοράν τε
Κεκροπίαν κόσμησ' ἡμιθέων ἀρεταῖς.

Haec *Melanthius* ap. Plutarch. Cim. 4 in Polygnotum, quae ex epigrammate ejus vel sepulcro vel effigiei incidendo desumta videntur. Fuit Melanthius tragicus poeta: scripsit autem et ἐλεγεῖα. Athen. VIII p. 343 C. Simonidis ep. in Polygnoti Excidium Ilii legitur Anthol. IX, 700.

111.

Τοὺς δύ' Ἀπόλλων φῦσ', Ἀσκλήπιον ἠδὲ Πλάτωνα,
τὸν μὲν ἵνα ψυχήν, τὸν δ' ἵνα σῶμα σόοι.

Olympiodor. Vit. Plat. Athenienses hoc distichon refert philosophi sepulcro a civibus exstructo inscripsisse. Ἀσκλήπιον scripsi pro Ἀσκληπιόν, de quo v. Boeckh. Not. crit. ad Pind. P. III, 6.

112.

Γαῖα λάβ' Ἀδμήτου ἔλυτρον, βῆ δ' ἐς θεὸν αὐτός.

Admeti, mali poetae, epitaphium monostichum ap. Lucian. in Demonacte §. 44, a Brunckio in Anal. II, 308 receptum, in Anthologiae Pal. editione forte excidit.

113.

Σοφὴ μὲν ἦμην, ἀλλὰ πάντ' οὐκ εὐτυχής.

In cippo Demonassae, quae tribus Cypriorum populo legibus latis tres liberos suos, quod singulas migrassent, perdidisse ferebatur. Dion. Chrysost. Or. 64 sub init.

114.

Μή τις τιμάτω θνητῶν πολύδακρυν ἔρωτα,
μηδὲ πόθον παίδων, μηδ' ἱμερτὴν φιλότητα,
τῶν ἰότητι Μύρων κατέβη πολύκλαυστον ἐς Αἴδην.

Stob. S. LXIV, 16 p. 400. Auctor epigrammatis est *Clinias*, homo aliunde non notus, quem Gaisfordus in indice lemmatum a Clinia Tarentino Pythagoreo, cujus *π. ὁσιότητος καὶ εὐσεβείας* liber a Stobaeo citatur, diversum fuisse putat. — V. 3. *μοιρῶν* A. B. Gaisfordius restituit *Μύρων*. *οι* et *υ* saepe confunduntur, de quo v. Bentl. Epist. Addit. p. 23. Pro *ΤΑΩΝ* in versus initio Gaisf. conjicit *ὧν*, ut *ΤΑ* ex vocabulo praecedente repetitum sit. Sed fortasse scriptori epicum *τάων* ponere placuit, idque una syllaba proferendum, ut *ἠύν* n. 48, *ἠῶ*. n. 203, 5, *νηὸν* Jacobs. Append. n. 256, duabus *λαοῖο* n. 183, 13, et ut *αἰακέλιος* transit in *αἰκέλιος*. Contractum etiam *τᾶν* mixtum ex *A* et *O* sonum habuisse, animadvertit Boeckh. in Comment. crit. in Pind. Actis Academ. Berolin. inserta p. 95.

115.

Οὐδὲν τὸ πεῖσαν, ὡς δοκῶ, τοὺς πρὶν λέγειν
ὡς οὐρανοῦ κάτεισι τῶν ψυχῶν γένος,
ἀλλ' ἢ πτερωτὸς καὶ τρέχων τὸν αἰθέρα
καὶ πᾶν πτερῶν ὕψωμα νοῦς Ἰαμβλίχου.

Cod. Vatic. 997 ap. Bekker. Anecd. Gr. p. 1453. *Εἰς τὸν Ἰάμβλιχον. πτέροῦν, volare, πτεροῦν ὕψωμα*, ut *τρέχειν τὸν αἰθέρα*. Hoc ut *θέειν στάδιον, πέλαγος*. Soph. Aj. 30 *πηδῶντα πέδια*, ubi cf. Br.

116.

Ἔνθα μὲν Αἴας κεῖται Ἀρήϊος, ἔνθα δ' Ἀχιλλεύς,
ἔνθα δὲ Πάτροκλος θεόφιν μήστωρ ἀτάλαντος,
ἐνθάδ' ἐπὶ τρισσοῖσι πανείκελος ἡρώεσσι
ψυχὴν καὶ βιότοιο τέλος Μουσώνιος ἥρως.

Theodori cujusdam in Musonium, Asiae tum vicarium, epigramma. Eunap. Excerpt. in A. Maji Scriptt. Vet. T. II, p. 271. Musonius, in bello contra Isauros occisus, cur ad Ilium sepultus fuerit, id quod versus indicare videntur, non liquet. Fuerat is olim *Athenis Atticis magister rhetoricus*, teste Ammiano. Plura de eo v. ap. Majum et Wernsdorf. ad Himer. p. 472. — V. 1 et 2 sunt ex Odyss. III, 109. cf. n. 84. — V. 3. Maj. ἔνθα δ'. ἐπὶ absol. Jacobs. conjicit ἔτι, *praeterea*.

EPIGRAMMATA *ΑΝΑΘΗΜΑΤΙΚΑ.*

EX MARMORIBUS.

117.

Ἐν μέσσῳ γε Θρίης τε καὶ ἄστεος, ἄνερ, ὅδ' Ἑρμῆς.
Μνῆμα τόδ' Ἱππάρχου· στεῖχε δίκαια φρονῶν.

Μνῆμα τόδ' Ἱππάρχου· μὴ φίλον ἐξαπάτα.

Utrumque pentametrum fuisse inter versus, quos Hipparchus, Pisistrati filius, hermis in medio viarum ex urbe in pagos singulos ducentium intervallo positis inscripserat, ex Platonico Hipparcho p. 228 norunt omnes. Et praecepta quidem in dextero hermarum latere scripta erant, in sinistro erat hexameter cum nomine pagi. Ἔστὸν δὲ δύο τὠπιγράμματε· ἐν μὲν τοῖς ἐπ' ἀριστερὰ τοῦ Ἑρμοῦ ἑκάστου ἐπιγέγραπται λέγων ὁ Ἑρμῆς ὅτι ἐν μέσῳ τοῦ ἄστεος καὶ τοῦ δήμου ἕστηκεν. Ejusmodi hexametrum invenit et servavit Fourmontus, eximium scripturae monumentum, ad Olympiadem 65 aut 66 pertinens, restituit Boeckhius n. 12 felicissime sane et acutissime. Ἐν μέσσῳ γε, *in ipso medio.* Theocr. XV, 18 χὠμὸς ταὐτὰ γ' ἔχει, *ejusdem prorsus est ingenii.* Soph. Oedip. T. 1162 πρὸς αὐτῷ γ' εἰμὶ τῷ δεινῷ λέγειν. Cf. loci, ubi Hermanno interprete γε est eben. Praef. ad Dracon. Straton. p. XXVIII et ad Soph. Philoct. 114, quamquam ho-

rum paulo diversa est ratio. Jacobs. Append. n. 286 Οὐ φαύλως ἔστησα κατ' ὀφθαλμούς σε, Μένανδρε, τῆς δέ γ' Ὁμηρείης, φίλτατέ μοι, κεφαλῆς. Simillimus nostro est locus epigrammatis in cives Athenienses ad Potidaeam occisos ap. Boeckh. n. 170, 6 σώματα δὲ χθὼν τῶνδε Ποτειδαίας γ' ἀμφὶ πύλας ἔλ[αχεν, ubi Boeckhius ponit: σώματα δὲ χθὼν τῶνδε· Ποτειδαίας δ' ἀμφὶ πύλας ἔπ[εσον, non recte me judice. Litteram Λ a Thierschio et Viscontio datam veram esse credo; qui transcripsit in Diario Classico posuit Δ, quia non noverat formam Λ litterae Gamma; vult enim eandem in Δ mutari etiam v. 4. Tum litteram Λ, unde fit ἔλαχεν, quum lectio non variet, aegre mutem. Ad rem quod attinet, poeta, non de sepultura nunc, sed de loco mortis gloriosae loquens, dicere poterat terram recipere occisos illic, ubi cremarentur et maxima corporis pars in cinerem conversa ad communem matrem rediret, quamvis vulgo humari in patria dicerentur, super ossibus collectis tumulo erecto. V. Zoega de Obel. p. 275 (locum exscripsit Creuzerus ad Cic. Legg. II, 22 p. 353). Si tamen, ut ne otiosa videatur particula γε, causam requiras, ob quam in nostro hexametro addita esse possit, in promptu est haec. Hipparchum, quum in eo esset, ut hermas poneret, vias dimensum esse oportet. Quare non solum, quod vulgo dicitur ἐν μέσῳ, praeter propter, sed cum vi quadam ἐν μέσῳ γε scribere licebat. Θριαὶ ap. Callimachum H. in Appoll. 45 priore longa, Thriasius prima brevi ap. Senec. Hippol. 5, ubi cf. Both. ὄνερ, alias ὤνερ, ut Epitymb. n. 140. 450. 728, Append. n. 344, 1, ex emendatione Boeckhii, ὤνερ Εὐθυδάμω, et ὤνθρωπε, ibid. n. 79. 198, pro quo Append. n. 361 ἄνθρωπε. Pronomen scriptum ΟΘ ante Ἑρμῆς ostendit, mature et eo aevo, in quo scripturae ratio fortasse nondum satis stabilita esset et exculta, ut Müllerus animadvertit, vacillatum esse in pronunciatione et scriptura mediarum et tenuium ante ad-

spiratas, quod passim fit in ultimorum temporum lapidibus. Post Boeckhium, cui etiam Buttmannus assentitur in Gramm. maj. T. II p. 412, titulum frustra tentarunt Osannus Inscript. p. 241 et Hermannus. Quorum ille verba Dialogi Platonici magis quam par erat premens, hinc inducit ἔσθηκε (nam Θ adest), pro ἔστηκε, quod verbum aeque ac λέγει facile subauditur, simulque ab eodem fonte recedens, ἐν μέσῳ, quod certissimum videtur, mutat in id, quod ferri omnino nequit. Hermannus quod volebat, ἐν μέσῳ ε ἶ Θρίης τε καὶ ἄστεος, ἄνερ, ὅθ' Ἑρμῆς, *ubi hic stat herma*, prorsus aliud est, quam quod inscriptum fuisse testatur personatus Plato; neque deesse poterat articulus aut pronomen.

118.

Ἡ πόλις] ἔστησ[έν με β]ροτοῖς μνημεῖον ἀληθές,
πᾶσιν] σημαίνει[ν με]τρ[ον] ὁδοιπορίας·
ἔστιν γὰρ τ]ὸ μεταξὺ θεῶν πρὸς δώδεκα βωμὸν
ἓξ καὶ τ]εσσαράκοντ' ἐκ λιμένος στάδιοι.

Athenis. Marmor muro infixum prope portam arcis exteriorem; haud dubie tamen Turcae aut qui ante eos arcem muniverunt, eo detulerunt hoc marmor, quod olim in via ex Piraeeo ad aram duodecim deorum, aut media, aut prope portam Piraicam collatum fuit. Edidit Chandlerus. Versus certa via suppleri nequeunt, probabilis tamen haec est restitutio, quae partim ex Buttmanni schedis, partim ex Mülleri commentatione de topographia Attica ducta est. De ara duodecim deorum, ex qua locorum intervalla computantur, v. ad n. 12, qui titulus antiquissimus ex hoc genere est. Similis illi hic est, non tamen a Pisistratidis positus, sed post Euclidem, credo in locum

alius, qui inter vicum (nondum portum) Piraeeum et urbem collocatus a Pisistratidis erat, aliamque debebat mensurae notationem continere. Nam stadiorum numerus post Themistoclis opus debuit jam inde a moenibus Piraeei a Themistocle coeptis computari. Hinc ad urbem usque longa moenia sunt, stadiorum XL: superest intervallum a porta urbis Piraica usque ad aram, quod XL illis stadiis addi debet. Neque vero versus aliud admittit nisi *τρεῖς καὶ*, *ἕξ καὶ*, *πέντ' ἐπί*, *ἕπτ' ἐπί*. *Τρεῖς καὶ* dedit Müllerus; quo posito statuendum est, longa moenia tantum XXXVII stadiorum fuisse, quum a porta Piraica sex minimum stadia sint. Igitur praeferam scribere *ἕξ* vel *ἕπτ'*. Boeckh, n. 525. — V. 2. *πᾶσιν σημαίνειν*, ut Anthol. Pal. Add. p. XCVI *τὴν αὐτὸς ποίησεν — νᾶμα φέρειν*, infra n. 210, 2 *πέμπει ἄρχειν*, Boeckh. n. 1030 [*ἥτις καὶ μο*]*ρφὴν ἐτύπωσεν πᾶσιν ὁρᾷν με*, Anthol. X, 118 *τίνος χάριν ἦλθες; ἀπελθεῖν*, Soph. Antig. 1265 *ἥκειν ὄψεσθαι*, Philostr. Im. II, 19 p. 85, 1 *λῆδιον ἐς τὸν Ζέφυρον αἴρει, σκιὰν ἑαυτῇ εἶναι*, cf. Jacobs. ad p. 80, 27.

119. (21.)

Παῖ Διὸς Ἐκφαντοῖ δέξαι τόδ' ἀμεμφὲς ἄγαλμα· σοὶ γὰρ ἐπευχόμενος τοῦτ' ἐτέλεσσε Τρόφων.

Inscriptio Naniana, ante hos septuaginta et quod excurrit annos in insula Melo inventa, scripta illa duobus versibus per columellae strias ductis, characterum vetustate oppido insignis, qua omnia, quotquot sunt Graeca monumenta litterata eam antecellere censuerunt Donatius, Villoisonus, Lanzius, interpretationes abhinc longo tempore experta varias, de quibus nunc v. Boeckh. n. 3 et Ros. Inscript. Gr. vet. p. 327. Edidit etiam Fr. Thiersch ius post-

quam Venetiis in aedibus Tiepoli inspexerat, in Gramm. Gr. ed. 3. p. 51. cf. p. 19. Titulos in scapis columnarum statuis imponendis inservientium etiam Palmyrae repertae sunt. Wood *The ruins of Palmyra* tab. 27, 3. 9. 29, 21. — Quod ad formam litterarum attinet, *ΠΗ* pro φ̄, *ΚΗ* pro χ̄ positum, praeter Marium Victorinum et Priscianum tangit etiam Theodosius Grammat. p. 11; quae nostro lapidi propria sunt, quum in vetustissimis, ut in Eleo aere, existent φ̄ et χ̄. Quae Rosio p. XXVII orta est suspicio ob *ΚΣ* pro *ΧΣ*, eam dissipabit quod Boeckhius de hac re annotavit p. 6.

Litteris *ΕΚΠΗΑΝΤΟΙ*, e quibus, quo nunc deducta res est, sententia pendet, *Lucinae* nomen aliunde non cognitum subesse conjeci olim, assentiente Osanno Inscr. p. 72 n. 82, atque ita etiamnum statuo. Homerus enim Il. XIX, 103 Ilithyiam mortales ait φόωσδε ἐκφαίνειν, pro eo, quod usitatius est, ἐξαγάγειν πρὸ φόωσδε Il. XVI, 188, ἐς φάος ἄγειν, Jacobs. Append. n. 384, 9, Pausan. VII, 23, 5 et plenius ap. Homerum ἐξάγαγε πρὸ φόωσδε καὶ ἠελίου ἴδεν αὐγάς. cf. H. in Apoll. 20. Pindarus Nem. VII, 4 Lucinam alloquens: ἄνευ σέθεν οὐ φάος. Nequit igitur dubitari, cognomen Ecphanto Ilithyiae aptissime convenire. Praeterea observandum est, theologos Graecorum, quorum ἡ ὀνομαθεσία sacra non ultima fuisse videtur pars officii, cum nomina a verbis, quibus deorum facultates et beneficia praedicabantur et invocabantur, derivare, tum ad nomina usu recepta in hymnis et precum formulis respicere solitos esse. Ita Hecates nomen Βριμὼ ex formula ortum puto, quam semel legimus, et quidem in hymno in hanc deam Theogoniae inserto v. 447 ἐξ ὀλίγων βριάει. Nomen Αὔξω explicant verba ibid. v. 445 ἐσθλὴ — λῃΐδ' ἀέξειν. Hymn. in Cer. 473 καρπὸν ἀέξειν. Ceres nuncupata est Μαλοφόρος et precum formula erat φέρβε βόας, φέρε μᾶλα, Callim. in Cer. 137. Magis expresse hanc nominum in precibus vim

significat Ovidius Fast. III, 255: *Dicite tu lucem nobis, Lucina, dedisti.* Cognomina *Σωσίπολις* et *Ἀμβολογήρα* conspirant cum precibus *τήνδε σάω πόλιν* et *ἀνάβαλε ἄνω τὸ γῆρας ὦ καλὰ Ἀφροδίτα.* Hymn. in Cer. 366 *δεσπόσσεις πάντων* Proserpinae nomini *Δέσποινα* videtur alludere. Neque hoc me movet, quod nomen Ecphanto apud scriptores non invenitur. Quum enim tanta fuerit cognominum divinorum apud Graecos multitudo, et sua loci plerique minus etiam celebres, iique a litterarum commercio remoti, peculiaria habuerint, accidit, ut bona illorum pars non nisi semel aut bis terve memorata exstet. Et ipsa Diana Lucina obvia quidem est sub nominibus *Εἰλήθυια* (ab *εἴλη, ἕλη, lux*, quod alibi demonstravi), *Αὐγὴ ἐν γόνασι, Λοχία, Ὀρσιλόχεια*, etiam *Λυσίζωνος*, sed *Βωλοσίαν* vel *Βολωσίαν*, i. e. *Βωλοθέαν* (ut *Ὀρθωσίη, Λευκωσία*), a *βολαῖς*, parturientium doloribus, et *Σωφδίναν*, parturientium servatricem, appellatam fuisse nesciremus, nisi illud annotassent Orion Theb. p. 622 et Procop. B.G. IV, 22, hoc ex inscriptione Chaeronensi innotuisset non ita diu a Walpolio et Hughesio in lucem protracta, in qua una cum Apolline *Δαφναφορίῳ* illa colitur. Boeckh. n. 1595. Neque dubitavit d'Orvillius ad Charit. p. 302 ed. Lips. in inscriptione ap. Grut. p. 10, 40 restituere *θεαι ἐπηκοοι αρτεμιδι ΛΥΣΙΔΙ*, pro *ΛΥΛΙΔ, σωτειρηι*, quamvis *Λυσίδος* nomen, a solvendo partu et partus doloribus, nondum erat notum. Verbum *τελέειν* de donis Homericum est, et hic fortasse magis proprie adhibetur junctum cum *ἐπευχόμενος*, quod ne quis pro *εὐξάμενος* accipiat, providit Boeckhius. Homo igitur ad Lucinam precans, non votum facit, sed donum affert, *θῆκε γέρας εὐχόμενος, εὔχεται δώροισι* (Simonides, Callimachus, Quintus, Palat. VI, 212. 148. 375). Potest tamen *ἐτέλεσσε* etiam sensu vulgari accipi, ut in vetere epigrammate *Εὐτελίδας καὶ Χρυσόθεμις τάδε ἔργα τέλεσσαν Ἀργεῖοι, τέχναν εἰδότες ἐκ προτέρων*, ut donatio solo pro-

nomine σοὶ expressa sit; idque nunc praefero. Nomen Τρόφων, a τρόφος formatum, ut sexcenta alia, et cui affine esset notius illud Τροφώνιος, quamvis in prima littera, quam praebent apographa, ΤΡΟΠΗΟΝ, vel a marmorario vel ab editoribus facillime errari potuit, et est sane eodem prorsus modo erratum in alterius columellae typo ap. Boeckh. n. 24 in verbo ΘΥΓΑΤΗΡ, pro ΘΥΓΑΤΗΡ, id facile dabo Boeckhio, ut mutetur in Γρόφων, a γραφεύς, γράφος, Aeolice γρόφος. Thierschius primam litteram fere totam perisse testatur. Trophon igitur sive Grophon Dianae Lucinae statuam, ut videtur, aliquam dedicat. cf. ad n. 120. Δέξαι formula est voventium. Append. n. 142 δέξο ἄναξ Κρονίδα, n. 372 Ὑβλαίῳ — δέξαι ἄγαλμ' εὔφρων Φοῖβε. cf. 282. Anthol. VI, 137. 158. 265. 346. Maritus una cum uxore in Phaedimi ep. Anthol. VI, 271 Dianae, in titulo Lebadiensi ap. Boeckh. n. 1596 Ἀρτέμισιν πράκις vota pro felici partu solvit. Comparanda praeterea Callimachi epigrammata ibid. n. 146 et 347:

Ἄρτεμι, τὶν τόδ' ἄγαλμα Φιληρατὶς εἵσατο τῇδε·
ἀλλὰ σὺ μὲν δέξαι, πότνια, τὴν δὲ σάον.

In Hegesippi epigr. n. 266 Agelochia Dianae statuam in trivio ponit, ante nuptias votam. Ceterum non diffiteor, posse nomen Ἐκφαντώ, si cui minus Homerici verbi ἐκφαίνειν momentum esse videatur, etiam de Hecate intelligi, cui ob aliam causam quamcunque statua consecretur. Hecate enim Ἐκφαντὼ dici poterat eo sensu, quo Sol Ἔκφαντος appellatus olim fuit. Hoc enim nomen satis obvium (novimus Ecphantum in Musaei genealogia, Ecphanten item fabulosum ap. Epimenidem, Ecphantum philosophum, Ecphantidam Comicum veterem) ejusmodi est, ut facile appareat, ab Apolline id vel sole, quem Ἀνάφαιον quoque dictum e Cornuto discimus, ejusque sive nitore, sive ortu et apparitione ad mortales transductum

fuisse, ut plurima a diis ac daemonibus, et apud nos et historia sacra, in vulgarem usum transierunt. Iliad. XIX, 16 ἐν δὲ οἱ ὄσσε Δεινὸν ὑπὸ βλεφάρων, ὥσεὶ σέλας, ἐξεφάανθεν. cf. v. 46. XIII, 278. Odyss. X, 260. Dianae sive Hecates nota sunt cognomina a luce petita Καλλιφάη, Πασιφάη, Τηλεφάη, Τιλφῶσσα et alia.

Jam videndum est de Boeckhii interpretatione, qui quidem, ad ignotam Ecphanto confugere recusans Ἐκφάντῳ legit, quo deducitur eo, ut nec ultimam vocem pro nomine proprio habere, nec τελέειν interpretari possit *dedicare*, sed *perficere*, ultimum autem verbum γρόφων, γράφων, *operae genus* significare statuat. Sensus igitur exsistit hic: *Jove gnate* (Apollo) *ab Ecphanto accipe hoc sine reprehensione elaboratum donum: tibi enim supplicans hoc perfecit scalpendo.* Quam interpretationem eruditissimi viri et amicissimi quo minus prae mea amplectar, his maxime prohibeor rationibus. Primum tot sunt dii deaeque a Jove prognati, ut non credam deum aliquem, in dedicationis praesertim formula, apte ita simpliciter dici παῖδα Διός: certe exempla desidero. Nam hoc nemo utetur, quod Furiae ap. Aeschylum Eumen. 149 Apollinem παῖ Διός, omisso nomine, compellant; colloquunter enim eum ipso. Sed ita fere usurpant poetae, ἀθάνατ' Ἀφροδίτα, παῖ Διός, Sappho, ὦ ἄναξ Ἄπολλον, παῖ μεγάλω Διός, Alcaeus, ὦ θηροκτόν' Ἄρτεμις Διός, Eurip. Iphig. A. 1570, παῖ Διός, ἀγρίων δέσποιν' Ἄρτέμι θηρῶν, Anacr. Od. 60, Διὸς παῖ, Περσεφόνη, Scol. 2. Quam hoc ex re sit, in hoc ipso epigrammate videmus, quod Boeckhius ad Apollinem, Thierschius ad Bacchum trahit, quippe cui Ecphantus τρόφον, nutricem, Leucotheam dicet. Tum Dorismus γρόφων, ut in tabula Heracl. ἀνεπίγροφος, et in titulo Argivo ap. Boeckh. n. 1125, in proprio nomine ferendus, in participio, quum distichon eleganter compositum sit, plurimum habet offensionis. In Cumana

inscriptione ap. Cayl. *Recueil* T. II tab 57, 55 γραπταν legitur juxta οντεθην pro αντεθην. Sed gravius est, quod omnino non constat, num γροφων scriptum fuerit an τρωφων. Denique verbo γράφειν quamvis affines sint formae γλάφειν, γλύφειν et generalis omnium potestas ξύειν, ξέειν, tamen et ab initio aliquid inter singulas interfuit, et ex quo quaeque alicui operae generi destinata esset, non credo usquam vel verbum ξέω scripturam picturamve significasse, quae primitus lineis scribendis, sive σκιαγραφίᾳ quadam et meris περιγραφοῖς (Aeschyl. Choeph. 205) contineretur (cf. Valcken. ad Theocr. Adon. 81), vel γράφειν pro γλάφειν de λιθοξόῳ usurpatum esse aut sculptura. Γράφειν autem, etsi ap. Homerum etiam tela γράφουσι, ἐπιγράφουσι, tamen jam in Iliade VI, 169 scriptionis genus indicat, et de pictura etiam diu ante Solonis vel Pisistrati aetatem, cui nostra a Boeckhio inscriptio assignatur, in usu fuisse, quis neget? Igitur quod Boeckhius ait, quanquam primitiva vocis γράφειν vis ad scribendi notionem restricta sit, posse tamen illam in una alteraque terra eatenus retentam esse, ut verbum hoc striarum (quae γλυφίδες sunt) in columna excavandarum et poliendarum opus designaret, id multo minus verisimile videtur, quam quod ego sumsi, posse Lucinam alicubi Ἐκφαντὼ cognominatam fuisse. Et hanc Boeckhius etiam sensisse videtur difficultatem, qui aliam insuper adjungat verbi γράφειν explicationem *); ex qua quidem et ipse

*) Osannus in Syll. Inscr. p. 244 s. nuper demonstrare conatus est, εἰκόνα γραπτὴν ἐν ὅπλῳ esse protomen in clypeo anaglypham, neque omnino γραπτὸν esse pictum, sed sculptum, quod multum abest ut concedam doctissimo Viro. Γραπτὰ ζῶα apud Empedocl. v. 209 sunt figurae pictae, γραπτοὶ ἐν αἰετοῖσι προσβλέπειν τύποι, ap. Eurip. in Hypsipyle anaglypha aetomatis picta, ubi Valckenaerius Diatr. p. 214 quod

statuam dedicari conjicit columnae impositam, sed ab Ecphanto, qui quidem non fecerit, sed *pingendo perfecerit*, ut verbi ἐτέλεσσε notio prematur. At sculptoris opus non alia arte, qualis pictura est, sed poliendo, atterendo absolvitur, quod negotium fuit τῶν στιλβωτῶν, τῶν σμηκτῶν. Atque id ipsum στιλβοῦν λίθους cum τελειοῦν junctum

---

γλυπτούς, *sculptas* imagines mavult, fallitur. Scilicet ignotum erat tum, marmora colorum ornatu obducta esse. Schol. Aristid. p. 25 ed. Fromm. verbo γέγραπται videtur uti de statua picta in aetomate. Cf. Müller. de Phidia p. 81. Non contemnenda igitur Dodwelli conjectura in Itiner. Graec. T. I p. 364, ap. Pausaniam I, 17, 2 γέγραπται δὲ ἐν τῷ τοῦ Θησέως ἱερῷ καὶ ἡ Κενταύρων καὶ ἡ Λαπιθῶν μάχη, intelligenda esse γεγραμμένους τύπους sive γραπτὰ ἀνάγλυφα. Picta anaglypha intelligenda sunt etiam aqud Antipatrum Anthol. IX, 59 εὐόρφον γραπτὸν τέγος (quum οἱ αἰετοὶ pars sint τῶν ὀρόφων, Bekk. Anecd. Gr. I, 361), et in lapide sepulcrali ibid. VII, 130 ἐπ' ἠρίῳ ἔπεστι — γραπτὸς τύπος. Ita γραπτὸς πίναξ ap. Hesych. v. Ἐγκουράς tabula picta, εἰκὼν γραπτή, in decreto Deliaco Tyriensium mercatorum nautarumque ap. Spon. Misc. X p. 344, quam is quidem pro sculpta imagine falso habuit, Wesselingius in Obss. Misc. III, 197 pro tabula picta, in templo suspensa, fortasse statua coloribus insignita; neque dubium est, quum obvii sint apud veteres οἱ τοὺς ἀνδριάντας γράφοντες (Plat. de Rep. IV init., quo loco recte usus est Winckelm. H. A. VII, 4, 15), etiam ἀνδριὰς γραπτὸς recte dici potuisse. De pictis autem hominum quoque statuis non dubitare debebat Osannus, quum plura earum exstent exempla. v. Wagner Bericht über die in Aegina gefundenen Statuen, p. 223; duo aliae anno 1825 Neapoli detectae sunt, virilis et muliebris; neque apud Strabonem XIV, p. 959 ἡ γραπτὴ εἰκὼν ἡ ἐν ἀγορᾷ sub dio collocata fuerit necesse est; quidni enim in porticu positam fuisse credamus? Mira est vocabulorum confusio ap. Scylac. in Perip. p. 124, qui in ara Neptuni a Daedalo γεγραμμένους ait esse ἀνδριάντας, λέοντας, δελφῖνας, et in serioribus aliquot epi-

invenitur ap. Arrianum Diss. Epict. II, 8, 25, τότε δείξω ὑμῖν τὸ ἄγαλμα, ὅταν τελειωθῇ, ὅταν στιλπνωθῇ. A quo valde diversa est ἔγκαυσις, quam qui addunt, οἱ ἐγκαυσταὶ ἀγαλμάτων, iidem βαφεῖς (λίθων) dici videntur ap. Plutarch. Pericl. 12, distincti ab ἐλέφαντος ζωγράφοις. In inscriptione Romana ap. Reines. IX, 51 ἀγαλματοποιὸς ἐγκαυστὴς exhibetur, Caesaris libertus. Sed ut concedamus, id quod non credimus, τελέειν etiam ad picturam statuae trahi posse, ista tamen operis inter diversas artificum classes divisio Pericleae magis aetati et subsequentium cuique, quam vetustae illi convenit, ex qua nec nomen picturae statuariae ad nos pervenerit, nec aliud indicium quodcunque. Tum etiam mirum est nomen non ejus, qui fecerit, inscriptum, sed ejus, qui perfecerit; et quum saepe sine dubio factum sit, ut qui statuam dedicaret, ipse fecisset, ut in ep. supra citato Εὐτελίδας καὶ Χρυσόθεμις et Corp. Inscr. n. 150, §. 42 Ἀρχίας ποιῶν ἀνέθηκε, non video, quomodo quis pressa ipsius dedicationis formula, quam plurima solam continent epigrammata, et presso ejus, qui opus fecerit, nomine quod haud minus frequenter dedicanti apponebatur, hoc potissimum profiteri potuerit, addidisse se aliquid deo ad doni ornatum.

---

grammatis, ut inter titulos statuarum hippodromi Constantinopolitani Anal. III, 31, 58 χρυσέῳ μὲν ἀνεγράψαντο μετάλλῳ et ibid. n. 60, 61 γραφεὶς et γραφεύς, tum Anthol. VII, 279 παῦσαι νηὸς ἐρεύμα καὶ ἔμβολα τῷδ' ἐπὶ τύμβῳ Αἰὲν ἐπὶ ψυχρῇ ζωγραφέων σποδιῇ; contra χαράσσειν et χαράσσειν γραφίδεσσι de pictura, Anal. III, 110, 4. 103, 2, ut σελίδεσσιν, Append. n. 119. Imagines ἐν ὅπλῳ pictas habes ap. Boeckh. n. 124. 125.

120. (22.)

Ἄρτεμι, σοὶ τόδ' ἄγαλμ' ἱερῆσ' ὠδῖ[σιν ἀμοιβὴν]
Ἀσφαλίω μήτηρ, Φέρσις, [Ἔρ]ω Θυγάτηρ.

Τῷ Παρίω ποίημα Κ[ολώτεω, οὗ] ⁎νάε φεύγων.

Epigramma in striata columella exaratum, ex Peloponneso a. 1783 Anconam, post Pisaurum delata: ap. Paciaud. Mon. Pelopon. T. I p. 78. Filii nomen matri additum statuam a puerpera Dianae Ilithyiae ex voto positam significare mihi visum erat, et quidem eam, quae infantem ipsum repraesentaret, ut in Sapphonis epigrammate Arista puellae infantis imagunculam Dianae dedicat. Argumentum ita constitutum Boeckhio probavi n. 24, et quum in fine primi ac tertii versus quaedam rectius fortasse lectum iri putassem, si quis denuo marmor inspiceret, haec etiam idem ita expedivit, ut monumento multum dignitatis accesserit, sed ut simul nova orta sit difficultas, quam si queam removere conabor. Qui dixerint, tanti hos non esse versiculos, in quorum sensum magnis ambagibus penetrare coneris, nae istos non curamus vetustatis aestimatores, leves et imperitos in arte et officio interpretis. Boeckhius igitur quod in litteris ΙΕΡΕΣΙΩΔΙ (nam Σ in fine incertum est) agnovit ἱερῆσι ὠδῖσι, ut in Attica inscr. p. 70 ΑΥΤΕΣΙ legendum est αὐτῆσι, n. 71 col. 2 lin. 5 ΜΥΣΤΕΣΙΝ, μύστησι, dubitationem non videtur admittere; et magnam sane habet speciem veri, Colotam Parium eum, qui Phidiae in faciendo Jove Olympio adjutor fuit, opus sculpsisse οὗ νάε φεύγων, *ibi ubi habitabat exul*, igitur circa Olymp. 84. Νάε pro ναΐε, vel pro νᾶε, quum αι in α facile transeat, ut ap.

Atticos (Gregor. de dial. Att. 30. Brunck. ad Aristoph. Av. 617), qualem licentiam, praesertim in ejusmodi monumento, nemo magis indigne feret quam vel structuram violentam, vel insipidam sententiam; et brevis forma deprehenditur etiam in Pind. fragm. n. 97 Boeckh. a qua est *ναετής*; contra Apollonius *νᾶε* a *νάειν fluere* producit. Ita variat media in *ἑλάα*, v. Matthiae Gramm. Gr. T. I p. 513, variant formae *ποιέω* et *ποέω*, *ἀλοιᾶν* et *ἀλοᾶν*, Valcken. in Ammon. p. 22, *ῥοία* et *ῥόα*, *ἀγνοέω* et *ἀγνοιέω*, *θέω* et *θείω*, *πνέω* et *πνείω*, *ζωὴ* et *ζοά*. Patriam cum habitatione Onatam indicare etiam in epigrammatis ap. Paus. V, 25. VIII, 42 *νάσῳ ἐν Αἰγίνῃ δώματα ναιετάων*, monet Boeckhius. In quorum priore poeta voce *ποιήματα* de statuis utitur, ut noster. Recte hoc etiam a Boeckhio observatum, una stria vacua relicta versum tertium a disticho consulto separari, tanquam alterum a priore sejunctum epigramma. Sed non satisfacit, quod epitheton *ἱεραὶ ὠδῖνες* cum sacro somno ap. Callimachum comparat, quippe cujus sanctitas ad immortalitatem animae spectet. In hominibus, praeter animi dotes, omnino sacri nihil est, nisi quod a sacris, quibus fungantur, officiis fluxerit. Puerperium per se quidem tantum abest, ut sacrum dici potuerit, impurae erant puerperae, quod constat ex Thucyd. III, 104 et ex Euripidis verbis El. 649 *λέγ' ἡλίους, ἐν οἷσιν ἁγνεύει λεχώ*, et magis clare ex Iphig. T. 369, ubi Diana narratur ab ara ut impurum arcere, si quis caedem patrarit *ἢ καὶ λοχείας ἢ νεκροῦ θίγῃ χεροῖν*. Bene Barnesius confert Mosaicas leges Levit. 12 de diebus purificationis: Graeci tamen lustrationis ritus ignoti sunt, cum quibus ne confundas *τὰ λοετρὰ λεχώϊα* ap. Apollon. II, 1014 et Lycophr. 322, quem quidem alio modo male interpretantur recentiores, recte intellexit Tzetzes. Dices igitur, sacerdotem Dianae fuisse mulierem, fere ut Arista in Sapphonis et Clio in Pancratis epigrammate hujus deae

sacerdotes liberorum eidem statuas dedicant. At displicet ab ipsa sibi et quasi coram dea impertitum epitheton *sacrae*, quae res sane perquam foret absurda. Proinde deam loqui pro explorato habeo. Et percommode accidit, quod ex tribus nominibus, quae pentameter continet, nullum est inter notiora et vulgata hominum nomina, omnia deorum sunt propria. Ἀσφαλίων quidem Menelai minister in Odyssea appellatur, et Amoris nomen non insolens. v. Epitymb. n. 628. Cic. Epist. ad Att. XV, 15. Columbar. Liv. Reines. XI, 89 p. 640. Inscriptt. Nubiens. tab. XI n. 24. Grut. p. 780, 9, uti etiam Ἐρώτιον. v. Boeckh. n. 818; denique Φέρσις non plane inauditum, siquidem Aeolicum est pro Θέρσις ap. Anyten Epitymb. n. 649, ut Θέρσης, in numo Chiorum, Θέρσιος et Θέρσιλος ap. Pausaniam, Ἁλιθέρσης in Odyssea, Ἱπποθέρσης ap. Lysiam, Θερσίτης, Τερσίδας, Θέρσανδρος, Θερσίλοχος, Θερσίχθων. Sed exempla haec vel longe petenda fuerunt vel ad seriora tempora pertinent *), contra ubi inter deos haec agi cogites, Asphalius et Amor notissimi sunt, Phersidis autem nomen, etsi nondum in genealogiis deorum

*) Deorum nominibus homines uti omnino res nova videtur, a veteris Graeciae moribus abhorrens, atque magis extra, quam intra Graeciae fines usitata. Non loquor de derivativis, qualia sola agnoscuntur in dissertatione de nominibus Graecorum in Itin. Anachars. c. 66, veluti Ἕρμος, Ἑρμησίας, Διοσκόρας, Ἡφαιστίων, Δημήτριος, Ποσειδώνιος. Ipsa nomina inprimis apud Romanos usurpata inveniuntur, ut *Diana*, *Artemis*, *Aphrodite*, *Apollo* et *Apollon*, *Juno*, *Ceres*, *Hermes* ap. Gruter. et Murator. *Phoebus* in Columb. Liviae; *Bacchus* gladiator fuit celebris. Ἀφροδίτη est supra n. 76. 87, Ἑρμῆς n. 136. In Corp. Inscr. habentur Βάκχος n. 300, Ἀρτέμιον n. 695, Παλλὰς n. 1609, Παλλὰς etiam in Jacobs. Append. n. 289. In eadem n. 251 Καλλιόπη, in titulo Corcyraeo, in alio ap. Mustox. Illustr. Corcyr. T. II p. 109 (cf. I, 213)

inventum fuit, sensum praebet ad utrumque deum aptissimum. Et Asphalii quidem nomine Neptunum Pausanias VII, 21, 3 ait, quum suis eum quaeque gens et patriis nominibus appellet, communiter omnes salutare, atque hoc eum aliunde constat habuisse Spartae (Paus. III, 11, 8), Taenari (Schol. Aristoph. Ach. 509), Athenis (id. ad 683), apud Rhodios (Strab. I p. 57), Boeotios (Plutarch Thes. 36). Jam Asphalius (vocem definit Oppianus V, 680) sive Neptunus cum Amore et Pherside conjungi poterat quatenus *φυτάλμιος* erat, i. e. *γόνιμος*, *ζωογόνος*, ut bene explicat Schol. Apoll. II, 3, *διὰ τὸ δεσπόζειν τοῦ ὑγροῦ καὶ πάσης τροφῆς, καὶ τῆς γενέσεως αἴτιον εἶναι, καθὸ τὸ ὕδωρ πάντων γεννητικόν*, cf. Siebel. ad Pausan. II, 32, 7, unde tanquam Cereris maritus et Despoenae pater cultus est; in aliis Peloponnesi urbibus magis proprie idem appellatus *Γενέσιος*, *Γενέθλιος*, Paus. II, 38, 4. III, 15, 7. Hujus igitur dei est *τὸ φέρειν*, *φέρβειν*, non minus ac Cereris (v. ad n. 119), et Proserpinae, quae inde nomen *Φερσέφασσα*, *Φερέφατται* tulisse videtur, *φέρει γὰρ ἀεί* Orph. H. XXIX, 15. v. ad n. 203. Elementum σ pariter recipiunt *ἔγερσις*, *ἔνερσις*, ab *ἔρω*, *εἴρω*, *ἀκερσεκόμης*, *ἀερσίλοφος*. Facultates et virtutes cuique deo proprias ex more veterum in parentes ejus mutatas esse, sexcentis constat exemplis. Igitur Neptunus *Γενέσιος* Phersidis filius est *Φέρσιος*, *almus*. Phersidi autem Amor pater datus primigenius ille est Hesiodi (Theogon. 129), Urani et Telluris filius

---

est *Ἥρα*. Tit. Thessalonicensis in Act. Acad. Gallic. T. 47 p. 302 praebet *Ἑρμῆς* et *Ἑρμέρως*, in lapide Musei Parisini n. 675 Clarac. est *Τελεσφόρος*, in Inscr. Nub. n. 25 *Ἡρακλῆς*, in aliis *Τύχη*, *Ὑγιεία*, *Χαρίτιον*. *Διόσκορος* ex Augustino et Juliano notus est. Non erat igitur, quod *Ἄρτεμις ἡ Σαλλονίου* ap. Gruter. p. 1068, 1 suspicionem moveret Boschio Obss. ad Anthol. p. 180.

a Sapphone vocatus (Schol. Apoll. III, 26), in Olenis, Pamphi et Orphei hymnis celebratus, et a Thespiensibus antiquitus cultus, apud Samothraces genitor Ἀξιοκέρσου et Ἀξιοκέρσας i.e. Ἕρσου et Ἕρσας (ab ἔρω, εἴρω, unde est ἔρνος et Ἀρνεὺς i.e. Ἐρνεὺς, frater Cecropis, Eustath. ad Il. II, 542), quae quidem Axiocersa cum Pherside magnam habet similitudinem. Certe qui in varias et reconditiores Graecorum religiones penetraverit, earum haec ingenio accomodata esse et bene inter se cohaerere facile confitebitur. Et accedit, quod, nisi dea loqueretur, mirum esset filii nomen praepositum matri; sin Asphalius deus est, ipsius tantum illustrandi causa mater et matris genitor adjuncti sunt. Dicam nunc quomodo reliqua expedienda videantur. Deas Lucinam venerari, nihil est novi. In Homeri H. in Apoll. 103 Latona Ilithyiae vovet μέγαν ὅρμον χρυσείοισι λίνοισιν ἐερμένον, ἐννεάπηχυν. Deorum autem κειμήλια templis mortalium superstitio vindicavit, ut Eriphyles monile, Harmoniae deae primitus datum, Delphis dicatum, idemque Amathunte in Adonidis fano asservari ferebatur, alia Ἡφαιστοτευκτὰ Chaeronenses et Patarenses pie venerati sunt. Paus. IX, 40, 6. 41, 1. Athen. VII p. 232 E. Hinc conjicio, columnam nostram vel monile vel aliud ἄγαλμα, tanquam Vulcanium opus, et olim a Pherside dea, nato Asphalio Genethlio, Lucinae oblatum, sustinuisse, quo exposito mortales mulieres de pietatis et votorum officio monerentur, ut fere in fabulis et cultibus deorum caerimoniis quibuscunque in Olympo quasi praeluditur. Paene non addideram, artifice non minus dignum fuisse, ob sanctitatem rei oblatae, ut columnae publicae mandatae nomen insculperet, quam ut privatae mulieris filio effingendo operaretur. Ne in statuarum quidem civibus publice decretarum titulis artificis nomen exprimi solebat. V. Köhler Ehre der Bildsäule p. 109. Omissum est ἀνέθηκε ut n. 124. Boeckh.

n. 1056. 1085. Jacobs. Append. n. 163 extr. L. Bos. Ellips. p. 582.

Hermannus pro Ἀσφαλίῳ, Dorismi impatiens, quamvis litterae omnes bene conservatae sunt et ad Ι in Τ mutandum spatium adeo deest, Ἀσφαλτῷ scribi jubet, ut mater una cum filia, puerpera utraque, Dianae votum solvat. Sed Ἀσφαλτῷ nomen inficetum est, cum θείῳ τ' ἀσφάλτῳ τε scelera expiarentur; neque copula deesse poterat. In altero hexametro nomen artificis ingeniose suppletum esse fatetur Hermannus, sed Doricam formam Κολώτα flagitat pro Boeckhii Κολώτεώ. Quae res ambigua est. In Rhiani ep. Anthol. VI, 34, quod totum est Doricum, Σιμύλεω tamen in fine pentametri legitur, cf. Jacobs. in Praef. p. XLIII, et ap. Meleagr. in Prooemio v. 53 juxta Θεοδωρίδεω legitur Doricum νεωθαλῆ, de quo v. Jacobs. ad Palat. IX, 313, Passov. ad Parthen. p. 62. Catilius etiam infra n. 169 pro genitivo Αἰγύπτω, qui est v. 8, Αἰγύπτοιο admisit v. 11. Cf. etiam ad n. 32, 3; et in ipso nostro titulo juxta Doricam formam Ἀσφαλίῳ τῷ Παρίῳ positum est μήτηρ, quo motus est Rosius p. 333, ut eum aut barbarum aut spurium esse temere statueret. In fine versus Hermannus conjecit θάεο λεύσσων, mutato Ι in Θ, Γ in Σ; cujus quinquies idem character in hac inscriptione redit, et inserto Λ. Ceterum in σοὶ etiam et in ποίημα legitur Ω, Ο nonnisi in ΤΟΔΕ, ac nescio an illud Ο adjuncto utrinque virgula obliqua sit pro ō a quibusdam eo tempore pictum, quo nondum inter vocales breves atque longas in scriptura discrimen factum est, praesertim quum in vetusto anaglypho Samothracico ap Boeckh. n. 40 in nomine Ἀγαμέμνων virgulae istae a plurimis agnoscantur mihique etiam marmor examinanti genuinae fuerint visae. De hoc si olim magis fortasse constabit, Ἀσφαλίου scribendum erit, Ἥρου et τοῦ Παρίου.

121. (23.)

Νόσσος Μυρμιδόνος κούραν Διὸς ἄνθετο παῖδα,
Ἄρτεμιν, εὐόλβῳ τῷδε παρὰ προπύλῳ,
Φοίβῳ Ἀγυεῖ τάνδε νέμων χάριν, οὗ περὶ κρᾶτ[ι]
δάφνας εὐσάμους κλῶνας ἀναστέφεται·
ἄλλας τοι τιμὰ[ς ἕξει ποτέ, Φοῖβ'], ἐπὶ τῷδε, 5
ὡς ἄ[ρα] τᾷ μεγάλᾳ [τέρπῃ] ἐπ' εὐσεβίᾳ.

Halicarnassi. Walpole *Travels* p. 576, ubi neque marmoris figura descripta, neque lacunae expletae sunt. Nossus in propylaeo, igitur quasi in Apollinis Agyiei gratiam, cujus statua quum jam adesset laurea nunc simul coronatur, Dianam dedicat *προστατηρίαν*, uti Aeschylus vocat Sept. 455 (425), sive *πρόδομον*, id. fr. 400 Schütz. *Δέσποιν' Ἑκάτη τῶν βασιλείων Πρόδομος μελάθρων*, ubi *πρόδομος* restitutum est a Butlero ex *πρόδρομος*. Apud Callim. in Dian. 38 eadem est *ἁγυιᾶς ἐπίσκοπος*, in Orph. H. 1 *προθυραία*, *Ἄρτεμις Εἰλείθυια καὶ ἡ σεμνὴ Προθυραία*, aliis *προθυρίς*, *προθυριδία*, *προπυλαία*, Paus. I, 38, 6; et haec ipsa est, quae ante molas et fornaces posita *ἐπιμύλλιος* et *ἐπικλιβάντιος* audiebat, Sext. adv. Phys. 185, *προμυλαία*, *προμυλία*, Poll. VII, 180, Hesych. Cujusmodi imagines ante aedium januas et in triviis etiam positae vulgo Hecataea dicta sunt, ut ap. Aristoph. Vesp. 804 *ὥσπερ Ἑκάταιον, πανταχοῦ πρὸ τῶν θυρῶν*. cf. Schol. Ran. 367. Lysistr. 64. Schol. Plat. p. 238 Ruhnk. Schol. Theocr. II, 36. Hesych. Eudoc. p. 10. Eodem modo signa aliorum deorum appellata sunt, *Ἑρμαῖον*, *Παλλάδιον*, *Ἀρτεμίσιον*, *Ἀφροδίσιον* *), *Ἡρῷον* (Aristoph. Vesp. 819).

*) Harpocr. *Ἀρτεμίσιον· ἰδίως τὸ τῆς Ἀρτέμιδος ἄγαλμα.* Id. *Ἀφροδίσιον· ἰδίως τὸ τῆς Ἀφροδίτης ἕδος.* Hinc explicandus

Hecataea Apollinis Ἀγυιέως seu Προστατηρίου vel aris vel statuis similia fuisse probabile est. Hujus autem praecipue dei imagunculas quasdam super altis basibus vel columnis ejusdem fere, qualis columella Naniana moduli est, utrinque ea integra, collocari solitas fuisse, maxime constat ex anaglyphis Apollinem Citharoedum et Pythicum certamen musicum repraesentantibus. — V. 5. θεῶ τιμὴν διδόναι, Eurip. Bacch. 342 θανοῦσι, Phoen. 1331 τιμὰς πάλιν θῆκε Λοξίᾳ, Iph. T. 1280. Hinc scripseram ἄλλας τοι τιμάς, θεά, θήσω σοι, quibus praetuli Jacobsii conjecturam ἐπὶ τῷδε, *praeter hoc* vel *ea conditione*. — V. 6. Scol. 4 γελάσειας, ἰὼ Πάν, ἐπ' ἐμαῖς εὐφροσύναις ἀοιδαῖς κεχαρημένος. Sapph. in epigr. ᾗ συ χαρεῖσα Πρόφρων ἁμετέραν εὐκλέϊσον γενέαν. Phaedimus Anthol. XIII, 2 ᾧ χαρείς, ἄνακ, Ἀπολλοδώρου παῖδα καὶ πάτραν σάω. Nomen Νόσσος est νεοσσός, unde etiam Νοσσίς.

122. (29.)

Τ]αὐτοῦ λίθου εἴμ' ἀνδριὰς καὶ τὸ σφέλας.

Deli in basi statuae colosseae a Naxiis dedicatae, quam palma aerea a Nicia Olymp. 90, 3 Apollini donata, ventorum vi superinjecta evertit, Plutarch. Nicias c. 3. In altero enim latere scriptum est Νάξιοι Ἀπόλλωνι, recentioribus litteris, scilicet post restitutam a Naxiis statuam, quae iterum concidit tres ante Wheleri adventum annos.

---

ingenii lusus ap. Athen. XIII p. 585 F. Avarus enim amator quum Phrynae dixisset Ἀφροδίσιον εἶ Πραξιτέλους, illa σὺ δ' Ἔρως Φειδίου respondet. Schweigh. reddit *quasi Venuscula*. Statuas intelligi luce clarius est; et vidit in nominibus ludi etiam Dalecampius, at male interpretatur alterum, quod totum hic ad rem Veneream trahitur. Vid. Theogn. 953, ed. nostrae 1101 c. not.

Varia legendi et interpretandi conamina recensita v. nunc ap. Boeckh. n. 10 et Ros. p. 49. Rosii ipsius errores a Boeckhio in antecessum refutati sunt. Dawesii judicium habes nunc in Bentl. Epist. p. 298. Offendit casus singularis, quo littera ejus moduli, qualem in tantae molis basi esse conjicias, una prorsus perierit, ceteris omnibus integerrime conservatis. Quare dixi, quomodo legi debeat, nondum esse compertum, et quod Bentlejus litteram ab initio affinxerit, ut sit *τοῦ αὐτοῦ λίθου*, id optimo jure Chishullum rejecisse. Si nunquam adfuisse Ϝ certum esset, quod Bentlejus addidit, tum scalptorem negligentissimum fuisse oporteret et in paucis hisce litteris ΟΛΓΥΤΟΛΙΘΟ bis omisisse litteram Σ, cum esse debuerit Ο ΛΓΥΤΟΣ ΛΙΘΟΣ (*ὠὐτὸς* Valck. ad Phoen. 927). Statua Boeckhio fuisse videtur hominis deo dedicata. Idem ex Marinii Inscr. Alban. p. 10 annotat, in *ἀνδριάντι μονολίθῳ* magnam fuisse laudem. Pindarus Pyth. V, 54 Apollinis memorat *μονόδροπον ἀνδριάντα*, ex una materia incompositam statuam. *Μονόλιθος* est etiam statua virginis, quae Dianae Megarensis sacerdos fuerat, cum basi in Museo Worslej. Cl. 3 tab. 6; epigramma est ap. Boeckh. n. 1064. Habet haec res nonnihil religionis. Plato in Legibus interprete Cicerone Leg. II, 18 ita praescribit: *ligneum autem quodque voluerit uno e ligno dedicato, itemque lapideum, in delubris communibus.*

123. (28.)

Ταργεῖοι ἀνέθεν τῷ Διὶ τῶν Κορινθόθεν.

In galea aerea a. 1795 prope Olympiam in Alpheo reperta, nunc in Museo Britannico. Boeckh. n. 29. Ros. Inscr. Gr. vet. p. 59, adjuncta, quae desiderabatur, delineatione, unde jam liquet, tertiam litteram esse P, et la-

cunam convenire litteris ΤΑΡΓΕΙΘΙ vel fortasse ΤΑΡΓΕΙΓΟΙ. Senarium esse vidit Boeckhius, rudem quamvis, sed de quo structura dubitare non sinit. Τἀργεῖοι, ut τἀχαιοὶ in epigrammate ap. Paus. V, 25, 5, ΗΑΔΕΛΦΟΙ in inscriptione Sigea, ΕΝΤΕΠΙΛΑΡΟΙ in Elea, τἀθάνᾳ ap. Anyten Anthol. VI, 153. ΔΙΓΙ legunt etiam Porsonus, Thiersch. Gramm. Gr. p. 239 et Corporis Inscr. censores Müllerus, van Lennep, alii; nemo usus est glossa Hesychii Δίβαν· ὄφιν, in qua δῖαν, sacram bestiam, facile agnoscas. Simile est ἄργην· ἔπεφνε apud eundem Hesychium, ὄφιν· ἐστὶ δὲ ἐπίθετον δράκοντος, unde Pausanias ap. Eustath. ad Il. II, 103 nomen Ἀργειφόντης explicat ὀφιοκτόνος. Knightii ἰδίᾳ etiam ob Ionismum ferri nequit, quum in articulo sit forma Dorica. ΔΙΕΙ pro Διὶ legitur in lapide Corcyraeo, quem post alios edidit Mystoxydes T. II p. 88. De structura ἀπὸ τῶν Κορινθόθεν λαφύρων Rosius confert Anthol. VI, 343 τῶν ἵππους, δεκάτην Παλλάδι, τάσδ' ἔθεσαν. cf. ad n. sequ. De tempore galeae v. Boeckh. et Müller. Dor. T. II p. 506. Res admodum incerta est, quum et Megarensium thesaurus ante Dontam Olymp. 60 conditus, et galea ab Argivis diu post illata esse possit, sive vetusta fuerit et sine titulo domi antea servata, sive recentior ex proelio incognito.

124. (27.)

Ἱάρων ὁ Δεινομένεός
καὶ τοὶ Συρακόσιοι
τῷ Δὶ Τυῤῥάν' ἀπὸ Κύμας.

In galea aerea Olympiae a. 1817 reperta, ab Hierone ob victoriam Cumanam Ol. 76, 3 dedicata. Egregie illustravit Boeckhius Expl. Pind. Pyth. I p. 225, Corp. Inscr. n. 16, cui etiam Broendstedius, cujus de hac epigraphe

scriptum v. in Diario Class. Vol. XXIX p. 133, nunc plene assentitur. v. Boettig. Amalth. T. III p. 57. Titulus aere expressus est ap. Ros. p. 66, qui Boeckhii explicationem a sensu suo detorquens in eam, quae vera illius viri sententia erat, Leakium etiam incidisse refert. Praeterea conjecturas plures virorum celeberrimorum, qui verum non assecuti sunt, litteris consignavit. Neque hoc inutile, quia ex erroribus demum aliorum meritum inventi veri cognoscitur; quod quo certius et intellectu facilius videtur, eo saepe facilius inventu quoque habetur. *ΤΥΡΑΝ*, simplici littera *P*, ut *ΑΑ* in Elea. Boeckh. n. 11, *ΜΕΣΩ* n. 12, *ΙΠΟΜΕΛΩΝ* n. 2, *ΛΤΣΙΠΟΤ* in basi Herculis Pittiani, *ΠΑΡΗΣΙΑΝ* Boeckh. n. 123, 5. cf. Quinctil. I, 7, 14. Boeckhius et Broendst. subaudiunt *ὅπλα*, *ἀκροθίνια*, *λάφυρα*, *σκῦλα*. Malim intelligere ipsa *κράνη*, non quidem ita ut nomen omissum adspectu suppleatur, sed ut galearum genus Tyrrhenis proprium vulgo *Τυῤῥήνα* dictum fuerit, fere ut *Albesia* dicta sunt scuta Albensium. v. Fest. Cui ellipseos generi assuetae erant Graecorum aures: exempla sunt apud Aristophanem *Χῖον ἐκ Λακαινᾶν*, vel apud Menandrum *τὴν Θηρίκλειον δεῦρο καὶ τὰ Ῥόδιακὰ κόμισον*, et *Λακωνικαὶ* sive *Ἀμυκλάδες*, et *Σκυθικαί*, aliud calceorum genus ap. Alcaeum. v. Harpocr. Phot. s. v. Similiter Virg. Cir. 169 *Cognita non teneris pedibus Sicyonia servans.* *Δὶ* contractum, ut ap. Pindarum et in inscriptione Elea. *Ἀπὸ Κύμας*, ut ap. Demosth. c. Neaer. p. 1378 *ἀριστεῖον τῷ Ἀπόλλωνι ἀπὸ τῶν βαρβάρων.* Paus. VI, 19, 9 *ἀπὸ Κορινθίων ἀναθεῖναι.* Plutarch. Vit. Pyrrh. *Ἀλέξανδρος ὁ Φιλίππου καὶ οἱ Ἕλληνες πλὴν Λακεδαιμονίων ἀπὸ τῶν βαρβάρων τῶν τὴν Ἀσίαν κατοικούντων.* Ultimus versus, vel apostropho demonstrante, justus est paroemiacus, quem Boeckhius agnovit, cetera metri speciem non habere ratus. Mihi prioribus etiam modi videntur inesse; non quod ubique in titulis rimari modos consueverim, sed

quia video, quam fere constanter antiqua *ἀναθήματα* versibus qualibuscunque dedicari solita sint. Quod scriptum est *Δεινομενέος*, recitare licet *Δεινομενοῦς*, ut sciunt qui lapidum notitiam habent. Infra n. 149, 3 *Περισαδέος* legitur in hexametro. Anapaestici modi adhibiti videntur quod ex iis quasi resonat gaudium triumphi, cui galeae captae monumento sunt; titulus enim quasi paeanem praeit in victoria cani solitum (*τοῖς παιανίζουσι τῶν ἐπινικίων ἐξάρχει*). Paeani autem isti modi sunt aptissimi et Apollini proprii, quibus canebatur in Hyacinthiorum festo (Athen. IV p. 139 E), in conviviis (Alcm. ap. Strab. X p. 482), et in proelio. Nam apud Spartiatas Cicerone teste (Tuscul. II, 16) *procedebat mora ad tibiam, nec adhibebatur ulla sine anapaestis pedibus hortatio.* Embaterii varia exstant genera, ut

Ἄγετ' ὦ Σπάρτας ἔνοπλοι κοῦροι ποτὶ τὰν Ἄρεως κίνασιν.

Superat montes pater Idaeos, nemorumque.

Et quam formam nobilitat Tyrtaei nomen:

Ἄγετ' ὦ Σπάρτας εὐάνδρου,
κοῦροι πατέρων, πολιῆται
λαιᾷ μὲν ἴτον προβαλέσθε κ. τ. λ.

Immixtus autem in ejusmodi carmine anapaestis iambus ne nimis acriter animum tuum offendat. Fallantur enim quam maxime, qui praeter perfectas illas versuum formas et a summis poetis profectas, quibus solis, sicuti par erat, utuntur technici, nullas unquam apud veteres in usu fuisse, neque e re nata vel pessimas placuisse putent. Et quum de paeane nunc agatur, conferas eum, quem Chalcidenses Tito Flaminino tamdiu cecinisse refert Plutarchus in Flamin. c. 16. Sed magis ad rem nostram facit paeanis in Lysandrum a Samiis cantati exordium ap. Plutarch. in Lys. 18, quod Hermannus in Diar. Lips. 1817 p. 2228 in hunc modum emendat:

Τὸν Ἑλλάδος ἀγαθέας
στραταγὸν, ἀπ' εὐρυχόρου
Σπάρτας ὑμνήσομεν, ὦ
ἰὴ Παιάν.

Ternos pedes et in hoc et in nostro carmine, liceat enim carmen appellare, habent versus; iambum illud ante anapaestos habet in versuum initio, nostrum in medio bis deinceps positum. Quum igitur paeanis quandam speciem titulus ferre noster mihi videatur, non forte casuque factum ajo, quod verba non aliis, quam quos rhythmus fert et quos servatos ipsi dedimus, versibus in aere scripti sunt. Modos in epigrammate ad argumentum accommodatos videbimus etiam n. 223. Hieronis et civium nomina uti quasi sponte carminis formam induunt, sequente paroemiaco, sic initium sciti a Demosthene profecto non poetica, sed prosaria oratione facti, a rege Philippo, si Plutarcho credimus de garrul. 7, post victoriam Graeciae funestam laetitia elato et subsultante cantatum est tanquam tetrameter iambicus:

Δημοσθένης Δημοσθένους Παιανιεὺς τάδ' εἶπεν.

Qui proprii sunt *comi* modi aliunde noti, et hodieque saltantium apud Graecos. Quid igitur mirum, si Syracusanis victoria exsultantibus regis et civitatis nomen et tria haec verba *τῷ Διὶ Τυρσηνικὰ κράνη ἀπὸ Κύμας ἀνέθεσαν*, sed quorum quodque gravissimi erat ponderis, in carmen mutare placuit? Ceterum duae aliae galeae simul repertae feruntur, numerumque ternarium in spoliis hostium dedicandis vulgo receptum fuisse, Boeckhius exemplis aliquot usus conjecit. Quo pertinet etiam Propert. IV, 10, 45 *Nunc spolia in templo tria condita.* Interdum numerus non finitur, ut in epigrammatis Anthol. VI, 130—32, Philostr. Heroic. p. 691 *καὶ ἀνῆπτό ποτε αὐτοῖς αἰχμάλωτα κράνη Μύσια.* Add. Paus. X, 19, 3. Octo spolia integra

donantur ab uno Agnone Anthol VI, 129. Ornamenta architectonica ex spoliis eleganter composita armorum ipsorum copiam in templorum ornatum suspensorum imitari videntur. Mus. Veron. p. 237. Stuart. Antiqu. Att. T. IV c. 3 tab. 10. Labordii Itiner. Hisp. T. I p. 2 tab. 149. Piranesi Collect. templ. ant. tab. 7.

125. (25.)

Ἀμφιτρύων ὑπὲρ Ἀλκαίου τρίποδ' Ἀπόλλωνι.

Adjuncta glossa: *ἀνέθηκεν, Ἡρακλέους φασὶν δαφνηφορήσαντος· ἀπεφήναντο γὰρ ἐξ ἀρχῆς οὐκ Ἡρακλῆ, ἀλλ' Ἀλκαῖον αὐτὸν καλεῖσθαι.* In basi tripodis ab Amphitryone dicati in anaglypho Albanio ap. Zoegam tab. 70. Rem narrat Pausanias IX, 10, 4. Titulus, quem hexametrum esse Zoega p. 126 primus vidit, imitatur versum illum antiquis litteris scriptum ap. Herodotum V, 59 *Ἀμφιτρύων μ' ἀνέθηκεν ἐὼν ἀπὸ Τηλεβοάων.* De nominis mutatione veterum testimonia cumulavit Car. Fea in *Indic. antiqu. per la villa Alb.* p. 173. Verbum *ἀνέθηκαν* neque ap. Fesm l. l. p. 124, neque apud Zoegam et ceteros apparet, quod Viscontius Mus. Piocl. T. IV tab. 38 p. 78 in gypso detexit.

126.

Δήμῳ Ἀθηναίων ἀ[νέθηκεν ἐὼν Ἐ]κάληθεν
Ἀλκίφρων· [ὁ δὲ τ]όνδε δρόμον ποίησεν [ἀγασ]τὸν
Δήμητρός τε χάριν . . . . . .

Eleusine: ex schedis Fourmonti. Boeckh. n. 27, qui hoc epigramma in stadium Eleusinium magnificentius post Hadriani aetatem adornatum, priscis ex antiquitatis affecta-

tione litteris scriptum fuisse probabiliter conjecit, et versus duo priores supplevit; pro ἀγαστὸν tamen posuit ἄριστον. Edidit etiam Osannus p. 297. Δήμητρος χάριν, ut Pind. Nem. I, 6 ὕμνος ὁρμᾶται θέμεν αἶνον — Ζηνὸς Αἰτναίου χάριν. In ultimis litteris . . . . . ΓΝΥΓΕΠΙΟ . . . latet ἠπιοδώρου; praecedit particula γε, alteri adjectivo juncta, fere ut n. 134, 1; sed littera, si cum altero Γ compares, videtur fuisse Τ; denique ΓΝΥ superesse conjicio ex πολυάγνου, vel ἀριάγνου. Quorum illud non exstat apud scriptores, sed hic exstasse alterutrum evincunt rationes hae. Aliud vocabulum vix fuisse potest quam ἁγνός; dei nomen locus non capit, deae autem simplex ἁγνὸς ob genus non convenit; igitur nihil restat, quam ut compositum ponamus, quod ubi non nominis proprii locum tenet generis est communis. Neque inepta denique verba sunt πολύαγνος et ἀρίαγνος, quorum hoc fidejussorem habet vasculum Siculum, ubi Bacchi nutrici adscriptum est ΑΡΙΑΓΝΕ. v. *Giornale delle lettere ed arti* 1823 fasc. 8 p. 257. Πολύαγνος autem non pejor vox est quam Πολυάναξ ap. Sapphonem et πολυπότνια in H. Hom. in Cer. 251, ubi hanc scripturam J. H. Vossius plurihus tutatur, quam in dubium praeter alios etiam Tyrwhittus vocaverat, v. F. A. Wolfii Anal. litter. fasc. IV p. 552. Ἁγνή, *casta, pura*, Hesiodo quidem Ceres est; Aeschylus aliique posteriorum etiam aliis diis hoc epitheton tribuunt; sed proprie est innuptarum, et apud Homerum Diana sola et Proserpina eo sunt insignes. Aeschyl. Suppl. 144: θέλουσα δ' αὖ θέλουσαν ἁγνά μ' ἐπιδέτω Διὸς κόρα. Proserpina etiam in H. in Cer. 337 et ap. Archil. in Iobacchorum fragm. est ἁγνή. Ibi enim cum fragmentorum editore interpunge Δήμητρος, ἁγνῆς καὶ κόρης; et cognominatam Proserpinam aut Ἁγνὴν aut Ἁγνὴν Κόρην Pausanias refert IV, 33, 5. Ad utramque deam spectat inscriptio Sicula, a Theod. Panofka edita in dissertatione Italice scripta de inscriptione

Graeca theatri Syracusani p. 37 ἐπὶ Ἀριστοδάμου τοῦ Σωσιβίου νυμφοι (l. Νύμφιος) Ἱέρωνος, μναμονεύσας (μνήμονος officio functus) ἁγναῖσι θεαῖς (ἀνέθηκε.) Fuisse videtur quartus hexameter, in quo poterat Iacchus additus esse. Caterum ΓΝΥ pro ΓΝΟ i. e. ΓΝΟΥ veteris formae simiam prodit, et nescio an etiam in ΠΟΙΕΣΕΝ deprehendatur simulator, quod scribendum fuisset ΠΟΕΣΕΝ. Ita enim non Dores solum et Aeoles, sed veteres etiam Attici consueverunt. Porsonus hanc formam antiquiorem esse notavit, et ubicunque prima corripiatur, tam inscriptiones quam Aristophanis codices ποέω exhibere, contra Brunckium contendit. V. Mus. Crit. I, 240. Dobraeus in praef. ad Porsoni Plut. p. IV. Quamquam Hephaestio p. 8 (3.) ap. Aristoph. legit ποιήσω. Certe vetus titulus in Attica inventus ap. Boeckh. n. 23 habet ποεσεν, Phidiacus infra n. 171 ἐπόησε, alius Atheniensis apud Chandl. P. II n. 109 ποησωσιν, πεποηκεν, tertius multo post, et quidem Olymp. 114 incisus, ποειν, plures alii de sculptoribus Atheniensibus ap. Winckelm. Op. T. V p. 589 εποησε; is, qui in plintho Veneris Mediceae a Cleomene Atheniense sculptae legitur, επωεσεν. In Sigea inscriptione, ubi Boeckhius p. 21 εποεισεν mutat in εποιεσεν, Aeolismum non sollicito.

127.

Τὴν ὑπάτην ἄφεσιν Φησίντης στῆσεν Ἀθηνᾶν, εὐχόμενος πάτρῃ τὴν γλυκερὴν ὑγίην.

Athenis. In Attica ut Corinthi culta Ἀθηνᾶ Ἱππία, eaque in demo Acharnis, ubi simul Minerva Hygiea culta est; igitur Acharnis quidam in stadii vel hippodromi carceribus Minervae signum cum his verbis posuit pro ἀφέσει. Rem declarat locus Pausaniae I, 31 extr. — Nomen

dedicantis excidit: *ΦΕΣΙΝ* ex *ΑΦΕΣΙΝ* repetitum esse recte censet D'Orvill. ad Charit. p. 463 ed. Lips. sed quod idem rescribit *Περικλῆς ἔστησεν* nihil agit. Boeckh. n. 474. Nomen fortasse fuit barbarum, ut n. 158 *Φορυστάς*, n. 168 *Φανομάχοσσος*.

128.

Ἆθλα τὰ τῆς νίκης Ὡράριος Ἡρα[κλεώτης]
[λα]μπάδας Ἑρμείᾳ θῆκε καὶ Ἡρακ[λέϊ.

Sub anaglypho maximam partem destructo; remanet enim tantum pes figurae. — In fine vs. 1 potest *Ἡρακλείδου*, potest etiam *Ἡρακλείτου* etc. item *Ἡρακλεώτης* conjici: sed posterius de demo Attico intelligendum erit, eo tamen incerto, v. ad n. 842. De lampadibus in lampadophoria praemio datis et dein dedicatis cf. n. 243 [Jacobs. Append. n. 230]. Mercurio et Herculi eae lampades dedicantur ut praesidibus certaminum. Boeckh. n. 250. Cf. Osann. p. 153. *Θῆκε*, pro *ἀνέθηκε*, ut Anthol. VI, 129. 343. Append. n. 111, 12. Callim. ep. 39. 40. 50. 51. Apollon. IV, 1559, et supra n. 66 *ἔθεσαν*.

129.

Ἀγαθῇ τύχῃ.

Σωτήροιν ἀνάκοιν τε Διοσκούροιν ὅδε βωμός.

Olim Athenis; nunc Parisiis in Museo Regio. Boeckh. n. 489.

130.

Ἱρε[ὺς Καλ]λίμαχος Βρομίῳ ἱδρύσατο βωμόν.

Διονύσου.

Epidauri. Ex schedis Villoisoni. Boeckh. n. 1177. ΕΙΡΕυς pro ἱρεύς, ἱερεύς, ut n. 58.

131. 132. (19. 20.)

Ἀστάρτης βωμόν μ' ἐσορᾶς, Ποῦλχέρ μ' ἀνέθηκεν.

Ἡρακλεῖ Τυρίῳ Διοδώρα ἀρχιερεία.

Archaeologia Britann. Vol. II p. 92 et Vol. III p. 324. Utraque ara in parochia Corbrigiensi reperta est, quo quomodo Syriorum deorum cultus translatus fuerit investigare, parum feliciter conatus est editor p. 327 — 331, quem Tyrwhittum fuisse discimus ex Th. Kiddii praef. ad Opuscula Ruhnken. p. LXV. Praeter communem et locum et deorum originem etiam figura utriusque arae et litterarum formae fere eaedem sunt, unde editor conjicit has aras eodem tempore et junctim positas esse. Inscriptiones Graecae praeter illas in Anglia non inventae sunt. Similes sunt tituli Jac. Append. n. 143. 245.

133.

Θεῷ ὑψίστῳ εὐχὴν ἀνέθηκεν Κλαυδία Πίστη.

In ara circulari Musei Vaticani ap. Marin. Frat. Arv. p. 573, qui gentilitati eam vindicat p. 633. Titulus ap. Dodw. T. I p. 402 υψιστωι διι χαριστηριον. Non molesta

est trium primarum syllabarum synaloephe, quum θεοὶς sexcenties monosyllabum sit, ap. Theogn. quidem 171 bis in eodem versu, cf. Boeckh. ad Pind. Pyth. I, 56. Ex qua pronunciatione in epigrammate Apolloniatarum ap. Pausan. V, 22, Jacobs. Append. n. 243 ortum est mendum τοῖς pro θεοῖς. Scribe:

Οἱ γᾶς τέρμαθ' ἑλόντες Ἀβαντίδος, ἐνθάδε ταῦτα
ἔστασαν σὺν θεοῖς ἐκ Θρονίου δεκάταν.

In lapide n. 184, 21 ΘΟΙΣ sculptum est pro ΘΕΟΙΣ. Mire interpretatur Siebelis: Apolloniatae ταῦτα καὶ τὰ ἐκ Θρονίου, quasi diversa fuissent dona, nec omnia de praeda ex Thronio facta. Σὺν θεοῖς Pind. Isthm. I, 6, vulgo σὺν θεῷ.

134. (32.)

. . . . . .
μ]νημόσυνον ἀνθρώπ[οισιν ἡμε]ρήσιόν γ'
[ε]ὖρον μετρήσας, Μουσ[έων προστ]άγματι,
[κά]μόν τε χἄτερον, μηνά[ς τ' ἐ]πεμβόλους.
[ἀλλ']ἄν τις ἔτυχε τῆς ἀπαιδεύτου τύχης,
παῤῥησίαν ὅμοιαν οὐκ ἔχων βροτοῖς, 5
παρηγορεῖται βαιόν, ἀριθμήσας τάδε.
[ο]ὕτως ἔγραψα τοῖς φίλοισι χρήσιμον.
σύ μοι, Προνοία, λοιπὸν εἰς τὸ δεύτερον
εὐπερινόητον ἡδὺν ἀγγεῖλαι στίχον.
ὑπερτάτοις γὰρ ἡμῶν εὐχὴν Ἥρῃ καὶ Διὶ 10
Ῥεμβηνόδῳ περάσας, τὴν ἐτησίαν χάριν
εὐδαιμονήσας, δέλτον ἀνατιθῶ θε[οῖς . .

ΣΑΦΕ.

Marmor Stratonicense ex MS. Sherardi ap. Chandl. Inscr. ant. P. I n. 68, cujus haec sunt verba: »Marmor incisum verborum formula, qua poeta vel scriptor aliquis nescio an Sosander, de quo mentio in monumento Stratonicensi Chish. p. 158, librum seu pugillares dedicavit diis Aphesiis l. ult. et pen. — Fracto lapide periit alia columna, exceptis quibusdam litteris initialibus.« Ceterum ne iambos quidem deprehendit, quamvis singulis versibus scripti sunt. Sosandrum, Diomedis filium, scribam suum, Stratonicenses hymnum in Hecaten a triginta pueris quotidie decantandum componere (*συντάσσειν*) jusserunt. Apud illos igitur hymnorum pangendorum officium Scribae incumbebat, quo in Smyrnaeo marmore apud Sponium Misc. p. 354 Prytanis ornatus est: *πρύτανις καὶ ὑμνῳδός*. Plurium urbium inscriptiones, in quibus memorantur hymnodi, affert Van Dale Dissert. p. 528. 578 ss. Et nulli fere civitati tunc temporis defuisse videntur publice constituti sive *ὑμνῳδοὶ* sive *ὑμνογράφοι*, *ὑμνοθεταί*, *ὑμνοποιοί*, *ὑμνοπόλοι*, *ὑμνολόγοι*. Noster autem, quod notabile, librum chronologicum de universa temporis et anni mensura (quaedam enim ab initio deesse suspicor), et de mensibus intercalariis, et in suum quidem civiumque commodum (v. 3. 7), et ut v. 1 unice constitui posse videtur, tanquam *μνημόσυνον ἀνθρώποισιν ἡμερήσιον*, igitur calendariorum nostrorum quodammodo usum praebentem, carmine (v. 9) conscripserat; quod opus v. 11 vocat *ἐτησίαν χάριν*; neque publica id fecerat auctoritate, sed privatim, *Μουσῶν προστάγματι*. *Παῤῥησία* alia est cultiorum hominum et ingenuorum, v. Valcken. ad Eurip. Hippol. 421. Menand. in Com. *Παιδίον* inscripta. Demosth. Phil. III p. 111 R, alia eorum, qui vitia libere reprehendunt, alia philosophorum, qui liberi sunt a populari supersticione eamque oppugnant. Haec est, quam Epicuro tribuit Lucianus in Alexandro c. 47, quod ob nuperum editorem moneo,

Virum doctissimum. Culti dicuntur in eodem libro c. 2, πεπαιδευμένοι, in quos haec cadit παῤῥησία. Quod igitur suam jactat homo noster παῤῥησίαν et παιδευτὸν τύχην, indicio est rem ab ipso tractatam cum sacris et religionibus varie fuisse conjunctam. Simile opus fortasse fuit illud Simmiae Rhodii, cui titulus erat Μῆνες, Steph. B. s. v. Ἀμύκλαι.

1. Μνημόσυνον subst. ut n. 42. 203, 6 et passim, sed nova significatione. — V. 3. . . . ΙΕΜΟΝ. ΤΕΚΑΤΕΡΟΝ. Quis non legat καὶ ἐμόν τε κατ' ἔρον, quamvis versu claudicante. Attamen scripsi quasi sculptum esset ΚΑΜΟΝΤΕΚΑΤΕΡΟΝ. Crasis ut plurimum scribendo non exprimitur, et saepe mutatio litterarum per sequentem adspiratam negligitur, v. ad n. 32, 16; sed mira est in hoc loco inconstantia. Praeterea inest difficultas grammatica; pertinere enim ea verba videntur ad μνημόσυνον, quod tum ipsi tum aliis sit futurum. Jacobsius hunc versum sanatum esse non putat, quum nec sensus sit perspicuus nec metrum integrum, haerente in sede quarta spondeo. Metrum quantum curaverit homo fatuus vid. v. 10 et 11. Dicendi etiam genus omnino videtur obscurum esse et stolide sufflatum. — V. 4. . . ΑΝΑΑΝΤΙΣ. Syntaxeos legem ἀλλ' ἄν τύχῃ τις τῆς requirere monet Jacobsius. — V. 5. ΠΑΡΗΣΙΑΝ. — V. 6. παρηγορεῖται, inepte. ΑΡΙΘΝΜΗΣΑΣ. — V. 8. Παλλὰς Προνοία δ' ἐν λόγοις πρεσβεύεται. Aesch. Eumen. 21; quae verba scripturae Προνοία favent, cui Schwenckius meus in Eumenidum editione alteram Προναία praetulit. Schol. Eurip. Phoen. 7 τὸν δὲ Κάδμον — προνοίᾳ Ἀθηνᾶς ἁρπάσαι αὐτήν. Conferendus omnino est de his nominibus Creuzerus Symbol. II. 790 ss. Pronoea non Delphis tantum, sed Deli etiam colebatur, Macrob. Saturn. I, 17, et Manticen filiam ejus natu majorem dicit Martianus Capella p. 15 Goez. *Pronoeae* enim ibi legendum esse, jam a Boissonadio monitum est. Προνοίαν τίμα, verbum unius e septem sapientibus. — V. 9. Chandl. errans

tota via conjecit δυσαγγελίαις τυχών. — V. 10. ὑπερτάτοις Chandleri levitati videtur tribuendum esse. Scripserim ὑπὲρ γὰρ ἡμῶν. Manifestum vitium in εὐχήν, spondeo pro trochaeo. Num fuit: ὑπὲρ γὰρ ἡμῶν ἔργον Ἥρῃ καὶ Διΐ — Jacobs. — V. 11. Chishullo teste p. 162 Jupiter Ῥεμβεί-νοδος in alio titulo Stratonicensi memoratur, in alio Jupiter Serapis, quae diversa ejusdem dei cognomina esse et prius quidem »poeticum quid et deae Triviae cognatum sapere«, putat. Sed simul videndum erit, num Hecate etiam a Stratonicensibus cum Jove Chrysaore culta (in Decreto supra laud.) Juno dici potuerit, ut Jovis Rhembenodi coniux a Nostro vocatur, cum Jupiter Chrysaor potius dictus esse videatur, qui magis proprie erat Sol: ut Lycius non Apollo solum, sed etiam Jupiter cultus est, v. Trilog. Aeschyl. p. 133, et Aristaeus nunc Apollo vocatus, nunc Jupiter; Διὰ Βάκχον habes n. 183, 22. Apollinem χρυσαορέα habet Hesiodus Op. et D. 769. Εὐχὴν περᾷν, solocce dictum. Sed stribligines in his versibus non curamus. — V. 12. Aphesiorum cognomen Jovi et Junoni a Stratonicensibus datum conjicit Chandlerus; quod, etsi veteres ex fabulis fictis, uti assolent, originem repetunt, tamen ad ludos equestres vel curules pertinere videtur. Apud Argivos quidem Jupiter Ἀφέσιος aram habebat in littore, Etym. M. p. 31, 2, cui ipsi nomen erat Ἀφέται, Apollon. Rhod. I, 591, et in Thessalia quoque fuerunt Ἀφέται, ὡς ἂν ἀφετήριόν τι τῶν Ἀργοναυτῶν. Strab. IX p. 436, nomine formato ut Ἀποθέται apud Spartanos. Plutarch. Lycurg. 16. Ejusdem dei templum in Megaride erat, in Moluridis cacumine, Pausan. I, 44, 13, et fortasse in Nemeae monte Apesante. Hunc enim montem Ἀπέσαντα dictum esse διὰ τὴν ἄφεσιν τῶν ἁρμάτων, Stephano etiam in mentem venit, v. Ἀπέσας, littera φ Aeolice in π mutata. Apollo Ἄκτιος καὶ Ἐμβάσιος est ap. Apollon. II, 689. I, 359.

Orpheum ἀκεσίπονος. In fine scriptum est ΠΑΤΡΩΙΝΟΙΣ, quam formam habes etiam ap. Murator. p. 969, 1 pro usitatiore ὁ πάτρων.

136.

Ἑρμῆς.

Lucri repertor atque sermonis dator,
infans Palaestram protulit Cyllenius.
Κ]άρτιστον Ἑρμῆν εἴσαϑ' Ἑρμῆς Δαττίῳ,
[τιμῶν νιν αὐτ]ὸ[ν] καὶ γένος φίλους ϑ' ἅμα.
. . . . . : φέρω, Ἑρμῇ δ' ἐπάλιφα χεύσομαι,
φυλαττομένῳ δῶμα τῶν Δαττιάδων.
. . . . . .

In dextro latere:

Interpres divum, caeli terraeque meator,
sermonem docui mortales atque palaestram;
totiusque terrae
sermonis dator atque somniorum,
Jovis nuntius et precum minister.

In pectore Hermae in villa Albania. *Indicazione antiqu. per la villa Albani* 1803 p. 121. In Marinii inscriptionibus Albaniis 1785 nondum comparet. Vitiose transcripsit Viscontius Mus. Pioclem. T. I tab. 7 p. 10. Praeterea habeo apographum Gerhardi, cum cura factum, cujus ipsa appono verba. Mit der Albanischen Herme sieht es übel aus. Die erhaltnen Züge sind deutlich, aber die fehlenden Wörter, von denen nur ein schwacher Schimmer übrig geblieben ist, bedürfen einer sehr glücklichen Divination. Feas Abschrift ist fast ohne Fehl-

nur ist im 4 (potius 5.) Vers die Lücke zu klein angegeben, und statt ΤΑΔΔΑΤΤΙΑΔΩΝ hat der Marmor ΤΔ (interposito superne apice minuto), wonach man τῶν lesen könnte, wenn Uncialen Cursivschrift wären. Im letzten V. im Anfang giebt Fea die Lücke geringer an: die vorletzte Lücke, die er nur halb anerkennt, ist jetzt überschmiert, das Abweichen meiner Abschrift aber gesichert. Litterae sunt rotundae C ϵ μ ω, semel tantum Ω in ΔΑΤΤΙΑΔΩΝ. Viscontius vidit, Mercurium indicari propylaeum, sive custodem aedium Dattii, et hanc adjungit translationem: *Perfectissimum Mercurium aspicite, Mercurius Dattii* (custodiens) *ei . . et stirpem et amicos simul . . .* (oblationes ex. gr.) *. . inferam, et libationes Mercurio fundam, qui custodit domos Dattiadarum.* Hermes nomen est liberti, qui Herma posito patronum Dattium colit. Latina cum Graecis juncta v. n. 53. 57. 77. 81. 166, in Lugdunensi ad n. 60 allata, ap. Grut. p. 391, 5. 399, 3. 607, 4 et passim. Palaestrae pater Mercurius etiam a Philostrato Imag. II, 32 dicitur.

1. ΑΡΤΙΣΤΟΝ in margine lapidis, ita ut haud plus, immo vix tantum spatii relictum sit, quantum litteram Κ capere potuerit. Quare Gerhardus conjecit κάρτιστος pro κράτιστος, ut cum κράτος mutatur κάρτος. — V. 2. Visc. et Fea . . . . ΟΙ . ΚΑΙ, unde αὐτὸν cum participio poni posset magna cum specie veri: sed Gerhardus dat ΙΡΕΑΙΝΕΜΟΙ. ΚΑΙ; sex litteras primas tamen non clare exaratas esse testatur. At enim nequeunt haec esse genuina. Nam si legimus εμοι, adjungamus oportet syllabam brevem, cui spatium non suppetit; tum quinque iambis expletis his litteris ΙΡΕΑΙΝ sexti spatium relinquitur, cui nullo modo apti sunt. Tum etiam ante καὶ γένος alius fuit accusativus; neque minus certo hi accusativi participium sibi flagitant, cum εἵσατο jungendum. Quare illas litteras

posteriore tempore ex conjectura prava in evanidarum locum incisas esse manifestum est. — V. 3. Gerh. ab initio ΟΙΙΣΙΝΙΙ. ΕΙCΦΕΡΩ cet. sed non perspicue legi monet. Versus hinc justo fit longior. Fea et Viscontius nil nisi... CICΦΕΡΩ. Num οἶσιν μὲν εἰσφέρω? an fuit accusativus sequente μὲν et οἷς? an participium in ῆις? Tum ΕΡΜΗΛΕ Gerh. ΕΡΜΗΛ. Ε sine Jota subscr. quod non deest in ΛΑΤΤΙΩΙ nec in ΦΙΛΑΤΤΟΜΕΝΩΙ. Persona prima in locum tertiae succedit ut n. 158. Ἐπάλειφα admisi, quamvis alibi non superest compositi forma praeter ἐπάλειμμα; sed adsunt ἄλειφαι, ἄλιφα, de qua forma (pro ἀλείφατα) v. J. H. Voss. ad Hymn. in Cer. 12. Correxi tamen ἐπάλιφα. Synizesis in φέρω Ἑρμῇ non durior quam in Ἰνάχου Ἀργείην in cantilena ap. Schol. Aristoph. Ran. 1344. Ita etiam ΧΕCΟΜΑΙ mutavi in χεύσομαι. — V. 4. φυλαττομένῳ, geminata littera ν proferendum cf. ad n. 104, 1, nisi excidit τὸ, quod Jacobsius suspicatur. In Τ, de quo v. supra, non dubita lapidarium voluisse τῶν, qui etiam in Latinis TERRAEQ et bis ATQ exaraverit, omissis litteris UE. — In versu ultimo pro eis, quae leguntur ap. Feam, Gerhardus habet . . . . . CCΕΡΜΗCΑC. ΙΩ . . . ΜΙΟC.

137.

Ἔγλυψέν με σίδηρος, ἐποίησαν δέ με χεῖρες
τέχνῃ πειθόμεναι, εἰμὶ δ' ἄγαλμα Δίκης.

Romae in Museo Vaticano, ubi transcripsit, qui ad me misit, Osannus.

138. (30.)

Αὐτὴ Μνημοσύνη, Διὸς εὐνέτις, ἣ τέκε Μούσας.

M. Gudii Inscr. Praef. p. 41 nr. 24. Apographum van der Horstii, proxeni Batavi apud Smyrnaeos, est in bibliotheca Trajectina ad Rhenum. Mnemosynes statua est in Museo Piocl. T. I tab. 28.

139.

Ἀμφιλόχου τοῦ Λαάγου Ποντώρεως.

Ἥκει καὶ Νείλου προχοὰς καὶ ἐπ' ἔσχατον Ἰνδὸν
τέχνας Ἀμφιλόχοιο μέγα κλέος ἄφθιτον ἀεί.

In columnae basi in Rhodo insula. Edidit Clarkius Itiner. T. II P. I p. 228. Architecti, ut videtur, nomen, quem hos versus ipsum fecisse, gloriosum hominem, conjicit Köhlerus in erudita Commentatione de honore statuae in Actis Soc. reg. Monac. Vol. VI p. 101. Architectum Patarensem v. n. 35, Pergamenum n. 186. Nomen Λαάγος vulgo contrahitur Λᾶγος, ut λαγέτας, βουᾶγορ, Spartanorum, et alia v. n. 70. Nomen extra versum ut in sequentibus n. 145 s. 154. 165. 170. 196 et Jacobs. Append. n. 150. 258. In eo quidem, quod ultimo loco posui (de quo cf. Thiersch. Act. Monac. III, 515) ex Pausan. X, 7, 3, Hermannus verba Ἐχέμβροτος Ἀρκὰς ἔθηκεν Ἡρακλεῖ corrupta esse putat et hexametrum fingit. Poterat Pausanias, si ejusmodi hexameter adfuisset, nomina narrationi suae intexere, versum omittere, sed maluit quasi dedita opera titulum transcribere integrum. Μαρτυρεῖ δέ μοι καὶ τοῦ Ἐχεμβρότου τὸ ἀνάθημα, τρίπους χαλκοῦς ἀνατεθεὶς τῷ Ἡρακλεῖ τῷ ἐν Θήβαις· ἐπίγραμμα δὲ ὁ τρίπους εἶχεν·

Ἐχέμβροτος Ἀρκὰς ἔθηκε Ἡρακλεῖ
Νικήσας τόδ' ἄγαλμ' Ἀμφικτυόνων ἐν ἀέθλοις,
Ἕλλησιν δ' ᾄδων μέλεα καὶ ἐλέγους.

In pentametro verbum deesse Herm. contendit; at potest vel repeti ἀνέθηκε ad ᾄδων Ἕλλησι, quod zeugma a titulorum acumine non alienum est, vel ᾄδων cum νικήσας jungi, quod monuit etiam Siebelis. Hoc facilius est; atque ita Jacobsium quoque intellexisse credo, qui nihil annotet, et fortasse operarum vitio in utraque editione post Ἡρακλεῖ plene distinctum est. Μέλεα, ut Iliad. XVI, 411 Ἐρύαλον, ap. Hesiod. v. Philemon. v. Εὐφυής, δαϊζομένου πόλεος, ap. Simon. de mulier. 100 πέλεται, primâ longâ. Alcman Ὅς ἐθεν πάλοις ἔπαλε. Theocr. ep. 1 οὗτος ὁ μαλός. Ita etiam *polypus* ap. Horat. et *melos* ap. Persium. Apud Soph. Aj. 209 Τελλεύταντος pronunciandum, uti Solgerus scribit etiam, et Brunckius ad Sept. c. Theb. 490 in codd. quibusdam non infimae notae scriptum reperit. Quo accedit λ̄ in caesura μαλὰ λιγέως, δὲ λιγέως, τε λιαρῷ, ap. Simon. Ceum παιδὶ Λεωπρεπέος. Permutantur etiam in vulgari pronunciatione Γέλλα (Schol. Pind. II, 16) et Γέλα, Γελλὼ et Γελώ.

140.

[Τὸν σοφίης ἑὸν ἡγητῆρ' ἀρετῆς θ' ἅμα π]άσης
στ[ῆ]σεν Ἀλέξα[ν]δρος θεῖον Ἀριστοτέλη.

Athenis in gradu domus. Ex schedis Fourmonti. Carmen basi inscriptum, quae statuam Aristotelis ab Alexandro M. positam sustinebat. Boeckh. n. 136. Alius statuae Aristoteli positae basis cum epigrammate servata est, v. Boeckh. n. 911. Fuga indicatur, qua summus philosophus malevolorum invidiae se subduxit, et mors voluntaria, quam anno sequenti Chalcide sibi conscivisse fertur (Epitymb. n. 107). Ultimum distichon est:

Τῷ ῥα καὶ ἀζόμενος σοφίης ἐὸν ἡγητῆρα
στῆσεν Ἀλέξανδρος κλεινὸν ἅπασι θεόν.

In quibus correximus *ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΝ*, pessimum lapicidae errorem, quo factum est, ut epigramma ad ignotum aliquem philosophum Alexandrum (qualem habemus n. 143) pertinere crederetur. Vid. Jacobs. Paralip. p. 800, qui tamen in Epigr. Append. n. 276 ipse quoque scripsit *Ἀλέξανδρος*. Boeckhius epigramma censet post fata Aristotelis statuae subscriptum esse, quam vivo posuerit Alexander. Mihi neque hoc, nec nostrum ad ipsam istam statuam videtur spectare, sed ad aliam ex innumeris, quae fuerunt. Ficta dedicatione tam insigne factum intuentibus in memoriam revocatur; nam fuit is honorificus titulus, Alexandri magistrum fuisse et statua ob eo ornatum esse. Ad regis personam minus apte est laus vivo, vel Aristoteli data *divini*. Véri simile est, titulos saepe cum imagines ex aliis iteratae exprimerentur simul translatos, sententiam certe principalem retentam esse. Quaré hexametrum fragmenti nostri ex altero epigrammate explendum duxi.

141.

Ἐξ οὗ Κέκροπα λαὸς Ἀθηναίων ὀνομάζ[ει,
καὶ χώραν Παλλὰς τήνδ' ἔκτισε δήμῳ Ἀ[θηνῶν,
οὐδεὶς Σωσιβίου καὶ Πύῤῥα μείζονα θ[εί]η[ν
φυλὴν Κεκροπιδῶν ἔρ[γ]ῳ ἔδρασ' ἀγαθά.

Athenis. Sequitur decretum tribus Cecropidis, ad Olymp. 101, 1 pertinens, quo Sosibius et Pyrrhes ob merita de tribu collaudantur et corona ornantur. Boeckh. n. 85. In versibus, Boeckhio notante, memorabile est, quod ternis heroicis unus additus est elegiacus; qui mos vulgo recentiorum aetatum fuisse putatur.

142.

Παλλὰς Ἐρεχθειδᾶν ἀρχαγ[έτι, σὸ]ν κατὰ ναὸν
ἅδε το[ι ἱ]δρύθη Φιλτέρα [Ἀ]ρ[χικλέ]ος,
Βουταδέων ἐτύμων ἐ[ξ] αἵματος, ἃς [γ]ενέτωρ μὲν
τα[γὸ]ς ἔφυ στρατιᾶς πεντάκι παυσίμαχος,
τοὶ πρόγονοι δ' ἄνθησαν ἐν Αἰγείδαισι Λυκοῦργος
χὠ χθονὶ τιμάεις Ἀτ[θ]ίδι Διογένης,
ὧν τῷ μ[ὲν] ῥητ[ὸς] λόγος ἄνδανεν, οὗ δὲ δι' ἔργα
ἔδρακεν ἀρχαίαν πατρὶς ἐλευθερίαν.
[Εὔ]χειρ καὶ Εὐβουλίδης Κρωπίδαι ἐποίησαν.

Ita Boeckhius ex meliore apographo in Add. ad Vol. I. restituet epigramma, cujus fragmenta edita sunt n. 666; nisi quod versum 2. ille fortasse aliter constituet. Nomen *Philotera* invenies ap. Grut. p. 729, 9. Murat. p. 1166, 8, *Φίλτατος* Jacobs. Append. n. 287. Grut. p. 36, 11. — V. 3. *Βουταδέων ἐτύμων* pro *Ἐτεοβουταδῶν*. *Κρωπία, δῆμος Λεοντίδος φυλῆς*. Steph. B. — V. 7. Menander Com. in Anthol. VII, 72 *Χαῖρε, Νικοκλείδα δίδυμον γένος, ὧν ὁ μὲν ὑμῶν Πατρίδα δουλοσύνας ῥύσαθ', ὁ δ' ἀφροσύνας.* — Euchir filius et Eubulides pater, sculptores Athenienses, noti sunt ex Plinio et Pausania. Sed quum filium ante patrem poni non sit consentaneum, nostros fuisse fratres conjicias, alterutrum igitur ab illis diversum.

143.

Θεῖον Ἀλέξανδρον τὸν ὁμώνυμον ἅλσει μέσῳ
ὁ γνώριμος μ' ἔστησε τὸν διδάσκαλον.

Non procul Athenis, in via quae Menidium ducit. Titulum ab Elisha Tupero descriptum et a Dobraeo mis-

sum edidit Boissonadius ad Max. Planudis paraphrasin Metamorphosium Ovid. p. 263. Notabile est omissum ἐν. ὁ γνώριμος, discipulus, ut ap. Athen VII p. 281 D. Plutarch. de Virt. mor. Suid. et alios.

144.

Τὸν θεσμῶν ταμίην Ἑρκούλιον, ἁγνὸν ὕπαρχον,
Πλούταρχος μύθων ταμίης ἔστησε σοφιστής.

Inscriptio, quae si bene memini Athenis fuit a Fauvelio lecta; unde vero illam ego possideam, jam dicere non habeo. Boisson. l. l. p. 653. Ἑρκόλιος n. 155. Boisson. supplebat φιλόφρων cll. Append. n. 163. Sed apographum Köhleri ad Boeckhium missum habet σοφιστής.

145.

Ὁ δῆμος.

Σωκρά]της Σωκράτους Θορίκιος.
Οὔποτέ σοι] σεμνῆς ἂν ἀπὸ φρενὸς ἄξια Μοισᾶ[ν
δοῖ]ε[ν δ]ῶρ' ὑγιῶν υἷες Ἐριχθονιδᾶν·
τοὔνεκά] σο[ι τέχν]ας ἔδοσαν τέρας· αἱ γὰρ Ἀθ[ᾶναι
σπεύδουσιν] το[ι]ῷδ' ἀνδρὶ τεκεῖν χάριτα.

Athenis ad viam in arcem in marmore; ed. Dodwell. Itin. T. I p. 318. Ex vs. 4 (leg. 2) medici honores fuisse conjicio, cui statua dicata, quae utpote insigni arte elaborata τέχνας τέρας dici videtur. Exempli causa sic scripsi, vs. 4. primo Σ in Ε mutato. Nec multum haec discedent a vero. Boeckh. n. 411.

146.

Νικοκλῆς Ἡγησίππου Ἀναγυρσάιος.

Εἰκόνα τήνδ' ἀνέθηκεν [Ἀπή]μων πατρὸς ἑαυτοῦ ἀθανάτοισι θεοῖς, κοσμῶν ἱερὰν Σαλαμῖνα.

In insula Salamine. Ex Sponii et Wheleri Itin. Boeckh. n. 408. Suorum statuas privati, ut magistratuum civitates, in templis ponere solebant. Sic patris statua deo dedicatur etiam n. 153 et n. 168, Jacobs. Append. n. 216, Viduae Inscr. tab. XXVIII, 3, filii ap. Boeckh. n. 1200. 1594, filiae n. 1085. 1554, alumni n. 995., mariti n. 387 s. 1056, infantis ap. nos n. 119 cf. ad n. 66. Antholog. VI, 356 s. Plura v. ap. Koehlerum Geschichte der Ehre der Bildsäule in Act. Monacens. p. 88 ss. 113 s. Suam ipsius imaginem deo donat praeco ob victoriam infra n. 158.

147.

Εἰκόνα τήνδε Ποθεῖνος ἐν ἐυφήβοισι παλαίστραι[ς τεύξας κοσμητοῦ θήκατο Νυμφοδότου.

Olim Athenis, nunc Oxonii. — Cosmetes est princeps gymnasiorum magistratus, cujus vetustissima mentio est in dialogo Axiocho c. 8. — Igitur illi ut principi imagines haud raro positae sunt, ut n. 268. Nunc quoque cosmetae imaginem dicat Pothinus gymnasiarchus. — Mira est forma *εὐφήβοισιν*, ut *Ἔρυτος Εὔρυτος* v. Buttm. Lexil. p. 146. Welcker. de colon. Cretens. Theb. p. 18. Boeckh. n. 270.

148.

Φιλαδέλφεια. Ἀγαθῇ τύχῃ.

Ἦρχεν ὁ Μηνογένης, ἐκοσμήτευε δ' ἐφήβων
Μάρκελλος, πινυτῆς σύντροφος εὐδικίης·
ἐν δ' ἄρ' ἠϊθέοισιν ἐφήβοισιν κρατεροῖσιν
τὴν πυμάτην τάξιν Μάξιμος ἦρε πάλης·
τοῦ δὲ *πανάξιος ὢν Ἀσκληπιάδης στεφανοῦτο
τὴν πρώτην παίδων τάξιν ἀφ' Ἡρακλέους.

Athenis; ex schedis Fourmonti. — *Φιλαδέλφεια* ad aetatem inde a Septimio Severo nos deducunt — de quibus dixi n. 245. — Tertio loco nominatus erat victor $\overline{B}$ *πάλην*: sed hoc distichon periit. Coeperat id a voce *φωνη* . . . . Fuit tale quiddam: *Medii autem ordinis victorem proclamavit praeconis vox.* *Ἦρε τὴν πυμάτην τάξιν πάλης*, paulo brevius dictum pro hoc: *ἦρε τὸ ἆθλον κατὰ τὴν πυμ. τάξιν πάλης.* Primi ordinis victor est *athleta expertus et probatus;* hinc tertii ordinis victor *eo dignus* dicitur: *Πανάξιος ὢν* etsi incertum est, vix tamen reppereris melius. Boeckh. n. 246.

149.

Ἀσκληπίου με δμῶα πυρφόρο[ν φίλον]
Πείσωνα λεύσσεις, ἱππικῶν ἡ[γήτορα],
ἄρξαντ' Ἀθηναίοις δὲ τὴν ἐπ[ώνυμον.]

Athenis. Titulus statuae subscriptus ministri Aesculapii, taediferi, qui olim, quantum video, equitum dux fuerat, et archon eponymus; sed tum quum statua dedicaretur, taedifer fuit. Boeckh. n. 402. Ap. eundem n. 1178

lapis Epidauri inter rudera Asclepiei inventus habet *ἰαφέα πυρφόρον*. *Πυρφόροι* fuerunt etiam Martis, Apollinis Zosterii, v. Vit. Eurip. Ambros. et Deae Syriae v. Lucian. de D. S. 42. Hic tamen nescio an aliud quid lateat, quum offendam in voce *ἱππικοί*, pro *ἱππεῖῳ* vel *τὸ ἱππικόν*. Suspicor cursum equestrem cum lampadibus, quod ludi genus Athenienses inde a Platonis aetate noverant (de Rep. I init.), in Aesculapii etiam festo, ut Pergami, illo tempore institutum fuisse, et scribendum esse: *Ἀσκληπίου με δμῶα, πυρφόρ[ων ποτὲ] Πείσωνα λεύσσεις ἱππικῶν ἡγήτορα.*

150.

Βουλῆς μ' Ἀρείας ψῆφος ἔστησ' ἐνθάδε,
Πομπωνιανὸν παῖδα τὸν Διονυσίου,
γένους θ' ἕκατι, κἀρετῆς, ὅσῃ νέῳ.

Επὶ ἱερέως Αὐρ. Πωλλίωνος τοῦ Πολλίωνος Μελιτέως.

Athenis. Ex Pocock. Inscr. et Fourmonti schedis Boeckh. n. 426.

151.

Ἀγαθῇ τύχῃ. Κατὰ τὰ δόξαντα τῇ ἐ[ξ Ἀρείου] πά[γου] βουλῇ [καὶ τῇ βουλῇ] τῶν Χ τὸν [ἀφ' ἑ]στίας μνηθέντ[α Ἀθ]ήναιον, τὸν καὶ Ἐπ[αφ]ρόδειτον, [Ἀ]θην[αί]ου περιοδο[νεί]κου υἱὸν, Φλυέα.

Παῖς μεν ἐὼν ὄνομ' ἔσχεν Ἀθήναιος, αὐξόμενον δὲ
ὠνόμασαν τοκέες δῖον Ἀθηνόφιλον.

In basi, quae Eleusine olim posita, mox Salaminem translata est in aedem Beatae Virginis. Ex schedis Fourmonti. Titulus quamvis turpiter habitus tamen integer

restitui potest. — Diu opinor post Hadrianum scriptus est. In voce Ἀθήναιος corripitur diphtongus, quod fieri in hac voce negavi ad n. 33. Nec tamen id sine exemplo est, ut hic et ap. Aristoph. Vesp. 282 φιλαθήναιος. — Athenaeus et Epaphroditus nominatus est; versus autem docent puerum esse Athenaeum vocatum. Quod nomen retinet etiam in superiore parte: nam ὁ μνηθεὶς ἀφ' ἑστίας est puer v. ad n. 393. At idem erat jam αὐξόμενος, ut in fine dicitur. unde patet non teneros pueros, sed adolescentibus propiores fuisse hos ἀφ' ἑστίας μνηθέντας. In versibus vero παῖς de prima pueritia dictum: unde opponitur ὁ αὐξόμενος. Aliter haec explicari nequeunt. Sed mirum quod, quum alterum eius nomen in superiore parte sit *Epaphroditus*, in versibus is postea δῖος Ἀθηνόφιλος vocatus dicatur. Quam rem vide an ita expedias. Parentes Athenaeum, quod omnibus civibus carus esset, Ἀθηνόφιλον vocarunt, sed cives vocarunt Ἐπαφρόδειτον, quod gratiosus et venustus esset: ex qua denominatione fluxit altera, qua eum vocarunt parentes. Boeckh. n. 406. In nomine Ἀθήναιος penultima brevis est etiam Append. Jac. n. 348. Ita in Ἀλκμαίων (v. infra n. 234) et in Ληθαίου Anacreon corripit diphtongum, Aristoteles ep. 16, 1 in Ἀγκαίου, Alexis ap. Eustath. ad Il. XXI p. 1148 in Κυρήναιος, Archippus et Archestr. ap. Athen. p. 227 A. 306 B in Ἕρμαιος, Criton et Alexis ap. Athen. IV p. 173 C. XIII p. 562, Comicus ap. Dion. (v. Gaisford. ad Hephaest. p. 216) et Anthol. Pal. XI, 441 in Πειραιῶς, Aeschyl. Sept. 723. Suppl. 386 in εἰκταίαν et ἰκταίου, Tyrtaeus I, 20 in γεραιούς, Tragici et Comici saepius in γεραιός, πλαιός, δείλαιος, unus et alter etiam in ἀγόραιος, ἔμπαιος, κρέμαιο (Boeckh. ad Plat. Min. p. 190). Nomen Ἀθηνόφιλος Atheniensium indicare dubito amorem ob constantem similium nominum significationem, ut Θεόφιλος, Ζηνόφιλος, Ἡρόφιλος, Μηνόφιλος. Putaverim igitur parentes adolescentem

filium omnibus virtutibus ornatum, quum diis aeque ac hominibus carus esse videretur, nomine non prorsus mutato, sed ex parte variato suam de eo sententiam expressisse. Jacobs Append. n. 351 *Τόνδ' ἀρετῇ προὔχοντα νέων, φίλον ἀθανάτοισιν κ. τ. λ.* Similiter Epit. n. 676. Minerva autem Attico homini instar omnium fere immortalium esse poterat.

152.

Παῖδα Ξειναγόρα καὶ Πραξαγόρας ἐσορᾶς με τὸν μύστην Δηοῦς, Ξειναγόραν ὄνομα.

Salamine in basi. Boeckh. n. 390.

153. (51.)

Μυστῶν ἡγητῆρα Πολύζηλον, πατρὸς ἐσθλοῦ Ξειναγόρου μητρός θ' Ἑρμιππίδος, ἐν ζαθέοισιν εἶσε θεαῖν [δαπέδοισιν ἑὸν γενετῆρα Νεό[φρων.

Eleusine. Ed. Walpol. *Travels* p. 573. Tres sunt versus heroici, sed tertius mutilus est, quaeque suppleo, exempli causo pono. *Μυστῶν ἡγητὴρ* est *μυσταγωγός*: dubito tamen esse hierophantam, qui illa aetate non videtur suo nomine vocatus esse. Boeckh. n. 391.

154.

Ἥρως Πολυδευκίων.

Ταῖσδε ποτ' ἐν τριόδοις σὺν σοὶ ἐπεστρεφόμην.

In herma sine capite, quem Dawkinsius Oxonium detulit; ed. Chandlerus Marm. Oxon. II, 60. Olim prope

Cephisiam in ecclesia destructa positus erat. Boeckh. n. 989. Polydeucioni (Polydeucen vocant Philostratus Vit. Soph. II, 1, 10 et Lucianus in Demonacte c. 24) aliisque alumnorum suorum Herodes Atticus hermas posuerat adjuncta exsecratione in eum, qui hermam vel loco movisset vel ornatu suo privasset: *Πρὸς θεῶν καὶ ἡρώων, ὅστις εἶ ὁ ἔχων τὸν χῶρον, μήποτε μετακεινήσῃς τούτων τι. κ. τ. λ.*

155.

Ἑρκόλιον τὸν ἔπαρχον ἀνέστησαν Μεγαρῆες,
παντοίω[ν ἐθνῶν] καὶ πόλεων φύλακα.
τείχεα δείματο καὶ [πόρ]ον ἔμπεδον ὤπασε Νυμφ[ῶ]ν,
ἄστεα καὶ βουλάς, πά[ντ' ἐφ]ορῶν σοφίῃ.

Megaris; ex schedis Fourmonti. Post perfectos nostros commentarios edidit Osann. Syll. II, 49, qui in plures emendationes incidit, quas ipse feceram. Titulus videtur quarti fere saeculi esse. Vs. 3 dedi *πόρον Νυμφῶν*, hoc est *aquaeductum*, quem restituit, haud dubie etiam balneis inservientem. Boeckh. n. 1801.

156.

Ἀνθ' ὧν χαλκείην τήνδ' εἰκόνα θήκαμεν ἀνδρός,
ἐγγὺς θηρείων ἱστάμενοι στομάτων.

Ultimum est ex tribus, ut videtur, distichis Corinthi olim in basi scriptis statuae, ante claustra ferarum a venatoribus civi alicui vel magistratui propter beneficia et liberalitatem positae. Fuerunt in ea basi sculptae figurae venatorum. Boeckh. n. 1106 ex Cyriaco et Mu-

ratorio. Dio Or. 31 p. 547 Corinthios in fossa quadam lata, sed sordida; extra urbem gladiatores spectare narrat, Athenienses in theatre; ab illis tamen saepe etiam in theatris ursorum et pantherarum venationes institui Julianus ait Epistol. 35 p. 408.

157.

Τὸν κλυτὸν ἡγεμονῆα Χαρείσιον ἄνθετο κούρα
Σπάρτας ἁ πρώτα, Πηνελόπεια νέα,
ἣν μέγα χάρμα πάτρᾳ Σπαρτιατικὸς ἠέξησεν,
κυδάλιμος γενέτωρ κυδαλίμαν θύγατρα.

Δημητρίου τοῦ Δημητρίου γλυφή.

Misithris. Ex schedis Fourmonti et Jo. Benthyli Smyrnaei, nunc auditoris mei. — Phalli notam (inter epigramma et artificis nomen) dedit Benth. Fuit sub anaglypho. Boeckh. n. 1409. — V. 1. χαρείσιον putes esse neutrum p. χαρίσιον sive χαριστήριον: nam patris nomen non est, qui Spartiaticus vocatus est, ut Memmius Spartiaticus habetur in patronomis. Sed nomen mulieris desideratur: itaque Χαρείσιον arbitror nomen hujus ipsius esse. *Id.* Muliebre nomen est Χαρίτιον, virile Χαρίσιος, *Charisius*, subst. hoc, adject. illud. Ergo Χαρίσιον neutrum deberet esse adjectivi, quod pro nomine proprio usurpari dubito. Diversa enim sunt adjectivorum diminutiva, quae in nomina antea transierant, ut Γλυκέριον a Γλυκέρα. Tum ejus, cui statua ponitur, nomen omnium minime deesse posse videtur; quae ponit, per nomen patris satis noscitur, quod vir etiam vice sui in titulo Aegyptiaco n. 194 exhibet. Quare commate post κούρα deleto, non filiam, sed Spartanam κόραν intelligo. Virgo cum Penelope ob virtutes plurimas, non ob eam, qua

illa maxime insignis, comparatur. Eadem formula recurrit ap. Boeckh. n. 1447. Cf. etiam nostrum ep. n. 56. — V. 3. τιω pronunciando contrahi monet Boeckh.

158.

Εἰκόνα τήνδ' ἀνέθηκε Φορύστας, παῖς Ὀτρίακος,
κήρυξ νικήσας καλὸν ἀγῶνα Διός,
ἄλλους τ' ἀθλοφόρους πτανοῖς ποσὶν εἷλον ἀγῶνας,
εὐόλβου δὲ πάτρας ἄστυ καλὸν στεφανῶ.

Καφισίας ἐπόεισε.

Prope rudera Tanagrae. Leakius in Museo Crit. Cantabr. II, 570, Boeckh. n. 1582. — V. 1. Leak. Ὀτρίακος, Boeckh. aliique ὁ Τρίακος. Illud fortasse ejusdem, cujus Ὀτρήρη, originis est. — V. 4. ΣΤΕΦΑΝΟ. Ros. Boeckh. στεφανῶ. C. J. B(lomfieldius) confert Simon. ep. 63 Κάλλιστον μὲν ἰδεῖν, ἀθλεῖν δ' οὐ χείρονα μορφᾶς, Ἐκ πατέρων ἀγαθῶν ἐστεφάνωσε πόλιν. Idem male emendat εἷλεν et στεφανοῖ. Phorystas pro victoria in Jovialibus nescio quibus suam ipse imaginem in templo aliquo dedicat. Mutatio tertiae personae cum prima satis obvia est. Exempla sunt n. 54, 10. 136. 203, 4. Jacobs. Append. n. 322. Boeckh. n. 1608 b, 12. 1608 c, 27. Titulus Phanagoraeus a Clarkio Cantabrigiam delatus, a nobis olim in Ephemeridibus Gottingensibus suppletus [τὰς εἰκόνας ταύ]τας ἀνέστησεν τειμῆς χάριν, σύν τῷ καὶ ἐπι[μελεῖσθαι εἰς πᾶσαν ἡ]μέραν αὐτῶν ὑπό τε ἐμοῦ καὶ τῶν ἐκγόνω[ν. Ennius :

Adspicite o cives senis Enni imagini' formam,
hic vostrum panxit maxsuma facta patrum.
Nemo me lacrumeis decoret cet.

Boeckh. prius distichon e persona scribentis dictum esse statuit, alterum e persona imaginis, quae pro ipsa Pho-

rystae persona censeatur. De praeconum in ludis certaminibus v. Boeckh. Oecon. Athen. T. II p. 361 et Inscript. n. 244. 1583. Fuit Tanagrae mons *Κηρύκιος*, ubi Mercurius natus esse ferebatur. Paus. IX, 20, 3. Sculptoris nomen additum est etiam in basi statuae regi Cotyi ab Atheniensibus positae ap. Boeckh. n. 359.

159. (17.)

Ἀλκίδου Βάσσον γενεῆς, ἐρικυδέα φῶτα,
βουλὴ καὶ δῆμος, ναέται ζαθέης Ἐπιδαύρου,
ἀντ' εὐεργεσίης, τὴν πολλάκι δῶκε πόληϊ,
εἰκόνι τῇδε γέρηραν, θεῶν βουλαῖον ἀνάκτων.

Ψ[ηφίσματι] β[ουλῆς.]

Paciaudi Monum. Peloponn. T. II p. 6-91, qui multus est de generis nobilitate apud Graecos, de honoribus deferendis vel senatus consulto, vel e populi decreto, vel ex utriusque voluntate, de imaginum et sculpturae generibus. Fuit homo ex gente Heraclidarum cf. Boeckh. n. 1167. De variis Bassis, quorum mentio fit in veteribus scriptoribus et monumentis, disputavit Barkerus in Diario Classico Vol. XXX et XXXI. — V. 2. Epidaurus *ζαθέη*, ap. Plutarch. in Pericl. *ἱερά*, ut Cos *sacra et dei ministra insula* ap. Tacit. Annal. XII, 61, Naxus *Διά* cet. — V. 4. *Θεοὺς ἄνακτας* Romanos imperatores esse Paciaudius p. 74 annotat, qui Bassum, ut juris peritum, in consilium adhibuerint quoties de gravi Epidauriorum controversia cognitione sententiaque transigendum, vel edictum atiquod in eorum commodum, vel denique illorum postulationibus, libellis, epistolis rescribendum fuerit. Quos imperatores quod Trajanum Hadrianumque fuisse putat, secus est. *Θεοὶ ἄνακτες* enim Dioscuri sunt; quare principes imperii con-

sortes intellige Marcum Aurelium et Lucium Verum, quos Dioscurorum sub imagine et nomine cultos exhibent numi (Trilog. Aesch. p. 234) et ara ap. Boeckh. n. 1316. *Divi fratres* appellantur in Vatic. jur. Roman. fragm. Tit. de excusat. p. 35 ed. Lips. *fratres imperatores* p. 50 et *fratres*. Ibid. *Ex epistula divorum Hadriani Antonini* et *fratrum ad Caerellium Priscum*. Atque hos, de quibus diu est quod cogitaveram, Boeckhius quoque vidit significari, quem praeterea v. de voce *βουλαῖος*.

160.

Οἱ πρεσβύτεροι Μεγακλέα Θεογείτονος, γονῆα δὲ Δαμονίκου, ἄρξαντα τοῦ πρεσβυτικοῦ, εὐσεβείας ἕνεκεν τῆς εἰς τοὺς θεοὺς καὶ ἀρετῆς καὶ φιλοτιμίας τῆς εἰς ἑαυτοὺς . . . .
. . . . . .

Σοὶ [μὲν μνῆμ' ἀρετᾶς], καλοῖς δ' ἐσθλ[ὴν] χάριν ἔργο[ις]
ὤπασεν ἁ κλεινὰ πρεσβυτέρων σύνοδος,
εἰκόν' ἀ[να]στήσασά σεθεν, μορφᾶς τύπον ἔμπνου[ν,
καί [σ' ἐν] Ὁμηρείῳ γυμνασίῳ θεμένα·
[πρός]τ' ἀποχρύσ]ωσεν, Θεογείτονος υἷα Μεγακλέα
[πᾶσιν ἐν ἀνθρώποις] δεῖγμ' ἀρετᾶς θεμένα.

In Chio insula ab Akerblado transcriptum traditumque ipsi titulum edidit et, opitulante Grotefendo, restituere conatus est R. Fiorillo in Commentariis Societ. philol. Lips. Vol. IV. P. 1 1814 p. 154, cujus repetita dissertatiuncula est in Diario Classico T. I p. 117. Decretum ab elegis in apographo non separatum est, ita ut non constet, utrum *ΣΟΙ*, antecedentibus 14 punctis, sequentibus ante *ΚΑΛΟΙΣ* decem, ad illud an ad hos pertinuerit. Neque fidei quidem multum hisce lacunarum signis habeo, quum versus

editor, ut videtur, non quales in marmore exstant repraesentari curaverit. De Homereo in Chio insula gymnasio Fiorillo citat Dallawaei Constantinop. p. XVII. 284 et Mercarium a Wielando editum 1802 T. I p. 13. Seniores Chiorum, τὸ πρεσβυτικόν, ἡ πρεσβυτέρων σύνοδος, ad gymnasium pertinuisse videntur; senatus enim, quem πρεσβύτας γέροντας vocat Tyrtaeus in fragmento Eunomiae, non est σύνοδος, neque apta est ad senatum ἡ φιλοτιμία εἰς τὴν σύνοδον. Aliud simile eorundem Seniorum decretum, in arce urbis Chii extans, edidit Vidua tab. 37, 4. οι πρεσβυτ[εροι δ]ιοδωρον λυσιμαχου αρξαντα του πρεσβυτικου ευσεβειας ενεκεν της εις τους θεους και αρετης και φιλοτειμιας της εις εαυτους στεφανουσιν κ. τ. λ. In gymnasiis, ut omnino in frequentiore aliquo urbis loco statuae, meritorum et largitionum praemia, statui moris erat, eorum prae ceteris simulacra posita sunt, qui vel gymnasiarchae munere functi vel alio modo de gymnasiis bene meriti essent, quod recte monet Koehlerus de honore statuae in Act. Academ. Monac. a. 1816. 17 p. 79. 97. Dona gymnasiis oblata, reditus eorum annuos, sumtus recensent inscriptiones; potuit igitur Megacles gymnasio ornando et sustentando praeclaram exserere φιλοτιμίαν sive liberalitatem (v. n. 186. Boeckh. n. 214. 1058. 1062 et passim.) Seniores magistratus fuisse videntur pudoris atque morum custodiendorum caussa institutus, nomine apte opposito epheborum quasi sodalitati, quippe quibus et ipsis communi consilio agere et sua pecunia honores tribuere liceret. Exempla v. ap. Boeckh. n. 260. 1183. Athenis hoc officio functi sunt deni σωφρονισταὶ annui, cf. Boeckh. Oecon. polit. T. I. p. 256, J. M. Gesner in Comment. Gotting. T. IV p. 38, qui in decreto ap. Boeckh. n. 214 curant, ne quid in pannychide petulanter agatur. Etiam οἱ κοσμοῦντες τοὺς ἱεροὺς ἀγῶνας ex decreto Smyrnaeorum ap. Koehlerum p. 107 conferri possunt, quum agones ad

gymnasia vel maxime pertinerent. Ita in inscriptione Tauromenitana ap. Murat. App. p. 2018 quantum olei sub septem deinceps gymnasiarchis in tricenos ad quadragenos ἀγῶνας impensum fuerit recensetur. Exempla statuarum a singulis tribubus, collegiis, sodalitiis junctis symbolis positarum habes ap. Köhler. p. 105 ss. vel annuente per decretum senatu populoque, vel eorum nulla mentione facta, ut in Thyatiremis pluribus. Quantum interfuerit ambitiosorum hominum, ut titulus imagini subscribendus in ipso decreto sanciretur, disces ex eadem docta Koehleri dissertatione p. 23. 46. 68. 75. coll. 132 not. 2. Ceterum nota Dorismum in epigrammate Chiorum, τὸν ἄρσενα Δωρίδι Μούσῃ ῥυθμόν, quae verba sunt Dioscoridis (ep. 29), sed lenem illum, mutato solummodo η in α, quod exemplum addas eis, quae Jacobsius in praefatione ad Anthol. Pal. p. XLIV ss. de temperamento quodam dialectorum in epigrammatica poesi scienter disputat. Quare nec pro ἄβας Append. n. 127, 2 in marmore ἤβης esse crediderim; et ibid. n. 111, 12 pro μορφήεντα, quod Beeckhius etiam habet p. 439, verius videtur, quod in apographo ab Osanno mecum communicato invenio μορφάεντα *). In epigrammate Farnesiano ap. Jacobs. in Addend. p. XCIX, quod jamdudum editum est in Mus. Veron. p. 318, vs. 4 cum Maffeio lego θνατοῖς, quod Visconti Monum. Gabin. p. 116 (non 154.) in θνητοῖς pro arbitrio mutasse videtur **), Cf. Attica epigrammata supra n. 105. 142. 145, in n. 150

*) Consentit hoc apographum cum Boeckhiano in βουλαῖσι v. 1, γείνατο v. 2, ἔφρασεν v. 4. εὕρατο v. 6, ἐξέμαθεν v. 8; sed v. 5 est ΒΣΕΙΔΕ, v. 7. ΩΝ ΜΕΓΑ, v. 11 ΔΕ ΚΑΙ, vitiose pro ΔΗ, articulo omisso.

**) V. 3 Maffejus, pro Viscontii τοῦνομ' Ἀπολλοφάνης πίστεα μέγας, ἠδ' ἔτι δόξῃ, dat πίστει, μεγα[κυ]δαὶ δόξῃ, quod praeferendum.

ἕκατι, ap. Boeckh. n. 175, in Tanagraeo n. 158 πτανοῖς, in Romano n. 59, 8 τεθνακώς, in Aquilejano ap. Jacobs. Append. n. 402 φωνάεσσαν. Post Θεογείτονος legitur ΓΥΝΗΙ, pro quo in marmore Fiorillo putat esse γονέα. Sed eruditissimi Sueci, qui plures menses linguae addiscendae caussa in Chio insula degit, quod ab ipso narratum audire memini, tanta fuit et linguae peritia et in transcribendo religio, ut vitium, in hac praesertim inscriptione, ab eo non facile credam commissum. Nullius pretii est, quod in Diario Classico proponitur, γονῇ, *genitura*, ex Damonici gente aut domo. Filium Megaclis et ipsum clarum fuisse oportet, fortasse publicis muneribus functum vel de civibus bene meritum. In fine suppleas εἰκόνι ἐτίμησαν ὑπογράψαντες. Append. n. 247, 3 τοῦθ' ὑπέγραψα. Fiorillo volebat δεῖγμα ἀρετῆς ἀνέθηκαν ἐν τῷδε [τῷ] γυμνασίῳ.

1. ΚΑΛΟΙΣ ΔΕΣΘΑ .. ΧΑΡΙΝ ΕΡΓΟΥ. Fiorillo Σοὶ [μὲν ἀεὶ κλέος ἔστι], καλοῖς δ' ἐσθλ[οῦ] χάριν ἔργου Ὤπασεν ἃ κλεινὰ πρεσβυτέρων σύνοδος, quorum prima satis jejuna sunt, quae sequuntur καλοῖς δ' ἔργου sensu carent, omnia non bene cohaerent, quum vel κλέος μὲν et ἔργα δὲ καλά; vel σοὶ μὲν et ἃ δὲ σύνοδος jungenda fuissent. Pejor etiam Angli conjectura. Quod nos posuimus ΕΡΓΟΙΣ pro ΕΡΓΟΥ, non dubium videtur ob adjectivum ΚΑΛΟΙΣ. Deleta erat ultima littera, quo accidit ut, quod aderat ΕΡΓΟΙ, pro genitivo haberetur. Jacobsius: »Versum mutilum sic implebam: Σοὶ μὲν ἄγαλμα καλόν, καλοῖς δ' ἐσθλὴν χάριν ἔργοις. Elegantiam captare poterat auctor ex repetitione ejusdem vocabuli diversa mensura, ut ap. Theocritum: πολλάκις, ὦ Πολύφαμε, τὰ μὴ καλὰ καλὰ πέφανται. Sed hoc est ludere. Non omnino certe placet in eodem epigrammate vocabuli ἀρετᾶς initio et in fine repetitio.« — V. 3. ΕΙΚΟΝΑ .. ΣΤΗΣΑΣΑ, suis impensis. Statuae duplex fuit honor, ut *publice daretur* et ut *ex pecunia publica* esset,

docente Cicerone, cf. Köhler l. c. p. 96. Saepe enim privatorum, civium locupletiorum, amicorum et cognatorum vel ipsorum impensis, quibus is honos haberetur, statuae positae sunt, decreto solum a civitate ornamento. De qua re v. Köhler p. 110 ss. Formula fuit *προσδέχεσθαι τὸ ἀνάλωμα*, frequens ea in titulis Laconicis, sed multo frequentior *ἐπιμελεῖσθαι τῆς ἀναστάσεως*, quam quidem Marinius Frat. Arv. p. 745 nube exemplorum excitata de curatoris officio accipit. Pronomen *σέθεν* Fiorillo trahit ad *μορφᾶς τύπον*. Eurip. Phoen. 163, Bacch. 1330, *μορφᾶς τύπωμα*. Aesch. Sept. 490 *Ἱπομέδοντος σχῆμα καὶ μέγας τύπος*. — V. 5. Fiorillo tentavit [*ἐσθλὰ δ' ἐπλήρ*]*ωσεν Θεογείτονος υἷα Μεγαλέα* [*τῷδ' ἐν γυμνασίῳ*], inani loci repeticione, ne de collegio dicam suum laudante decretum. Cogitabam de *ἐκύρωσεν*; sed hoc etiam languet. Eo quod dedi significatur decreta statua *κατάχρυσος*, non *aurea*, sed *inaurata* (Cic. Or. III, 32), sive *sub auro*, ut legitur in lapide, de quo discrimine v. eruditissimus Süvern in Comment. de Aristophanis Avibus p. 27. Pro *καταχρυσοῦν* in titulo Nubiensi ap. Letronn. de Aegypto p. 371 legitur *τὴν χρύσωσιν ποιεῖν*. Ejusmodi statuam intellige etiam Aristoph. Eccles. 826 *κεὐθὺς κατεχρύσου πᾶς ἀνὴρ Εὐριπίδην*, ubi interpretes tropi rationem non perspexerunt. Primum est in nostro epigrammate, quod statuam publico decreto ponunt cives, simillima quidem imagine, quali a civibus quotidie spectari pro parte quadam felicitatis habitum est; alterum, quod in gymnasio Homereo, loco frequentissimo, eum statuunt, ut Byzantii ap. Köhler p. 67 ponunt *εικονα επιχρυσον εν τωι βουλευτηριωι εν τοπωι ωι μη αλλος εχει*; tertium, quod novo honoris additamento insigniunt Megaclem, cujus judicent *Os dignum aeterno tinctum quod fulgeat auro*. Fuerunt statuarum *χρυσωταί*, Plutarch de glor. Athen. c. 6; *εἴδωλα κεχρυσωμένα* memorat Athenaeus. Verba *ἡ σύνοδος ἐχρύσωσέν σε* compara cum Apollinis dicto n. 184,

22 χρυσοῦν ποιήσεις (με) χρησμὸν ἐπιτυχὼν φίλε, et cum Virgilianis Eccl. VII, 35:

Nunc *te marmoreum* pro tempore fecimus, at tu,
Si foetura gregem suppleverit, *aureus esto*.

In C. I. Gr. n. 435 sacerdos memoratur ἀργυρώσασα τὸν βωμόν. Usus loquendi vulgaris fuit ἀνιστάναι, ἱστάναι τινὰ pro ἀνιστάναι εἰκόνα τινί (Letronn. Aegypt. p. 444), tum ἀνιστάναι τινὰ χρυσοῦν, Plutarch. de superst. 11, ἱστάναι χαλκοῦν Dion. or. 31 p. 569 R. 375, et *aeneum stare*; τὸ ἐν Σαλαμῖνι χαλκοῦς ἑστάναι μέγα ποιούμενος Dio or. 37 p. 103, ib. p. 114 μετέωρον καὶ χρυσοῦν ἑστάναι p. 115. Jacobsius nostram amplexus correctionem, quum scripsissem καὶ τέ σ' ἐχρύσωσεν, verba expolivit, recte monens, σὲ repeti non esse necesse, et legi compositum ἀποχρυσοῦν, *aurp illinere*, ap. Pollucem VII, 102.

162.

Εὐβούλου Πολλίων κληΐζομαι· ἔστι δὲ πάτρη
Νύσσα μοι εὐκλειής· πόλιος δὲ γέρηρέ με δῆμος
Τράλλεος, εἰν ἀέθλοισιν ἀταρβέος Ἡρακλῆος.

Ἀγωνοθετούντων καὶ ἀναθέντων τοὺς ἀνδριάντας Μ. Αὐρ. Συμμάχου Κυανίου καὶ Μ. Αὐρ. Ἑρμείου....

Pocock. p. 17, emendatius iteravit Letronnius in Diario Erudit. Paris. 1825 p. 399. — V. 2. ΝΥΣΤΑ. Adjectivum ΕΥΚΛΕΙΗΣ a Letronnio ad πόλιος trahitur. — V. 3. ΤΡΑΛΕΟΣ. ΑΤΑΡΒΕΣ. Etiam in nomine ΣΙΩΜΑΧΟΥ erratum fuit. Τράλλις, num. singul. Append. Jacobs. n. 222. Steph. B. Orac. Sibyll. l. 3 p. 425 ubi cf. Serv. Gall. Pro Κυανίου Letronn. conjicit Κυανίτου, a Κύανα, Lyciae urbe.

163. (31*.)

Ἀνέρι οὗ πραπίδεσσι Συρηκοσίων τόδε ἄστυ
ἐκ καμάτων ἀνέπνευσε καὶ ἔδρακεν εἴαρος ὥρην·
τοὔνεκα λαϊνέην μὲν ἀνεστήσανθ' οἱ ἄριστοι,
εἰκόνα τῆς σοφίης δὲ καὶ ἐν στήθεσσιν ἔχουσιν.

Syracusis, in basi statuae admodum truncata, litteris vetustate exesis. Primus edidit, lectione sagaciter explorata, Viscontius Mus. Pioclem. T. VI p. 74, tum Hughesius in Itiner. Sicil. et Alban. T. I. p. 52, qui adeo difficile lectu esse fatetur, ut ex duobus aliis apographis suum emendare coactus fuerit; quorum alterum Viscontianum fuisse videtur. Supra, absumtis litteris pluribus, scriptum est *PERPENNAE ROMANOVICONSPQ SYRAC.* Levius est, quod de Perpenna Sertorii socio cogitat Viscontius, homine Graeco, Romano Consule; et quod post *ROMAN.* conspiciebat *PRAETORI*, litterarum vestigiis, qualia ipse repraesentat, non inest. *VI CONSQ* dedit Hugh. Litterae *C ϵ ω* sunt lunatae. — V. 1. Primum verbum est incertum; Visc. et Hugh. dant *Ἀνέρι οὗ.* In apographo, quod apud Zoegam vidi, fuit *Περπήννου*, quod praefert Jacobsius. *πραπὶς* v. n. 62, 4. — V. 2. *ΑΗϵΠΝϵΤC.* In sequentibus perspicue scriptum est *ΛΡΟC.* Visc. de conjectura, ni fallor, *καὶ εἶδεν ὀνείατος ὥρην*, et *ΟΝΙΑΤΟC* dat etiam Hughes. Viscontii, ut videtur, conjecturam adoptans. Sed *εἴαρος ὥρη* sanissimum est. Ariphron Sicyonius in paeane: *μετὰ σεῖο, μάκαιρ' Ὑγίεια, τέθαλε πάντα καὶ λάμπει Χαρίτων ἔαρ.* Jacobsius confert Anthol. Pal. V, 169. Animadv. ad Anthol. I, 2 p. 39. — V. 3. *λαϊνέην.* Jacobs. Append. n. 111, 12 *μορφήεντα λίθου θῆκαν.* Multo minus frequentes fuerunt statuae honorariae ex marmore factae quam aeneae. Köhler. de honore statuae p. 127. *Ἀνδριάντες μαρμάρινοι* memorantur p. 60. 65.

106. 130; εἰκὼν λαϊνέη ap. Boeckh. n. 1397. Visc. *QLAPIC-TOI*, sed ἀρίστους ad *S. P. Q. SYRAC.* vix quadrare existimans, emendavit ἄριστα, quod redit ap. Hughesium. Jacobsius etiam ἀνεστήσανθ' οἱ repudians conjicit ἀνεστήσαντ' ὄχ' ἀρίστῳ. Quidni poeta, quum titulus Latinus eos, qui statuam dedicarent, proprio nomine indicaret, indistinctius ἀρίστους poneret, sive optimos, sive optimates? Supra n. 83 principes Romae viros βασιλῆας ex veteris Graeciae usu dictos vidimus. — V. 4. Jacobs. conj. χάριν pro καὶ ἓν. Mihi εἰκόνα tam ad λαϊνέην, quam ad τῆς σοφίης pertinere videtur, comma autem aptius poni ante quam post εἰκόνα. Simile est in epitaphio Josephi Scaligeri: *curatores academiae — hoc monumentum p. e. l. c. ipse sibi aeternum in animis hominum reliquit.*

164.

Εὐσεβέων κλυτὸν ἄστυ πανόλβιον ἄνδρ' ἀνέθηκε
Ζωσυμιανείδην ἀγωνοθετῆρα Σέβηρον,
ὄφρα καὶ ἐσσομένοισι βρ[οτοῖσι μ]ελῇ Σευήρο[υ.

Catanae. Gualter. Inscr. p. 8. Dorvill. Sicul. p. 577. *Discorso Academico sopra un' antica iscrizione del Principe Biscari* p. LIX, ubi in Museo Patrum Benedictinorum extare dicitur. Ediderunt etiam Abbas Vito di Amico *Illustrazioni di Catania* et Torremuzza Sicil. vet. Inscr. Class. V. f. 52 aliique. — V. 1 Piorum fratrum (τῶν καλουμένων Εὐσεβέων, Pausan. X, 28, 2) urbs vocatur Catana, quia celebratissima erat fabula de Amphinomo et Anapia parentes Aetnae incendio eripientibus, quorum memoriam etiam in numis Catanenses coluerunt. Sil. Ital. XIV, 196. Heins. ad Claud. Id. VI. Spanh. Pr. et U. N. T. II p. 75. Dorvill. p. 313 ss. Σέβηρος, ut Append. n. 104; alibi Σεουῆρος, Σευηριανός. Ad Severum, non ad ἄστυ refer

πανόλβιον. — V. 2. Dorvill. *ΖΩΣΤΜΙ ΑΝΕΔΗΝ.* Itali *ΖΩΣΤΜΙ ΑΝΕ ΔΙΝ, ΑΝΕΙΔΙΝ,* hinc *ΑΝΕΙΔΗΝ.* Patronymicum ne Dorvillius quidem et P. Burmannus in Commentario agnoverunt. Gualter vertit: *Zosymum agonothetam strenuum.* Unus Abbas Amicus recte: *beatum virum, Zosymorum genus, Severum.* Zosymiani nomen in titulis obvium ap. Grut. et Murat. Formas *ἀγωνοθετὴρ*, *ἀθλοθετὴρ*, *διαθετὴρ*, *ἀεθλητὴρ* (Macedon. ep. 19) Burm. ex H. Steph. v. *Ἆθλα* congessit. *ΖΕΒΗΡΟΝ*, pronunciatione a *Σέβηρον* non diversum. Hinc in Etym. Gudian. p. 495, 24 scriptum est *σάκορος* pro *ζάκορος*, ap. Hesych. et Phavor. *Ζειρήνη*, i. e. Sirena, cognomen Veneris, et libum tamen ejusdem *σίρβινον*; porro *Σώπυρος* ap. Boeckh. n. 1095, *Σενοκλῆς* ap. Paciaud. Mon. Pelop. T. II p. 94, *ζιμβιω γλυκυτατω ζιν-ζησαντι* Diar. Arcad. Rom. 1821 T. XI p. 229, Zmyrna pro Smyrna, v. n. 10 cf. Angel. Maj. ad Cic. Rep. I, 8 p. 24 ed. Stuttg. Osann. Inscr. p. 6 not. 19, quam scribendi rationem A. Weichert defendit ap. Helv. Cinnam in Comment. alt. de hoc poeta. Cf. Dorvill. ad Charit. p. 670 Lips. Positionem non facit *Ζ* n. 51, 4 et ap. Theogn. 894. De agonothetae munere, praeter Vandalium Diss. VII, v. Biagius Mon. Gr. Mus. Nan. p. 230 s. — V. 3. Italus *ΒΡ . . . . . ΟΕΛΙΖΕΒΙΡΟ*, additis signis evanidi facti subter his versus. Dorvill. *ΙΡΟΠΟΣ ΛΙΖΕ Β. ΡΟ . . .* Burmannus male conjicit *ἀοίδιμος ᾖσι βρότοισι* coll. Epitymb. n. 158, 5. *ΙΡΟΠΟΣ* primo adspectu corrigat quis *τρόπος*. Sed quum in fine in *Β. ΡΟ* ob lacunam *βροτοῖσι* restitui nequeat, hoc vocabulum in *ΙΡΟΠΟΣ* lateat oportet, praesertim quum Amicus nil nisi *ΙΡ* legerit. In ejusdem ultimis litteris non potes quin deprehendas *Σεβήρου*, unde sequitur *ΟΕΛΙ* esse corrigendum in *μελῆ*. *Ι* pro *Η* est etiam in nomine patronymico et *ΖΕΒΙΡΟ*. Metro satisfiet si pro *Σεβήρου* pronuncies *Σενήρου*, quod etiam scripsi. Theogn. 245 *Οὐδέ ποτ' οὐδὲ θανὼν ἀπολεῖς κλέος, ἀλλὰ μελήσεις*

Ἄφθιτον ἀνθρώποις αἰὲν ἔχων ὄνομα. Jocobsius: »Βροτοῖοι μελῇ non placet etiam ob repetitionem syllabae finalis σι. Non multum abesset mormoris vestigiis: ὄφρα καὶ ἐσσομένοις περίοπτος ἔῃ Ζεύνηρος, i. e. περίβλεπτος.«

165. (24.)

Εἰσοράᾳς δείκηλον, ὅπως περὶ νῶτον ἀείρας
κριὸν ἀεξίκερων ἔμπνοον ἀχθοφόρει

Πάτρων Νέου.

Romae in S. Laurentii in Lucina viderat Sirmondus. Gruter. p. 1153, 5. Fleetwood p. 253. Εἰσοράᾳ, etiam n. 170, 5, ut ἀσχαλάᾳ, δαμάᾳ, ἀντιάασθε et alia ap. Homer. Ὁράᾳς habetur etiam in Marcelli Inscr. Triop. I, 2. ΔΙΚΗΛΟΝ, statua, ap. Lycophr. 1179 et in epigrammatis v. Jacobs. Not. crit. p. 580. Proprie imago, non tamen deorum, Poll. I, 7, ubi de θεραπευομένοις agit, βρέτας δὲ ἢ δείκηλον οὐκ ἔγωγε προσίεμαι. Hesych. Δίκηλον, ἐκτύπωμα, ὁμοίωμα, εἴδωλον, ἀνδριάς, ζώδιον. De pictura Anthol. IX, 545, δείκηλον μορφᾶς, Anthol. Planud. n. 359 ap. Jac. ut μορφῆς εἴδωλον ap. Meleag. ep. 26. Antip.Sid. ep. 24; δείκελον Ἰφιγένης (leg. Ἰφιγόνης) Parthen. ap. Etym. p. 260, δείκελον ἐσόπτρου, Agesianax in hexametris ap. Plutarch. de facie in o. l. 3. De formis δείκηλον, δείκελον, δίκηλον v. quos citat. Sturz. Annot. ad Etym. M. p. 815. De composito ἀνδρείκελον v. F. A. Wolf. Analect fasc. II p. 388. Ἀεξίκερως, epitheton elegans, add. lexicis, una cum ἀργίκερως, n. 204. Nota sunt εὔκερως, πολύκερως, ταυρόκερως, ὑψίκερως. In fine Fleetw. falso αχθοφορον. Πάτρων, in numo Smyrnensi, Mionnet. III, 197, in tit. ap. Boeckh. n. 435 et in Deliaco ap. Spon. Misc. X p. 344. Νέων supra n. 26. Vellem scire, num figura juvenis κριοφο-

ροῦντος adhuc in marmore exstet. Nota est ex Pausania IX, 22, 2 Tanagraeorum pompa, in qua epheborum pulcherrimus arietem (ἄρνα, i. e. κριὸν parvulum, ἀεξίκερων) humeris circum urbis moenia ferebat. Qui quidem mos, quia rituum origo mythice a diis duci solebat, Mercurio κριοφόρῳ fingendo occasionem dedisse videtur: unde porro sequitur, ut ubicunque Criophorus ille coleretur, ut in Messenia et apud Pheneatas (Pausan. IV, 33, 5. V, 27, 5), similem caerimoniam in usu fuisse suspicemur. Magno decori sine dubio habitum est, si quis ex ephebis ad portandum arietem eligeretur. Ita Thebis οἱ δαφνηφόροι, nobiles juvenes et forma conspicui, qui sacerdotio annuo praediti fuissent, Apollini Ismenio tripodem aeneum dedicare solebant, et quum hujus sacerdotii illustrandi caussa Hercules eo diceretur functus, tripus in rei memoriam ab Amphitruone dicatus in Ismenio ostendebatur, Pausan. IX, 10, 4. Quare si Tanagrae marmor inventum esset, de argumento non dubitaremus. Nunc Graecum quidem id ritum spectare liquet ex nominibus; sacrum eum fuisse, haud ambiguum, pastoricium veri est simile; sed propria quaenam ejus fuerit ratio, quod tempus, in obscuro est. Nihil propius ad nostrum monumentum contingit quam pictura Herculanensis Vol. VII tab. 56, in qua juvenis laureatus, nudus, tergum solum pelle sive διφθέρᾳ tegente, agnum caprinum collo ferens, quatuor pedibus in pectore manu dextra comprehensis, sinistra corbem cum frugibus ferens, pie, ut, videtur, auscultans adstat, cui mulier ex volumine evoluto vel carmen vel formulas sacras praeit. Pecus arae destinata videtur. Hinc etiam Satyrum Musei Florentini, haedulum eodem prorsus modo portantem, pedum dextra tenentem, pastoricio alicui deo sacrificare conjicio; cui statuae si distichon nostrum subscriptum legeremus, ita ut nomen additum dedicantis esset, omnia plana forent. In alia omnia ivit Hier. de Bosch Anthol. T. V p. 201.

166.

Αἰμιλίης ἄρχοντα σοφώτατοι ἐστήσαντο
βουλὴ καὶ βασιλεὺς τὸν σοφὸν Εὐσέβιον.

In basi statuae, quae dedicata est Eusebio V. Idus Novembris Cos. Fl. Mallio Theodoro (u. c. 1152). Praecedit inscr. Latina *Cronio Eusebio v. c. consulari Aemiliae cet.* Gruter. p. 399, 3. V. Bosch. l. l. p. 185.

167.

Στῆσε Σαβινιανόν, τὸν ἀοίδιμον ἡγεμονῆα,
ἀντ' εὐεργεσίης ἡ πόλις ἡ σφετέρη.

In ruderibus urbis Bosrae, supra portam. Burckhardt. Itiner. Syriae p. 232 (vers. German. I, 472), Richter. Wallfahrten im Morgenland 1822 p. 560 n. 18 cf. p. 156. Letronnius Aegypt. p. 415 Christianam inscriptionem esse censet ob crucis notam ante Στῆσε. Cf. n. 85, 4. Crux ita passim in titulis Christinianis ab initio apposita est, ut in tribus ap. Spon. Misc. p. 332. — Richter ΗΓΕΜΟΝΕΑ. Vs. alt. scriptum est ΛΝΘ. ἡγεμονέυς, Jacobs. Append. n. 161. Pocock. Inscr. p. 44 n. 2.

168.

Εἰκόνα Φοίβῳ στῆσ' Ἀντιστὰς Φανομαχόσσο[υ,
ἀθάνατον θνητῷ πατρὶ γέρας τελέσας,
Παιρισαδοῦς ἄρχοντος ὅσην χθόνα τέρμονες ἄκρ[οι]
Ταύρων, Καυκάσιός τ' ἐντὸς ἔχουσιν ὅροι.

Marmor in vicinia antiquae urbis Panticapaei repertum a. 1823, ed. Köhlerus *Description d'une médaille de Spartocus roi du Bosphore Cimmérien — à St. Pètersbourg* 1824 p. 59. — V. 1. *ΦΑΝΟΜΑΧΟΣΣΟ.* Köhlerus *Φανόμαχος Σόου*, vocem *ἀντιστὰς* nec in libris nec in titulis Graecorum hucusque inventam, de munere sacerdotali accipiens, quale Latinorum *antistes* significat. Sed quum nomen patris, cujus in Phoebi templo imago dedicatur, non facile deesse possit, et vocem *Σόου* versus nun ferat, *Ἀντιστὰς* filii, *Φανομάχοσσος*, si scriptura vera, barbarum patris nomen esse arbitror. Poteram etiam dativum ponere. — V. 2. Jac. Append. n. 150 *Εἰκόνα τήνδ' ἀνέθηκε μνημόσυνον θνητοῦ σώματος ἀθάνατον.* — V. 3. *ΠΑΙΡΙΣΑΔΕΟΣ.* Archonte Paerisade, qui Sindorum quidem et Maeotarum rex, Graecorum ad Bosporum Archon erat; isque titulus in monumentis regium praecedit. Fines civitatis Bosporanae eosdem, Scythotauros, prope Theodosiam, et Caucasum, tria alia monumenta indicant. Haec eruditissimus Köhlerus. — V. 4. *Καυκάσιος*, sc. *γῆς* v. Steph. B. *Καύκασος.* Cf. ad n. 57, 3.

169.

Καίσαρι ποντομέδοντι καὶ ἀπείρων κρατέοντι,
Ζᾶνι, τῷ ἐκ Ζανὸς πατρός, ἐλευθερίῳ,
δεσπότᾳ Εὐρώπας τε καὶ Ἀσίδος, ἄστρῳ ἁπάσας
Ἑλλάδος, ὃς σωτὴρ Ζεὺς ἀνέτειλε μέγας,
γαίᾳ ἐν [Α]ἰ[θι]όπων Κατίλιος ἁγνὸν ἔθηκε 5
γράμμ', ἀπ' [Ἀλεξ]άν[δρου] δεῦρο μολὼν πόλιος,
καὶ μέγαν [ἐκ] μεγά[λων] Τουρράνιον, ἄνδρα δίκαιον,
Αἰγύπτω πάσας φέρτατον ἀγεμόνα,

στάλᾳ ἐνεστάλωσεν· ἵν' εἰς τόδε νάσῳ ἔδεθλον
πᾶς ὁ μολὼν ὑμνῇ τὸν χθονὸς ὀλβοδόταν, 10
τᾷδε Φιλαὶ φωνεῦντι· [καλὸ]ν πέρας Αἰγύπτοιο
ἐμμὶ καὶ Αἰθιόπων γᾶς ὅριον νεάτα[ς.

Κατιλίου τοῦ καὶ Νικάνορος τοῦ Νικάνο[ρος]
L K̄ Καίσαρος Φαμενὼθ ΙΒ̄, ἐπὶ Νείλου στρατηγοῦ.

In pila aedificii (propylonem vocant) in insula Philis. Ediderunt Hamilton Aegyptiac. 1809 p. 52, Niebuhrius in Inscr. Nubiens. tab. XII, 39, non ex Gavii hoc epigramma, sed ex Angli Baillies schedis, tum ex Gavii apographo Letronnius, qui antea tetigerat et alibi et in Hist. Aegypt. p. 161, cum amplo et erudito commentario, qui bis eodem anno divulgatus est, in Diario Class. Vol. XXXII 1825 p. 298, et in eo, cujus editor est Ferussac, partis philol. Vol. III p. 397. Nomen sex versibus subscriptum ap. Hamiltonum non cohaerebat cum distichis, ita ut temporis, quam illi continent, notitiam nunc demum ex Gavii schedis Letronnius petierit. Anni nota dubia est; Niebuhr. legit *K Γ*, Letr. vel. *I E* vel *K*, qui annus est nostrae aerae vel 15 vel 10. Siquidem, quod idem Letr. conjicit, Catilius hic Nicanor, Nicanoris filius, Alexandrinus (v. 6), filius fuisse videtur Nicanoris, philosophi Alexandrini, quem filios Nicanorem et Dionysium habuisse Suetonius Aug. 89 testatur, quemque Augusti praeceptorem fuisse constat ex Dione C. II, 16 ubi v. Reimar. Ejusdem Catilii nomen redit in fragmento, quod ap. Nieb. est n. 40, *χθὼν ἀμβολὰς Κατίλιος*. — V. 1. *Ποντομέδων*, Neptunus ap. Pind. et Eurip. *Δεσπότης γῆς καὶ θαλάσσης*, Letronnio notante, vocatur Septimius Severus in titulis itemque Caracalla. — V. 2. ЄΛCΘЄΡΙΩ est in ipsis Gavii schedis, quas inspiciendas mihi commodavit vir praestantissimus. *Jovis Liberatoris* nomen Augustus gerit in inscriptione Denderana. Cujus

quum pater etiam Jupiter appelletur, locus Dionis XLIV, 6 vindicatur, a Palmerio sollicitatus, *Δία τε αὐτὸν Ἰούλιον προσηγόρευσαν*. Hoc etiam monuit Letronnius. In aliis titulis, ut in Deliaco, Cumano, in templo Mylasae est *θεὸς Ἰούλιος*, Augustus, *Καῖσαρ θεοῦ υἱός. Ζῆνι τῷ ἐκ Ζῆνος*, ad normam formulae *ἀγαθοὶ κἀξ ἀγαθῶν, εὐσεβεῖς κἀξ εὐσεβῶν*. — De divisione orbis terrarum in Asiam et Europam, a qua Callimachus etiam (in Del. 168), Tibullus (IV, 1, 176) et posteriorum multi non discesserunt, pluribus agit Letr. Graeciae sidus imperator est Graeco homini; non propter aliam caussam. — V. 4. Hamiltonus inter ΕΛΛΑΔΟC et ΜΕΓΑC nihil dat nisi ϵΓ. Gavius COCΩΤΙΠΡΤϵΧΓΑΝCΤCΙ, in quibus T est ⲧ; tum X in T mutandum vel ex Hamilt. Verba restituit Letr. Ceterum non de planeta Jove cogitasse poetam, sed imaginem ab astris in universum petitam esse, probant et ipsa illa epigrammata Anthol. Pal. VII, 670, Append. n. 329; neque est quidem *σωτὴρ* planetae epitheton. Orta autem erat in Augusto salus, tamquam Jupiter quidam Servator apparuerat. In Edicto Tiberii Julii Alexandri a Letronnio et aliis edito §. 2 legitur *παρὰ τοῦ ἐπιλάμψαντος ἡμῖν ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῦ παντὸς ἀνθρώπων γένους εὐεργέτου Σεβαστοῦ αὐτοκράτορος Γάλβα*. — V. 5. Letr. quum prius hemistichium in Gavii apogr. minus distinctum sit, supplevit *Ἴσιδος ἐν νάσῳ*, quo nomine in aliis titulis metro conclusis insula Philarum appellatur. Anglus litteras plures agnovit, unde verum restituere Niebuhrio licuit. Et eodem ducunt vestigia, quae in schedis Gavii exstare vidi. ΥΑΙCΝΙΙCΙΙ. *Ἀλεξάνδρου* v. 6 dedit uterque; et Letr. quidem totum de conjectura, Niebuhrius syllabam *αν* in apogr. suo invenit, in quo etiam *δεῦρο* legitur integrum. *Γράμμα*, Letronnio notante, hic est epigramma cf. Antipat. Sid. ep. 93, 2, Leon. Alex. ep. 17, Marc. Argent. ep. 32; *ἁγνὸν* autem spectare videtur ad *στήλην* v. 9 memoratam; eoque Letr. trahit exi-

tum fragmenti Dorica dialecto scripti *καὶ καλὴ σώζοι Κύπρις*, quae verba de Augusto facile dici potuerint, ob patrem Caesarem, opinor. Nam imperatorem una cum praefecto honorari par erat. — V. 7. Gavii schedae *ΠΟΙΡΡΑΝΙΟΝ*, non *Τουῤῥάννιον*, liquida duplicata ut in *Τῦραννίων*. Turanii persona ignota est; incidit enim administratio ejus in spatium 32 aut 34 annorum, in quo qui Aegypti fuerint praefecti nesciri, antea ostenderat Letronnius Hist. Aegypt. p. 171. — V. 9. *στηλοῦν τινα στήλῃ ἀνατιθέναι εἰκόνι τινά*, nove dictum, et novum est compositum *ἐνστηλοῦν*. Schedae *ΕΔΕΘΛΟΝ*. Vox *ἔδεθλον* non domicilium dei, templum Isidis, significare videtur, sed periphrasin facit, insula est *ἔδεθλον*. — 11. *τᾷδε*, *ubi*. Fuerunt Philae in Aegypti finibus sitae, non Graecorum tantum Romanorumque tempore, sed veteris etiam Aegyptorum imperii, de quo v. Letr.

170.

Σὸν δέμας ἔκπαγλον τεῦξαν θεοὶ αἰὲν ἔοντες,
φεισάμενοι χώρης πυρίδα μαζομένης·
ἐς μέσον εὐθύναντες ἀρουραίοιο τραπέζης,
νήσου πέτραίης ψάμμον ἀπωσάμενοι·
γείτονα πυραμίδων τοίην θέσαν εἰσοράασθαι, 5
οὐ τήν Οἰδιπόδαο [βρ]οτοκτόνον ὡς ἐπὶ Θήβαις,
τῇ δὲ θεᾷ Λητοῖ πρόσπολον ἁγνοτά[την],
[εὖ μάλα] τηροῦσαν πεποθημένου ἐσθλὸν [ἄνακτα],
γαίης Αἰγυπτίοιο σε[β]άσμιον ἡγητῆρα. . . . .

Scripta haec sunt cum quatuor aliis versibus turpiter habitis, quarum litterae plurimam partem plane exesae sunt, in Aegypto in Sphingis digito secundo pedis. Pessime transcripsit Caviglia, ex cujus apographo emendatiora edi-

dit Youngius, additis versionibus Latina atque Anglica, *Quarterly Review* Vol. XIX p. 411. Walpolius *Travels* p. 603, quum in regione quadam Memphitica Latonae templum fuisse ex Stephano B. constet — *Λητοῦς πόλις, μοῖρα Μεμφίδος, καθ' ἣν αἱ πυράμιδες καὶ Λητοῦς ἱερόν* — idem e regione sphingis colosseae, et quidem inter pedes ejus medium exstructum fuisse conjicit. Memorabile est subscriptum auctoris nomen *Ἀρριανός*; Youngius de Arriano historico haud ignobili cogitat. — V. 1. *ΕΠΙ ΛΙΥΟΝΤΕΤΣΑΝΟΙΟΝΙΕΝΕΟΝΤΕC.* 2. *ΨΕΙCΑΜΕΝΟΙ*, *parcentes*, immo benefacientes terrae feraci, *triticum pinsenti*, *πυροφόρω* n. 195, 5. Ita Libya ornatur epitheto *μαλοφόρος*. — *ΠΙΤΡΙΑΙΑΜΑΖΟΜΕΝΗC.* *πυρίς*, pro *πυρός*, forma antea non nota: nec magis *μάζομαι*, pro *μαζάομαι*. — V. 3. *ΑΡΟΤΘΑΙΟΙΟ.* Youngius vertit, *in medium erigentes arvensis tabulae.* — V. 5. *ΕΙΟΡΑCΘΑΙ.* *θῆκεν ὁρᾶσθαι* ex inscr. ap. Falconer. Athlet. p. 149 affert Walpol. — V. 6. *ωCΕΙΠΙΘΗCΑΙ.* — V. 7. *ΑΕΟΕΑ*, quibus liquet inesse *ΑΕ ΘΕΑΙ*; neque magis dubium, qui praecedunt apices laceri, eos continuisse *ΤΗΙ.* — V. 8. In versus initio et fine vestigia litterarum sunt admodum incerta. In medio legitur *ΠΕΠΟΕΗΜΗΝΟΝ.* — V. 9. *ΓCΙΙΗC.* Reliqui versus laudes praefecti continuerunt, in quibus verba quaedam legi possunt, ut *οὐρανὸν μέγαν*, [*θεοῖς*] *ἵκελον θ' Ἡφαίστῳ* vel *εἴκελον Ἡφαίστῳ*, *ὁσιώτατον*, *γαῖαν*, praeterea nihil, ita ut his tamen explendis supersedere licuisset Anglo erudito.

EX LIBRIS EDITIS.

171. (31.)

Φειδίας Χαρμίδου υἱὸς Ἀθηναῖος μ' ἐπόησε.

Sub pedibus Jovis Olympii. Pausan. V, 10, 2, i. e. in hypopodio (cf. 11, 2). In Φειδίας Jota mutum est, ut in Αἰγυπτίας Iliad. IX, 582, σχετλίη III, 414, διακοσίους Anthol. XI, 146, Ἀφροδισιάς Jacobs. Not. crit. p. CIII. κραδίη Append. n. 233. υἱὸς metri gratia additum est.

172. (26.)

Φόρμις ἀνέθηκεν.

Ἀρκὰς Μαινάλιος, νῦν δὲ Συρακόσιος.

In latere alterutro equorum a Phormide, et Gelonis et Hieronis fortissimo duce, Jovi Olympio dicatorum. Τὰ πρῶτα οὐ σὺν μέτρῳ. Pausan. V, 27, 1.

173.

Κρὴς Ἄλκων Δι[δύμοις] Φοίβῳ στέφος Ἰσθμ' ἑλὼν πύξ.

Legitur hic versus inter epigrammata miscellanea quatuor foliorum Codici Vatic. agglutinatorum, supra quidem scripto nomine Σιμωνίδου. Huschk. Anal. crit. p. 198. Διδύμοις est ex mea conjectura.

174.

Βάστα Κάρας, Σάμιος, Ἥρῃ τὴν θῆρ' ἀνέθηκε.

Sami in Heraeo. Hesych. *Βάστα Κάρας, δύο ταῦτα ὀνόματα. ἐπιγέγραπται δὲ ἐπὶ ἀναθήματος ἐν Σάμῳ ἐν τῷ τῆς Ἥρας ἱερῷ οὕτω· Βάστα Κάρας Σάμιος Ἥρῃ τήνδε θήρην ἀνέθηκε.* Nomen in proverbium abiit; de divitibus enim et nobilibus (*ἐπὶ τῶν παχέων*) eo uti soliti sunt. Proverb. Vat. I, 16 et Gramm. MS. ap. Bast. ad Gregor. Cor. p. 125. Bastae genus Caricum fuisse videtur, nam nomen est barbarum, ideoque non flectitur. Forma *θήρην* extat in Vita Pind. vs. 4; hic fuit *ΘΗΡΑΝΕΘΗΚΕ*; post, quia *ἔθηκε* minus vulgare quam *ἀνέθηκε*, syllaba *ΑΝ* bis scripta est, v. ad n. 57, 5. Qua denuo deleta, critici vel *τήνδ' Ἥρῃ θήραν* vel *Ἥρῃ τὴν θῆραν ἔθηκε* emendarunt. Mihi tamen *θήρα*, *praeda*, omnino non ferendum videbatur; quia animal aeneum Junoni dedicatum erat, leo, puto, non *θήραμα*, captura aliqua, quam vel pauperior donare potuisset. Quare accusativum *θῆρα* posui. *Θῆρα Νεμείης* et *τὸν Νεμέας θῆρ' ἄπλετον* habent epigrammata in Herculis labores. Femininum est ap. Sophocl. Phil. 1146. *ὦ πταναὶ θῆρες*, quod in majore bellua eo facilius ferendum, quo frequentius de variis bestiarum generibus Graeci femininum usurpant. Ab emendationis veritate simul pendet forma rhythmica, solennis ea in ejusmodi dedicationibus. Illa enim admissa metro nihil obstat praeter *τήνδε* pro *τήν*, quae ab eodem, qui in locum feminini minus noti *θῆρα* substituendo *θήρην* versum everteret, facile permutari poterant.

175. (p. 5.)

Ἀντ' εὐεργεσίης Ἀγαμέμνονα στῆσαν Ἀχαιοί.

Versus in Agamemnonis herma litteris antiquis exaratus, Menecle teste vel Callistrato ap. Harpocr. v. Ἑρμαῖ. Pro στῆσαν, correpta syllaba antecedente, Suidas Proverb. II, 90 habet τῖσαν. Correptio eadem in nomine Φιλοστόργιος Anthol. IX, 194 et in versu comico ap. Diog. L. II, 108 ἔχων Δημοσθένους τὴν ῥωποστωμυλήθραν. Affatim exemplorum est, Jacobsio notante, in commentatione Zinserlingii a Gaisfordio ad Hephaestionem exhibita. Quod Zenobius II, 11, qui Mesonem, Megarei filium, versum fecisse refert, et Dioganianus I, 99 ponunt δῆσαν, epigraphes est parodia. Hermas Athenis in honorem civium de patria meritorum decerni solitos esse, ex Aeschine in Ctesiph. p. 80, Demosthene adv. Lept. c. 93 et Plutarcho Cimon. p. 482. E cognoscitur, a quorum copia nomen traxit porticus hermarum οἱ Ἑρμαῖ dicta Fuit in illa etiam Agamemnonis herma. Versus ab Aeschine citatos Schaeferus nuper in Appar. ad Demosth. T. III p. 220 monuit unius fuisse inscriptionis ita tripartitae, ut trium singuli hermarum suam sibi partem epigrammatis insculptam haberent.

176.

Πρόσθε μὲν ἀμφ' ὤμοισιν ἔχων τραχεῖαν ἄσιλλαν,
ἰχθῦς ἐξ Ἄργους εἰς Τεγέαν ἔφερον.

Aristot. Rhet. I, 7 et 9, ubi docet, quantum rerum actarum gloria difficultatibus vel aetatis, vel loci, vel condicionis superatis augeatur. Brunck. Lectt. p. 25. Jacobs. Anim. T. I p. 272, qui in nova ed. hoc distichon praeter-

misit. Apponi potuisset Simonideis T. II p. 783 ss. Simonidi enim ab Eustathio ad Odyss. Ξ p. 1761 tribuitur. In Gaisfordii fragmentorum collectione est n. 109.

177.

Τῶν δ' ἱερογλώσσων Κλυτιδᾶν γένος εὔχομαι εἶναι
μάντις ἀπ' ἰσοθέων αἷμα Μελαμποδιδᾶν.

Exitus epigrammatis in Eperastum Eleum, clypeato cursu victorem simulque vatem. Pausan. VI, 17, 4. Epigrammatis in hoplitodromum Argivum fragment v. ap. Boeckh. n. 17.

178.

Σισυφίαν δὲ μολεῖν χθόν' ἐκώλυεν ἀνέρα νείκη
ἀμφὶ Μολιονιδᾶν οὐλομένων θανάτῳ.

Ex ἐλεγείῳ in statua Timonis Elei in Olympia palmas ab eo in quinquertii certaminibus reportatas recensente, addita causa, ob quam Isthmicae non fuerit compos coronae. Pausan. V, 2, 4. cf. VI, 15, 2. Bonad. T. I p. 278. Non veram illam fuisse Eleorum a certaminibus Isthmicis excludendorum caussam, sed fictam et fabulosam, vidit jam Plutarch. de Pyth. orac. 13.

179.

Ὦ τροφὲ Πουλυδάμαντος ἀνικάτου Σκοτόεσσα.

Ex ep. in imaginem, ut videtur, Polydamantis, Olympionicae. Pausan. VII, 57, 3.

180.

Χαλκὸς ἐμῆς χειρὸς πολλὸν ἐλαφρότερος.

Extremus hic erat versus epigrammatis in Philumenum Lydum, palaestritam, Theodosii Magni temporibus

clarum, qui signo aeneo percusso coegerat aes ut subsideret, ob eamque rem statua ipse donatus erat. Vid. Catal. Olymp. Scalig. Pertinet ad hunc Philumenum inscr. Lat. ap. Fabrett. Inscr. athlet. p. 115.

181.

Τόνδε νέον Χρύσιππον Ἀριστοκρέων ἀνέθηκε
τῶν Ἀκαδημιακῶν στραγγαλίδων κοπίδα.

Aristocreon, Chrysippi discipulus et familiaris, sub magistri, quod statuebat, signo aeneo scripsit. Plutarch. de Stoic. repugn. 2. Bonad. T. I p. 403.

182.

Νῆα μέλαιναν ἱδρύσατο τῇδ' Ἀγαμέμνων,
Ἑλλήνων στρατίης σῆμα πλοϊζομένης.

In nave e lapidibus in Euboea ab Agamemnone ad placandam Dianam posita. Reliqua tempus deleverat. Supra fuit scriptum *Τήνιχος* (f. *Τύννιχος*) *ἐποίει Ἀρτέμιδι Βολοσίᾳ*. Procop. B. Goth. IV, 22. De epitheto *Βολοσία* v. ad n. 119.

182.*

Βόϊσκος ὁ ἀπὸ Κυζικοῦ, παντὸς γραφεὺς ποιήματος
τὸν ὀκτάπουν εὑρὼν στίχον Φοίβῳ τίθησι δῶρον.

Marius Victorinus p. 2528. *Admonemur hic quod apud Graecos celebratur non praetermittere, Boiscum Cyzicenum supergressum Hexametri legem, jambicum metrum in octametrum versum extendisse, sub hujusmodi epigrammate.* Rufin. p. 2712. Liber dedicatur n. 134.

EPIGRAMMATA PROMISCUA.

EX MARMORIBUS.

183.

. . . . Κ]λαύδιος — — καὶ Κλαύδιος — — . . ηθέντες καὶ ἐμβα . . . — — τὸν ὑπογεγραμμένον — παλαιὸν χρησμόν. [Τ]ὸν χρησμὸν ἔδοξεν τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ τῆς μητροπόλεως τῆς Ἀσίας καὶ δὶς νεωκόρου, πρώτης Περγαμηνῶν πόλεως, ἐν στήλαις ἀναγράψαντας ἐπί τε τῆς ἀγορᾶς καὶ τῶν ἱερῶν ἀναστῆσαι.

Τηλεφίδαις, οἳ Ζηνὶ πλέον Κρονίδῃ βασιλῆϊ
ἐξ ἄλλων τιεσκόμενοι, Τευθραντίδα γαῖαν
ναίουσιν, καὶ Ζηνὸς ἐρισμαράγοιο γενέθλῃ,
ἠμὲν Ἀθηναίῃ πολεμηδόκῳ Ἀτρυτώνῃ,
ἠδὲ Διωνύσῳ λαθικηδέϊ φυσιζώῳ, 5
ἠδὲ καὶ ἰητῆρι νόσων Παιήονι λυγρῶν·
οἷσι πάρ' Οὐρανοῦ υἷες ἐθήσαντο Κάβειροι
πρῶτοι, Περγαμίης ὑπὲρ ἄκ[ρι]ος, ἀστεροπητὴν
τικτόμενον Δία, Μητρῴην ὅτε [χα]στ[έρα] λῦσ[ε·
φαίην κ' ἀτρεκέως ἀψευδέσιν ἀλκαισ.ομ.. 10
ὡς μὴ δηρὸν ὑπ' ἀργαλέῃ ῥύοιτό γε νοῦσῳ
Αἰακίδης λαός. τὸ δ' ἐμῷ κεχαρισμένον ἔσται
ὑιεῖ. τὸ κέλομαί σε, Θεάριλος, ἡγέτα λαοῖο,
τέτραχα μὲν διακρῖναι ἐφ' ἡγητῆρας ἅπαντας,
ὅσσοι ὑπὸ ζαθέην τύρσιν χλαμυδηφόροι εἰσίν, 15
καὶ πίσυρας στιχάδεσσιν ἐφ' ἡγεμονῆ[ας] ὀπάσσαι.

τῶν ἡ μὲν Κρονίδην ὕμνῳ, μία δ' Εἰραφιώτ[ηθ',
ἡ δ' ἑτέρη κούρην δορυθαρσέα Τριτογένειαν,
ἡ δ' Ἀσκληπιόν ἄλλη, ἐμὸν φίλον υἱέα, [τιμ]ᾷ.
ἑπτὰ γεραιρόντων εἰς ἤματα μῆρ' ἐπὶ βωμῶν, 20
Παλλάδι μὲν μόσχου, διέτηρον ὃς ἄζυγός, ἁγνοῦ
δαίοντες, τριένου δὲ βοὸς Διὶ καὶ Διὶ Βάκχῳ.
ὡσαύτως καὶ παιδὶ Κορωνίδος ἠθαλέοιο
ταύρου μήρια ῥέζοντες προτιτύσκετε δαῖτα,
ἠθεοι χλαμύδεσσ' ἀμφεαμένοι ὅπποσοι ἐ[στέ], 25
μὴ σφετέρων νάσφιν πατέρων, [μ]οίρη δ' ἐφεκάστη
αἰτέεθ', ὡς τηλουρὸν ἐς ἐχθροτάτων χθόνα φωτῶν
ἐκτόπιος προνέοιτ[ο . . . . .

»Pergami penes quendam Graecum Joannem a Chio extat tabula marmorea, quae dum restituerentur aedes, anno circiter 1818 effossa fuit. Litterae elegantes, tametsi dimidium Anglici pollicis altitudine vix excedant. Earum forma carminis vetustatem indicat.« Haec Comes Vidua, cui eximii marmoris debemus apographum, Inscr. antiqu. p. 14. Sequitur lapidis descriptio, in latere utroque integri, sed supra et infra confracti. Quod in Diario Eruditor. 1827 p. 20 Letronnius Alexandriae Troadis erutum refert, error fuit ipsius editoris, quem mox, ab illo monitus, nova inserta plagula, ex schedis correxit. De tempore inscriptionis Letronnius animadvertit, praenomen Claudii non ante imperatorem Claudium Graecis nominibus addi solitum esse, et titulum *δὶς νεωκόρου* Pergamo urbi in numis non nisi post Marcum Aurelium dari (Eckh. D.N.T. II p. 472); unde dubia ei res videtur, quam editor memorat, characterum vetustas. In senatus populique decreto quod vetustum dicitur oraculum (*παλαιὸς χρησμός*), urgere nolo. Solebant enim vaticinia pro re nata conficta

tanquam vetera produci. Exemplo sit Sibyllinum oraculum de festi saecularis ab Augusto celebrandi caerimoniis; de quo ita statuens non videor errare. Jota dativo ubique adscriptum est. Z forman habet litterae H obliquatae. Pro ῑ ponitur ει, v. 3 ΕΙΗΤΗΡΙ, v. 14 ΔΙΑΚΡΕΙΝΑΙ, v. 18 ΤΡΕΙΤΟΓΕΝΕΙΑΝ. Caeterum Gryneum Apollinem, cujus praeterea carmina non supersunt, hoc nostrum edidisse, vix me sinit dubitare loci et propinquitas et cum Pergamenorum civitate conjunctio. Grynus enim filius dicebatur Telephidae Eurypyli. V. Serv. ad Virgil. Ecl. VI, 72, quem ex Euphorionis Chiliadibus hausisse Meinekius ostendit ad Euphor. p. 102. In explicando carminis argumento et toto contextu litteras minoribus in tabula aenea hic illic appictis nihil adjutus sum, quum sola vera sit correctio ΛΟΙΜΟΙΟ v. 27. Quatuor, quibus ab Apolline honores imperantur, deos principales fuisse Pergamenorum, docent numi. Habent ii praeterea, sed multo minus frequenter, Apollinem, quem a se ipso commendari et juxta filium invocari non conveniebat. Rudera templorum, et Minervae quidem in acropoli, Aesculapii in Selini ripa, Jovis etiam, si conjecturam admittas, indicat Choiseulius in Itiner. T. II p. 32 — 34. Fanum Bacchi memoratur a Dione XLI, 61. Aesculapii maxime cultu celebre erat oppidum, quod longe clarissimum Asiae vocat Plinius V, 33. Illius splendidissima fuerunt solemnia, asylum etiam eidem assignatum, Tacito teste Annal. III, 63. Cognomen numi aliquot dant Servatoris, et Aristides de Concord. T. I p. 520 Jebb. Pergami partium, nisi quis oppida dicere velit, honorificentissimum esse dicit ultimum segmentum, ὃ τῷ Σωτῆρι καθωσίωται. *Pergameum* deum dicit Martialis IX, 16. De quo praeter Galenum et Aristidem v. Pausan. II, 11, 7. 26, 7. III, 26, 7. V, 13, 2. Herodian. IV, 8. Lucian. Icaromen. 24. Stat. Silv. III, 4, 23. — ΤΗΛΕΦΗΛΑΙ ΣΟΙ. His litteris insunt etiam haec verba τῆλ' ἐφ' Ἰδῃ

σοί. Telephidae, Pergameni, ut Anthol. Pal. T. II p. 651 n. 91 cf. infra n. 211; Arcades enim esse volebant, ut ait Pausanias I, 4, 6, et quidem eorum ex genere, qui cum Telepho in Asiam trajecissent. Cf. Strab. XIII p. 615. Aeacidae iidem v. 12, quamvis ad Trojam Aeacidarum inimici, a Pergamo, Pyrrhi Aeacidae et Andromaches filio, quem ex Epiro in Asiam migrasse fabulati sunt (Paus. I, 11, 1), et quem numi etiam repraesentant, addita voce κτίστης. Aeacidae autem et Telephidae totus populus, ut Spartani Ἡρακλῆος ἀνίκητον γένος a Tyrtaeo dicuntur, Athenienses Ερεχθεῖδαι, Κεκροπίδαι, Θησεῖδαι, Κοδρίδαι vel Αἰγεῖδαι, Romani Aeneadae, Argivi Inachidae, Corinthii Sisyphidae. Ζηνὶ τιεσκόμενοι, ut Odyss. VIII, 472 λαοῖσι τετιμένον. Ep. mutilum in poetam Paeonium ap. Gruter. p. 286, 6 αἰεὶ ἐϋμελίῃσι τετιμένος ἡγεμόνεσσι. — V. 2. Pergamum olim Teuthraniam dictam notat Paus. I, 4, 5. 11, 2. — V. 5. ΔΙΟΝΥΣΩΙ, producta ob metrum vocali brevi. ΦΥΣΙΖΩΙΩΙ, ut n. 135, 7. ΠΑΤΡΩΙΝΟΥΣ. In Anthologia ῑ saepe longis vocalibus adscriptum, v. Jacobs. Not. crit. et sic fere in Cod. Platonis Clarkiano. Etiam v. 19 male adjectum est Jota in ΑΛΛΗΙ. Quam aptum Bacchi epitheton sit φυσίζωος, ex iis patet, quae exposuimus in Supplem. ad Trilog. Aeschyl p. 186 ss. φυσίζοον πηγήν Nonn. XXXV, 69, ubi vett. Codd. φυσίζωον. — V. 6. ΝΟΣΟΝ pro ΝΟΣΩΝ, nescio an non transcribentis errore. Sic v. 11 et 28 ΟΣ pro ὡς et v. 20 ΒΩΜΟΝ pro βωμῶν. Παιήων hic est Aesculapius (Coronidis filius v. 23) ut ap. Aristoph. Plut. 636, Antimach. a Galeno Antidot. I p. 429 citatum, Callistr. 10 p. 158, 17, ubi v. Jacobs. Nicomed. medicum in Anal. II, 384, 9, in hymno marmoris Cassellani a Gesnero olim editi, nunc ap Boeckh. n. 511 et fortasse etiam in ep. nostro 31 cf. n. 135. Paean etiam dictus est Sophoclis in Aesculapium hymnus. — V. 7. οἷσι πάρα Τηλεφίδαις, nimirum ante populi ipsius tempora, in

eorum urbe. Natum ex Rhea in Pergami arce Jovem, praesentibus Cabiris, Coeli filiis, nondum noveramus. Sed lucem huic loco affundit fragmentum ex Aristidis Panegyrico ἐπὶ τῷ ὕδατι ἐν Περγάμῳ in ejusdem Declam. Leptin. Bonnae 1827 p. XVI a Grauerto, post Ang. Majum, editum. Ἐξ ἀρχῆς δ' ὡς ἔοικε τὰ κάλλιστα ἐδόθη τῇ πόλει καὶ παρὰ θεῶν καὶ παρὰ ἀνθρώπων. τοῦτό μοι πρεσβύτατοι δαιμόνων ἐνταυθοῖ λέγονται γενέσθαι Κάβειροι, καὶ τελεσταὶ τούτο.ς καὶ μυστήρια, ἃ τοσαύτην ἰσχὺν ἔχειν πεπίστευται, ὥστε χειμώνων τε ἐξαισίων . . . Desunt reliqua. Quare non mirandum, Cabiris Pergamenorum terram antiquitus sacram fuisse, quod ex Pausan. I, 4, 6 constat, fere ut Elei sacri Jovi Olympio crediti sunt v. Strab. VIII p. 333. 358. Mystica autem Cabirorum religio caussa fuit, quare non una cum ceteris Pergami diis invocari poterant. — V. 8. Περγαμίη ἄκρις, τὸ Πέργαμον, de quo haec Strabo XIII p. 623: Ἔστι δὲ στροβιλοειδὲς τὸ ὄρος εἰς ὀξεῖαν κορυφὴν ἀπολῆγον. Ultima vox mutila Α.ΤΕ.Ο.. Ϟ Η (Ϟ pro Τ) — V. 10. ΚΕΑΤΡΕΚΕΩΣ, sine elisione, ut etiam v. 20 ΜΗΡΑΕΠΙ, v. 25 ΧΑΑΜΤΑΕΣΣΙ et v. 28, quum v. 17 scriptum sit ΗΑΕΤΕΡΗ et v. 27 ΠΑΡΑΘΑΝΑΤΩΝ. Post ἀψευδέσιν ΑΑΚΑΙΣ. ΟΜ., quibus litteris quale substantivum insit nondum reperio. Num derivativum a στόμα? Jacobsius optime conjicit ΑΙΣΜΑΣΙΝ ΟΜΦΗΣ — V. 11. ΟΣ v. ad 6. μὴ δηρον, brevi tempore. — V. 13. ὑιεῖ, Aesculapio. τὸ, propterea, v. locos ap. Matth. Gramm. Gr. T. II p. 585, Hermann. ad Viger. p. 706; nisi corrigere placet τῷ. ΟΑΟΙΟ, scilicet ΑΑΟΙΟ, coalescentibus Α et Ο, ut n. 190, 6 in Ἀὐγείαο ἐφορει. ἡγέτης λαοῦ est vel prytanis eponymus, notus ex decretis ap. Joseph. A. J. XIV, 10, 22 et Spon. Miscell. p. 348, vel στρατηγός, quem quidem magistratum numi inde a Domitiano constanter repraesentant. — V. 14. ΕΦΗΡΗΤΗΡΑΣ. — V. 15. τύρσις, arx, ut ap. Pind. Ol. II, 127 de arce Saturni. — V. 17. Repetitis pluribus litteris

ΥΜΝΩΙΜΝΩΙ. Εἰραφιώτης, Bacchus, v. Supplem. Trilog. p. 188. — V. 19. Ex ultimi verbi vestigiis . . . ΙΗΙ apparet, sculptum fuisse ΤΙΜΑΗΙ, quod pronunciando contrahitur ut ΑΛΟΙΟ. — V. 21. Forma διέτηρος deest in lexicis; sed τριέτηρον habet Schneid. Intell. χρόνον. — V. 22. Nota Pergamenorum Baccho Jovi sacrificatum bovem. Eckhel l. l. p. 472 numum Severi referens, quem Mionnetus quidem omittit, cum Baccho basi insistente et popa taurum feriente, non alterum se exemplum caesi Baccho tauri novisse fatetur. — V. 26. ΛΟΙΡΗΛΕΦΕΚΑΣΤΗ. μοῖρα, pars, ap. Homer. ἐφεκάστη scribendum videbatur ad exemplum verbi ἐπάλληλος. Tmesis, si ἐπὶ cum σπένδοντες jungatur, durior est, nec sensus satis clarus; referenda enim foret praepositio ad preces, αἰτεῖτε. — V. 28. ΑΙΤΕΕΤΕΟΣ. Tum ΚΛΟΟΛΑΝΩΝ. Precationis hujusmodi non desunt exempla.

184.

Ἅπαντα πράξεις εὐτυχῶς, θεὸς λέγει,
βοηθὸν ἕξεις μετὰ Τύχης τὸν Πύθιον.
γῆ σοι τέλειον καρπὸν ἀποδώσει πόνων,
δύναμις ἄκαιρος ἐννόμοισιν ἀσθενής.
ἐρᾷς δικαίων ἐκ γάμων ἰδεῖν σποράν, 5
ζάλην μεγίστην φεῦγε, μή τι καὶ βλάβῃς.
ἥλιος ὁρᾷ σε λαμπρός, ὃς τὰ πάνθ' ὁρᾷ,
θεοὺς ἀρωγοὺς τῆς ὁδοῦ ταύτης ἔχεις.
ἱδρῶτές εἰσιν, πλὴν ἁπάντων ἐπιέσῃ,
κύμασι μάχεσθαι χαλεπόν, ἀνάμεινον, φίλε. 10
λόγος διελθὼν πάντα σημαίνει καλῶς,
μοχθεῖν ἀνάγκη, μεταβολὴ δ' ἔσται καλή.
νικηφόρον δώρημα τὸν χρησμόν τε[λεῖ],

ξηρῶν ἀπὸ κλάδων καρπὸν οὐκ ἔσται λαβ[εῖν].
οὐκ ἔστι μὴ σπείραντα θερίσαι κάρπιμα, 15
πόλλους ἀγῶνας διανύσας λήψῃ στέφος.
ῥᾷον διάξεις ἔτι βραχὺν μείνας χρόνον,
σαφῶς ὁ Φοῖβος ἐννέπει, μεῖνον, φίλε.
τῶν νῦν παρουσῶν συμφορῶν ἕξεις [λύ[σιν,
ὑπόσχεσιν τὸ πρᾶγμα γενναίαν ἔχει. 20
φαύλως τι πράξας μετὰ χρόνον ἐν[ί]ψῃ θεοῖς,
χρυσοῦν ποιήσεις χρησμὸν ἐπιτυχών, φίλε.
ψῆφον δικαίαν τήνδε παρὰ θεῶν ἔχεις,
ὠμὴν ὀπώραν εἰ λάβῃς, οὐ χρήσιμον.

In marmore prope urbem Phinecam in Lycia ora reperto. Ediderunt Walpol. *Travels* p. 589 ex apgrapho architecti Cockerelli, additis notis Akerbladi, Blomfieldii suisque, hinc Boissonadius ad Max. Planudis Metamorph. Ovid. Graece vers. p. 600, tum Graefius, Anglici libri ignarus, in Act. Petropol. T. VIII p. 706 ex schedis, quas Akerbladus a Gu. Gellio, ab hoc Koehlerus acceperant. Walpolius ait partem esse inscriptionis; non animadvertit igitur versus ordine alphabetico decurrere, ut hymni duo in Bacchum et Apollinem in Anthologia IX, 524 s. et praecepta monosticha his verbis v. 1 θεὸς λέγει et his in fine ψῆφον — ἔχεις quasi includi, sive introitum justum et exitum binis ab initio et in fine versibus constitui. Carmen est in suo genere egregium. Verborum emendatio nec difficilis est in hoc carmine neque dubitationi in plerisque obnoxia. Pars mendorum a describente profecta videtur. Quod utut sit, falso scriptum invenimus *P* pro *Π*, v. 9 *ΕΡΙΕCΗ*, *P* etiam pro *B*, v. 12 *ΜΕΤΑΡΟΛΗ*, v. 14 *ΛΑΡ εῖν*; porro *I* pro *P*, v. 17 *ΧΙΟΝΟC* pro *ΧΡΟΝΟΝ*, *I* pro *Π*, v. 20 *ΤΟΙΡΑΓΜΑ*, *I* pro *Γ*, v. 11 *ΛΑΙΟC* pro *ΛΟΓΟC* et v. 16 *ΑΙΩΝΑΕ* pro *ΑΓΩΝΑC*, denique in hoc eodem verbo, uti

etiam v. 22 in *ΧΡΥΕΟΥΝ*, *Ε* pro *C*, sigmate quadrato, quo ubique usus est quadratarius. Indidem ortum v. 18 *ΓΑΦΩC* pro *CΑΦΩC*. Quorum plurima correxit jam Akerbladus, v. 9 *ΕΠΙΕCΗ*, 12 *ΜΕΤΑΒΟΛΗ*, 16 *ΑΙΩΝΑC*, 17 *ΧΡΟΝΟΝ*, 18 *CΑΦΩC*, 20 *ΠΡΑΓΜΑ*.

Oracula collecta continet Anthol. Pal. XIV, 65 ss. Praecepta dii in responsis saepe usurpabant; exempla habes ap. Herod. VI, 86, Aelian. V. H. III, 43, Julian. in Caes. p. 314. Sed cetera fere singulas spectant virtutes et officia pro diversa consulentium indole, fortuna vitaeque condicione; hoc nostrum quasi commune multis editum oraculum varias vitae prudenter instituendae rationes complectitur. Habet id proprium etiam illud, quod bini versus argumenti quodam nexu juncti carmen in duodecim disticha dirimunt: quod sententiarum vinculum maxime conspicuum est in disticho 1. 3. 4. 5. 8. 9. 11. Hinc si ad reliqua te converteris, in his etiam consensum quendam inter utrumque versum facile deprehendes, qui si magis tectus et abditus est, vel ambiguus, non eo vituperandus propheta; hac enim via aenigmaticum et gravitatis obscuritatisque plenum genus, quod vaticiniorum proprium est, etiam in eo argumento, a quo alienum videri possit, multa cum arte imitatus est. Similem autem legem et rationem fuisse suspicor *τῶν τεσσαρεσκαιδεκασυλλάβων* et *ἑκκαιδεκασυλλάβων* Sapphonis, quos per disticha in veteribus exemplaribus scriptos refert Hephaestio p. 111. 117 (63. 65.) Jamborum paria duodecim non temere constituta videntur, sed congruenter ad mensium numerum, qui est Apollineus. Editores veram hanc rationem egregii in suo genere carminis, cujus praestantiam forte non satis perspexerunt, magis etiam interpunctione abscondiderunt, in singulorum versuum fine distinctione posita minore, quasi omnia aequaliter cohaererent. Neque mirandum hac ratione plurima vel subobscura vel inepta visa esse, quae ingeniosa

sunt et intellectum habent certum. Celebriora vaticinia marmori solita esse insculpi, etiam ante hoc nostrum inventum haud ignotum erat. Delphis enim olim Cyriacus de lapide transcripsit oraculum ab Herodoto I, 47 litteris mandatum cf. Wessel. et Dobraeus in Diar. [Class. T. XXX p. 146. Jam de singulis videbimus.

1. ΠΡΑΞΙC, ut v. 2. et 19 ΕΞΙC, v. 17 ΔΙΑΞΙC; contra ΝΕΙΚΗΦΟΡΟC v. 13. — V. 2. ΠΙΤΘΕΟC. Ita scriptum est, Walpolio notante, in numis duobus cum Apollinis imagine ap. Spanhem. ad Callim. in Apoll. 70, similiterque Καλλέου ap. Euseb. aliosque pro Καλλίου, Ἀρσενοΐτης, Vales. ad Socr. E. H. VI, 144. Addo ΠΟΛΕΟΤΧΟC ap. Walpol. n. 586 et ΠΙΤΘΕΟC in numis Smyrnaeis ap. Mionnet. T. III p. 200. 203, ΒΤΣΕΟΥ ap. Boeckh. n. 1704 cf. p. 814. ΣΕ pro Σικυων in numis. Attamen correxi pro more nostro ejusmodi idiotismi impatiente. — V. 3. Graef. γῆς ὅς; conjicit tamen γῆ σοι, quod unice verum est et ap. Walpol. legitur, vel γῆς θεός, quod ipsi propius videtur. — V. 4 pro ἐν νόμοισιν scripsi ἐννόμοισιν. Involuta vox ἄκαιρος et per μείωσιν adhibita reliquorum comparatione explicatur. *Parum valent contra probos potestates infestae per naturam rerum sparsae.* — V. 5. ΕΡΑC. Graef. de conjectura dat ἔρα, non facturus, si sequentis versus sententiam recte percepisset. ΕΓ pro ἐκ. Walpol. ΒΑΒΗΕ. Akerbl. ΒΑΛΒΗC, βλάβης, ut subaudiatur verbum ac pronomen, quod durissimum est. Graef. βλάβης. Sensus est; quem alia imagine significavit Pittacus Anthol. VII, 89, τὴν κατὰ σαὐτὸν ἔλα, apertis verbis Aeschylus Prom. 892: ὡς τὸ κηδεῦσαι καθ' ἑαυτὸν ἀριστεύει μακρῷ. — V. 7 ΠΑΝΤΟΡΑ. — V. 9. Boissonadius scribit περιέσῃ. — V. 10. Graefius quum legisset ΑΧΕCΘΑΙ et pro Μ fortasse scriptum invenisset Ν, dedit κύμασιν ἄγεσθαι, in fine versus ἀναμεῖ[ναι σὲ δεῖ], sententias ubique languere conquestas. Walpolii apogr. vitiose ΑΝΑΜΕΙΝΦΙΛΕ. Cf.

v. 18. Sensus est: *labores sunt quidem, sed omnes tandem superabis difficultates, modo ne caeco impetu incurras*; vel potius *modo rebus cedere didiceris et exspectare meliora*, et quidem *moratus diutius hic in sacra Apollinis sede*. Nam ἀνάμεινον eodem hic sensu accipiendum videtur, quo iteratum μείνας, μεῖνον v. 17. 18. — V. 11 ΛΑΓΟΣ. Blomf. λόγος, Graef. λαγώς. — V. 12. Μοχθεῖν ἀνάγκη, Eurip. Aeol. et Teleph. notante Walpolio. ΔΕΣΘΑΙ. — V. 13. Blomf. supplet τὸν χρησμόν τ' ἔ[χειν, nescio qua mente. Graef. τέλει; quod antequam videram scripsi τελεῖ, in quod incidit etiam Boissonadius, neque tamen illi placebat. Νικηφόρον δῶρον, Eurip. Iphig. A. 1557. Sententia videri possit pendere a v. antecedente: *annitere, virtute et constantia res mala mutabitur; deorum benignitas victoriam largitur et promissa solvit*. Sed sequentia faciunt, ut rem prorsus diversam significari credam: *Donum*, ait, *luculentius deo oblatum efficit, ut votis potiaris et vaticinium exitum habeat*. Lucian. Alexand. c. 26 vaticinia quaedam memorat, quae non omnibus dabantur, οὐδὲ ἀνέδην, ἀλλὰ τοῖς εὐπατρίδαις καὶ πλουσίοις καὶ μεγαλοδώροις. — V. 15 ΜΙ pro ΜΗ. — V. 20. Graef. conjicit ἔχοι; sed vel sic sententiam obscuram manere arbitratur. Explicationem pete ex versu praecedente. — V. 21. ΕΝ. ΨΗΘΟΙΣ. Blomf. ἐνίψεις θεούς, *deos inculpabis*. Graef. μέμψῃ. θοῖς pro θεοῖς v. ad n. 133. — V. 22. ΧΡΥΣΟΥΝ, Graef. ΧΡΥΣΕΟΙΝ. Blomf. male conj. χρυσόν, conferens Hipponactis vel Ananii versum χρυσὸν λέγει Πύθερμος, ὡς οὐδὲν τἄλλα et *aurea dicta*. Graef. propius ad verum: *si oraculi sensum assecutus fueris, auream mihi statuam eriges*. Non de *sensu* tamen oraculi divinando sermo est, sed de re in eo promissa nanciscenda. Χρησμὸν ἐπιτυγχάνειν et φαύλως πράσσειν opposita sunt, ut ἐνίπτεσθαι θεῷ et χρυσοῦν ποιεῖν. De hoc v. ad n. 169, 5. Omissum est με. — V. 23. ψῆφον παρὰ θεῶν, Eurip. Androm. 1242, quem advocat Blomf. — V. 24. ΙΚ transposi-

tis fortasse litteris pro *EI*; atque ita scripsit etiam Graef. cum Akerbl. Blomf. autem *μὴ λάβῃς*.

184. *

Εἰσίν μοι δύ' ἀδελφοὶ ὁμώνυμνοι, δύ' ὁμοῖοι
οἳ μεχρὶ μὲν ζώουσι, τὸν [ἥλι]ον οὐκ ἐσορῶσι·
αὐτὰρ ἔπην . . . . . .

In Alcibiadis herma legitur Mus. Pio-Clement. T. VI tab. 31. Viscontius de tribus noctis *μόροις* sive *κληροῖς* cogitat (Iliad. X, 252 cf. Brunck. ad Apollon. I, 1082); comparans Cleobuli aenigma in annum duodecim mensium patrem scriptum, et Theodectis in diem et noctem. Vocem *μόρος* et *κλῆρος* de noctis vigiliis usurpari monet ex Orphei Argon. 1054 et ex Schol. Apollon. l. l. cll. Hesych. v. *κλῆρος* et *λάχος*. Hermae autem griphum conjicit fuisse inscriptum eo, quod ad ornandum triclinium vel exedram destinatus is fuerit, cum conviviis exhilarandis inserviisse constet griphos, *τὰ ἐν ἑστιάσεσιν ἐπαμφοτεριζοντα*, Plat. de Rep. V. fin. In templi donario inscriptum aenigma memorat Athen. X p. 456 C. In v. 1 metri caussa scripsi *ὁμώνυμνοι* pro *ὁμώνυμοι*, ut *νώνυμνος*.

185. (p. 5.)

[*Ὦ φίλε παῖ, σὺ μὲν*] *ὡρηὸν μάθε τάξιν Ὁμήρου,*
ὄφρα δαεὶς πάσης μέτρον ἔχῃς σοφίας.

Mutilum hoc ab initio distichum legitur in tabula Iliaca nuper denuo edita *Homer von Tischbein* fasc. 7. cf. p. 15. *ΩΡΗΟΝ* pro *ὡραῖον*, ut *παληός*, *ἀρχηός*, *Ἀχηός*, Etymolog. M. p. 32, 6, Boeotice, cf. Eustath. p. 365, 28 et

Boeckh. C. I, T. I. p. 722. *Μέτρον σοφίας* v. ad Theognid. 985 Welck.

186. (p. 5.)

Ἐν βέῳ δὲ καλὸν ἔργον ἓν μόνον, εὐποιΐα.

Tetrametrum hunc in fine adjectum habet inscriptio *ἰσόψηφος*, quam ex Pergami ruinis protraxit Le Chevalier in Itiner. Graeciae T. II P. 1 p. 169, in Architectum Nicodemum, *ὃς ἠσφαλίσατο καὶ κόσμησε ἅπασι ἀγορανόμιον περίπατον ἰδίῃ φιλοτιμίῃ. Εὐποιΐα* igitur hic eadem quae *εὐεργεσίη* Append. n. 191 et ap. nos n. 167 cf. Osann. Inscr. p. 309.

187. (p. 4.)

Πρὸς θεῶν σοί, μηδὲν ἀκρωτηριάσῃς ἐνθάδε.

In basi statuae Faustinae Aug. olim in sepulcro. Vid. M. Pioclem. T. III tab. 26. Zanetti Stat. Biblioth. S. Marc. T. I tab. 25. Praetereuntes statuam ne violent magnopere rogantur. Imprecationes dirasque addidit Herodes Atticus v. n. 154. *Πρὸς θεῶν σοί*, per deos orans tibi injungo. Ita jam Chr. Saxius Lap. vet. epigr. p. 45. Alexander Aetolus ap. Parthen. c. 14 v. 23 *πρός σε θεῶν*. Sophocl. Antig. 457 *σὲ δή*, subaudito *καλῶ*. Thierschius Itiner. Ital. T. I p. 240 legit *σου*. Nota tropum in *ἀκρωτηριάσῃς*. Protomas in sepulcris supra vidimus n. 37. Statuas commemorant Anyte, Anthol. VII, 649. Append. p. 351 (Boeckh. n. 425; sepulcrum indicant ultima verba), Addend. p. CIII., Boeckh. n. 1152. Cf. Cicer. de domo 43. Paciaudi Monum. Pelop. T. II p. 61.

188.

Κηφισοφῶντος ἡ κύλιξ· ἐὰν δέ τις κατάξῃ
δραχμὴν ἀποτίσει, δῶρον ὂν παρὰ ξέν[ου.

In poculo rotundo fictili Athenis reperto. Boeckh. n. 545.

189.

Αἵδ' εἰσ' Ἀθῆναι Θησέως ἡ πρὶν πόλις.

Αἵδ' εἰσ' Ἀδριανοῦ, κοὐχὶ Θησέως πόλις.

Athenis in arcu Hadriani, in utraque facie. Boeckh. n. 520. Mus. Pioclem. T. IV tab. 19 not. Walpol. *Memoirs* p. 507. Cf. Bosch. Antiol. T. V p. 196. In marmore ΚΛΙΟΙΧΙ

190.

Οἱ τοῦ Ἡρακλέους ἄθλοι.

Οὔς ποθ' ὑπ' Εὐρυσθεῖος ἀναγκασθεὶς [ἐτέλεσσε].
πρῶτα μὲν ἐν Νεμέᾳ βριαρὸν κατέπεφνε λέοντα,
δεύτερον ὕδραν Λερναίαν ἔκτεινε, τρίτον δὲ
κάπρον ἐν Ἀρκαδίᾳ, στικτὴν ἔλαφον δὲ τέταρτον,
πέμπτον δὲ στρούθους Στυμφαλίδος ἤλασε λί-
μνης, 5
[ἕκτον δ'] Αὐγείαο ἐφόρει κόπρον, ἕβδομον ἐλθὼν
[ἐκ Κρήτη]ς ταῦρον μέγαν ἤγαγεν, ὄγδοον ἵππους
[Βίστονο]ς ἐξέλασεν [Διο]μήδεος Ἱπολύτης τε
[ζω]στῆρ' ἐξεκόμι[σσεν Ἀ]μαζονίδος, δέκατον δὲ
[Γηρυόν]ην ἔκτεινε [καὶ ἄ]γαγε βοῦς ἀγελαίας, 10
[ἑνδέκατο]ν δ' ἐξ Ἅδου ἀν[ήγαγε Κ[έρβερον ἐλθών],

Ἑσπερίδων δ' ἤνεγκε μολὼν [εἰς Ἑλλάδα δρεπτὰ]
χρύσεα μῆλα, δράκοντ' [ἐρικυδέα θῆρα φονεύσας].
Δώδεκα μὲν τούσδ' ἐξεννη[εγκὼν ἔκτανε πολλοὺς],
Βούσιριν μὲν ἐν Αἰγύπτ[ῳ, Σαρπηδόνα, Νέσσον 15
Ἀνταῖον, Φολόην, Κεντ[αύρους, Εὐρυτίωνα].
Κύκνον καὶ ἀετὸν το[ξεύσας, καρκίνον, Ὄρθρον].
ἐν δ' αὐτοῖς πυμάτοι[ς χθονὸς ἵδρυσε τέρματ' ὁδείας],
οὗ τὸν . . . . . εη τε . . . . . .

In marmore Villae Albaniae, olim in aedibus Farnesiis; ap. Bonadam T. II p. 545, qui ante se perperam dedisse refert Tollium in notis ad Palaephatum, ex Tollio Reinesium Cl. 4. n. 11. 12, ex autographo Sponium Misc. p. 47, accuratius ex Blanchinio Gorium Inscr. Don. p. 32, ex hoc Muratorium p. 60, novissime illustrasse P. E. Corsinium in diss. cui titulus Herculis quies et expiatio. Postea ediderunt Marinius Inscript. Alban. p. 154, apud quem plura verba ut suppleta leguntur, quae Bonada tanquam integra ponit, et in *Indicaz. antiqu. per la Villa Albani* p. 131. Laurentius Rex (Lorenzo Rè) *Sculture del Museo Capit.* T. I 1806 p. 107 v. 2—13 de marmore denuo transcriptos exhibet. Auctorem G. Zoega Anaglyph. T. II p. 51 Diodori aetati suppares fuisse censet. Similem laborum Herculeorum descriptionem praebet Anthol. Planud. n. 92 ap. Jacobs. adjunctis brevioribus duobus epigrammatis ejusdem argumenti n. 91 et 93. — V. 1 ΟΙΣΗΘΟΤΤΙΕΙΤΡΙΣΘΕΙΩΣ. Εὐρυσθεῖος ut Δωσεῖος n. 48. — V. 5. Laur. Rex ΗΛΑΣΕ, Marin. et Fea ΕΛΑΣΕ. Contra v. 7 ille ΕΓΑΓΕΝ, hic ΗΓ. — V. 8. L. R. ΙΠΟΛΥΤ. — V. 10. Id. et Bonada ΑΓΑΓΕ; ceteri ΗΓΑΓΕ. — V. 12. L. R. ΗΝΕΓΚΕ. Ceteri ΕΝΝΕΓΚΕ. V. ad n. 45, 9. — V. 13. ΔΡΑΚΟΝΤΑ. ἐρικυδέα θῆρα de meo

addidi. — V. 19. Pessime suppletus est οὔ τὸν ὄρον τιθεῖ τερπνὸν φάος ἠελίοιο.

191.

Ἔγρεο Παιήων Ἀσκλήπιε, κοίρανε λαῶν,
Λητοΐδου σεμνῆς τε Κορωνίδος ἠπιόφρων παῖ·
ὕπνον ἀπὸ βλεφάρων σκεδάσας εὐχῶν ἐπάκουε
σῶν μερόπων, οἳ πολλὰ γεγηθότες ἱλάσκονται
σὸν σθένος, ἠπιόφρων Ἀσκλήπιε, πρῶτον, Ὑγείαν.
ἔγρεο καὶ τεὸν ὕμνον, Ἰήϊε, κέκλυθι, χαῖρε.

De vicinia Athenarum legiones Hassiacae a. 1688 deportarunt hoc marmor, quod Cassellis servatur. Cum amplo commentario edidit J. M. Gesnerus Commentar. Gotting. Vol. II a. 1752 p. 281. — Primo loco ex more ponitur Ἀγαθῇ τύχῃ. Dein hymni sunt tres, I. in Aesculapium, II. in Hygieam (paean Ariphronis Sicyonii), III. in Telesphorum (ejus aetatis, qua titulus exaratus est, proles deterrima.) — Primo contulit Homericum et Orphicum Gesnerus. — Paeanem tamen hunc lyricum fuisse dixeris, non epicum; nisi carmen tale, quod, ut noster hymnus, a voce Παιήων fere incipiat, etiam Paean vocari potuit. Invocatur Aesculapius, ut ex somno expergiscatur: quippe qui somnum mittit, est ipse quoque somniculosus deus. Barbare transcriptus est vetustus hymnus. Boeckh. n. 511. — V. 4. Mira est dictio σῶν μερόπων. Gesn. de Cois cogitavit Aesculapii cultoribus, apud quos fortasse primum hic hymnus cantatus esset (illi enim Meropes dicuntur): quanquam etiam alia profert minus probanda. Mihi verisimile fit, poetam de Cois cogitasse, sed deinde, quum hoc hymno promiscue uterenter Graeci, μερόπων pro appellativo habitum esse. *Id.*

192.

Ὑμνῶ

θεὸν Μέλητα ποταμὸν τὸν σωτῆρά μου
πάντος δὲ λοιμοῦ καὶ κακοῦ πεπαυμένου.

In columna in vico prope Smyrnam. Villois. in Actis Acad. Inscript. T. 47 p. 304. cf. Act. Institut. Gallici T. 2 p. 173, ubi similis apponitur inscriptio.

193.

Χαῖρ' Ἑρμῆ πατρῷε, δίδου δ' ἀρετὴν Ἀχιλῆϊ,
καὶ κλέος ἐς λιπαρὸν γῆρας ἀνερχομένῳ.
τρίσμακαρ Ἑρμεία, οἶμον τριτάτην ἀνύσας σοι,
αἰτέομαι τρισσῶν τέρμ' ἐσιδεῖν ἀγαθῶν.

In eodem vico Dekke. Gav. tab. XIII n. 1. Transcripsit Letronn. in Not. ad Gav. opus p. 26. V. 1. ΠΑΤΡΩΙΕ cf. Herm. de emend. Gramm. Gr. p. 37. ΑΧΙΛΛΗΙ. — V. 3. Precatur, ut, quum tria adorandi caussa itinera fecerit, terna sibi bona deus quasi rependat.

194.

Ἄμοτον εὐτέχνου φῶτος στίχον, ὦ φίλε, βῆμα
τίμιον ἀμπαύσας, ἔκμαθε καὶ χαρίσαι
λιταῖς ἱστορίαις λιτὸν πόνον, οἷα πέπαιγμαι,
οὐ κενὰ μηνύων, οὔπερ ἔφυν γενέτου.
τοῦ δὲ καλοῦ πλώσας φησιξένε χεύματα Νείλου 5
καιρὸν ἔχω φωνεῖν· χαίρετε πολλὰ Φίλαι.

νικῶμαι πέτραις τε καὶ οὔρεσιν, ὦ καταράκται,
κἀγὼ ἔχω τεύχειν ἱστορικὴν σελίδα.
νοστήσας καὶ ἰδὼν Νικάνορα καὶ γένος, ἄλλο
φῶς κατάλοιπον ἔχω· τοῦτο γάρ ἐστι τέλος. 10

In Philarum insula. C. F. Gau Monum. Nubiens. Inscr. tab. XII n. 53. Non tetigerunt Niebuhrius et Letronnius. V. 1. Ἄμοτον, *perquam*. — V. 2. ΕΓΜΑΘΕ et ΧΑΤCΑΙ, v. 4. ΤΕΝΕΤΟΥ. Monet autem Letronnius, quocum correctiones nostras χαρίσαι et γενέτου, explicationemque epigrammatis communicaveramus, in apographo Hamiltoni Aegyptiac. p. 51 haberi et ΧΑΡΙCΑΙ et ΓΕΝΕΤΟΥ. — V. 3. λιταῖς ἱστορίαις, huic scilicet carmini. — V. 4. Pater est Nicanor. v. 9. Suum ipsius nomen modeste tacet. — V. 5. ΦΗCΙΞΕΝΕ, etiam ap. Hamiltonum. φησὶ ad στίχον referri nequit, quia statim loquitur poeta καιρὸν ἔχω. Quare suspicor epitheton latere ad χεύματα pertinens, fortasse ΓΗΘΙΞΕΝΑ (ut χαρίξενος). In fragmento jambico in eadem tab. n. 40 legitur μὴ συνέζευκται, ξένε. Jacobs. conjicit φύσει, cum καλοῦ jungendum. Letronnius nomen proprium restitui debere censet ad normam ejus, quod a litterarum ductibus nimis distat, Τιμόξενος. — V. 6. καιρὸν ἔχω, *possum*, Jacobs. Not. cr. ad Anthol. Pal. p. 515. — V. 7. ΠΕΤΡΑΟ. νικῶμαι quid aliud esse possit quam *admiratione confundor*? νικᾶσθαι τῇ ἡδονῇ, Alex. Aphrod. — V. 8. ἱστορικὴν σελ. ipsum hoc epigramma, peregrinationis piae monumentum. cf. v. 3. — V. 9. Gavius ΑΜΟ, Hamilt. ΑΛΛΟ. — V. 10. ΡΟC, in utroque apographo, quarum mihi litterarum ambigua visa est emendatio. Fuit, qui vellet Κῶν. Jacobsius: »In ΡΟC vix aliud quid latet quam ΦΩC, *salutem*. Epitheti, ut φαιδρόν, κακὸν aut alius ejusmodi, non additi veniam dabis versificatori balbutienti.« Hoc amplexus, commate tamen post γένος posito, ἄλλο φῶς *mortem* interpretabar, δῖον φάος ἄλλο supra n. 22.

195.

Νῆσον ἐν Αἰγύπτου πέρασιν, περικαλλέα, σεμνήν,
Ἴσιδος, Αἰθιόπων πρόσθεν, ἀφιξάμενοι,
εἴδομεν ἐν Νείλῳ ποταμῷ νέας ὠκυπορούσας
ἀξιθέους, αἳ ναοὺς ἤγαγον Αἰθιόπων [ἐξ]
γαῖαν ἐς ἡμετέρην πυ[ρη]φόρον, ἀξιθέωρον,
ἣν] πάντες βροτοὶ ἄνδρες ἐπὶ χθονὶ σεμνύνουσιν.

In insula Philis. Inscriptt. Nub. tab. XII n. 41. Hoc epigramma et n. 196. 198 non sculpta, sed rubro colore picta sunt. De situ Philarum in ipso Aegypti et Aethiophiae confinio, πρόσθεν Αἰθιόπων v. n. 169, 11. Describitur pompa navalis Blemmyarum et Nubiensium, quibus more vetusto concessum erat, ut statuam Isidis quotannis ex insula petitam in suam terram deducerent, unde stato tempore sacris peractis ad sedem antiquam, Isidis insulam, solemniter revehebant. Discimus hanc rem ex foederibus pacis cum istis gentibus a Maximino a. 452 pactae. V. Priscus in Excerpt. Legat. p. 28 Hoesch. (Labbe Protrept. p. 40), quo loco usi sunt Niebuhrius et Letronnius in dissertatione de inscriptione regis Silconis in Diario Eruditor. 1825 p. 229. — V. 1. Clare scriptum est ΝΗCΟΝΕΝΑΙΓΥΠΤΟΥΟΠΕΡΑCΠΕΡΙΚΑΜΕΑ. — V. 3 ab initio in Gavii schedis legitur CΙ-ΙΟΜΕΝΟΝΝ. — V. 4. ἀξίθεος, hic sanctus. Schneiderus in Supplem. habet ἀξιόθεος Ex plurali ναοὺς liquet, vel plures deos Isidis συννάους, vel aediculas plures una cum illa in pompa vectas esse. Pro ἤγαγον habes Η-ΛΩΝ. Niebuhrius pentametrum constituit, nec obstat ναούς, quae vox una potest syllaba proferri, v. ad n. 114. Sed certa videtur Letronnii, quam per literas nobiscum communicavit, conjectura, ex qua praepositio in fine ver-

sus additur, ubi etiam punctis quibusdam lacuna signata est. Nam Aethiopum esse aediculas in Isidis templum reportandas, non veri est simile dicturum fuisse hominem Aegyptium. Similiter Homerus *κακῶν ἕξ*, *θεῶν ἕξ*, Theocritus *ἀμφοτέρων ἕξ*, quibus utitur Letronnius. — V. 5. *πυρηφόρος Γέλα*, Jacobs. Append. n. 3. *Δουλίχιον πολύπυρον*, Odyss. XIX, 292. *ἀξιθέωρον*, Niebuhrius, *ἀξιοθέητον*, Letronnius. In schedis est *ΛΞ. ΘΓ. ΤΡΟΝ*, quamvis *Τ* ductum non bene reddit, et in tabula aenea etiam litterae *Ρ* vestigium agnoscere mihi videor. Quare illud praetuli, quamvis novum est verbum. — V. 6. Ultima in editis *CEMNVKCIC*.

196.

Νείλου περάσας καρποφόρου μέγαν πόρον

Σαραπίων Ἀριστομάχου ἥκω

πρὸς μεγάλην Ἶσιν θεὰν τὴν ἐν Φίλαις,
μνείαν ἐπ' ἀγαθῷ τῶν γονέων ποιούμενος.

In eodem loco. Hamilt. Aegyptiac. p. 52. Mon. Nub. tab. XII, 43. V. 2. Post *πρὸς* excidisse videtur *τὴν*. V. 3. ad *μνείαν* Letronnius Aegypt. p. 470 confert Memnonianum titulum *καὶ ἐμνήσθην Ζήνωνος καὶ Αἰανοῦ ἀδελφῶν*. Est fortasse *μνεία* pro *εὐχὴ* accipiendum.

197.

Ἦλθε στρατηγὸς ἐὼν Ἀπολλώνιος ἔνθα δικάζων
[θνητοῖς'] σοὶ δὲ ἄναξ, Ψελχίδος ὃς μεδέεις
Αἰγύπτου] τε μεταξὺ καὶ Αἰθιόπ[ων νεάτης γῆς',
σάμερον εὐ]χόμ[ε]νος ῥέζε θυηπό[λιον.

In propylaeo templi veteris Pselchidis, quae hodie, quod Burckhardtus conjecit, titulus hic probavit, Dekke, in Nubia, *Προσκυνήματα* multa in eodem propylaeo a Graecis Romanisque insculpta sunt. Mon. Nub. Inscr. tab. XIII n. 24. Restituit Letronnius in Diario Erudit. 1824 p. 302. et in Not. ad Mon. Nub. p. 27. — V. 1. De civili *τοῦ στρατηγοῦ* in Aegypto munere idem egit in libro de Aegypto. Nunc ad *ἦλθε δικάζων* confert *ἧιε... παίζων* ap. Athenaeum. V. ejusdem Diarii a. 1817 p. 45. *ΑΠΟΜΩΝΙΟC* et *ΟΗΘΑ* correxit Letronnius. — V. 2. Idem dedit *θνητοῖς*, in Diario *λαοῖς*. *Δικάζειν θνητοῖς*. Eurip. Melanipp. fr. 3. *εὔθυνε λαοῖς δίκας*, Pind. Pyth. 270. *Ψέλχιδος*, non *Ψελκίδος* est in Gavii schedis. In iisdem pro *ὃς μεδέεις* est *COΙΙCΔΟΟΙC*, non *ΟΟΙΙCΔCΟΙC*. Correxit Letr. sed *μεδέεις* absolute poni putabat, voce *ἄναξ* cum *Ψελχίδος* juncta. Invocatur Mercurius, quod aliae docent inscriptiones ibidem inventae, ut illa *θεῷ μεγίστῳ Ἑρμῇ Πυνύβιδι, Αἰγύπτου συνορίην καὶ Αἰθιόπων μετέχοντι.* — V. 3. Letronnius *περάτης γῆς* ex Apollonio II, 1090, vel *νεάτης* ex nostro n. 169, 12. Idem confert Dionys. Per. 21 *Κασπίης τε μεσηγὺ καὶ Εὐξείνοιο θαλάσσης*, et Homericum *ἔσχατοι ἀνδρῶν*, de Aethiopibus.

198.

Σανένως γράφει ὁ υἱὸς Ψενο[σίριδος]·
σέβου τὸ θεῖον· θύε πᾶσι τοῖς θεοῖς·
ἐφ' ἕκαστον ἱερὸν ἐπιπορεύου προσκυνῶν·
ἡγοῦ μάλιστα τοὺς πατρῴους· καὶ [σέβου]
Ἶσιν, Σ[άρα]πιν, το[ὺς μεγ]ίστους τῶν [θεῶν].
τηράσατε θ[εοὺς εὐμε]νεῖς, εὐεργέτα[ς.

De muro inter ruinas veteris Talmidis, hodie Kalapsche. Mon. Nub. Inscr. tab. II, 5. Supplevit Niebuhrius.

— V. 3. ΘΗΙ pro ΕΠΙ. — V. 4 ἡγοῦ, nove dictum. Cf. n. 218. — V. 6. ΤΗΡΔΣΑΤ).

198.*

Ἦλθον δέκα ἐγὼ πρός σε, Πᾶν, οἶμον ἀνύσας.
Ἀθηνίωνος ἔκγονος Ποσείδιος.

In columna templi non magni. Descripsit Cailliaud, restituit Letronnius in Diario Eruditorum 1825 p. 103, quem v. de δέκα pro δεκάκις in titulis usurpato. Vereor tamen, ne lapidarius voluerit δὲ κἀγώ. ἀνύσας v. n. 193.

199.

Ὦ πόποι, ἦ μέγα θαῦμα τόδ' ὀ[φθαλμοῖσιν ὁρῶμαι].
ἦ μάλα τις θεὸς ἔνδον, οἳ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν,
ἤϋσεν φωνῇ κατὰ δ' ἔσχεθε λαὸν ἅπαντα·
οὐ γάρ πως ἂν θνητὸς ἀνὴρ τάδε μηχανόῳτο.

Ἀργείου Ὁμηρικοῦ ποιητοῦ ἐκ Μουσείου ἀκούσαντος.

In Memnonis statua. Hamilton. Aegyptiac. p. 172. Docte et eleganter explicavit Letronnius in Diario Eruditor. 1823 p. 751 — 758, ex cujus disputatione quae ad rem maxime faciant exerpo. Verba pleraque Homerica sunt. V. 1 habes Iliad. XIII, 99. XV, 286. XXI, 344. XXII, 54. Odyss. XIX, 36. H. in Mercur. 219; alter ex Odyss. XIX, 43, tertius ex Odyss. XXIV, 530, ultimus ex Od. XVI, 196 desumtus est. Ad centonum igitur genus carmen pertinet, de quo v. Fabr. Bibl. Gr. I, 550 Harl. Quod ex Homero Letronnius corrigit φωνῇ pro ΦΩΝΗΝ et λεὸν pro ΝΑΟΝ, praebet utrumque Walpolius *Memoirs* (1818) p. 473,

nescio ex quo apographo. Primus ap. hunc versus desinit in θαῦμα, alter in ἔνδον. *Argii* nomen exstat in titulo Latino ap. Glandorp. Onom. Hist. Rom. col. 115, 43, uti et *Argia* ap. Murator. Potest tamen poeta Argivus, nomenque vel deletum vel ab Hamiltono non animadversum et fortasse supra hexametros scriptum fuisse, ut in simili epigrammate Jacobs. Append. n. 16 supra Ἀσκληπιοδότου, infra ποιητοῦ, ἐπιτρόπου. Quod quidem epigramma, a Jacobsio ita editum, ut lectiones illius novo Hamiltoni apographo ambiguis locis omnibus confirmentur, ex Hadriani aevo esse videtur ob titulum ἐπίτροπος, *procurator Caesaris*. Hadriano enim res administrandas poetis rhetoribusque mandare honoribusque eos ornare placebat. cf. Letronn. Aegypt. p. 251 ss. Ad eandem aetatem fortasse nostrum etiam ep. pertinet, ut plurima Memnonianorum, quorum nullum ante Domitiani regnum conceptum videtur. Hadrianum Thebas iter facientem facile conjicias poetas, favorem ejus et liberalitatem expertos, comitatos esse. Ὁμηρικός, hic Homerocentonum auctor, ὑπόθεσιν διὰ τῶν Ὁμηρικῶν στίχων γράφων, quae verba sunt Epiphanii; cujusmodi hominum classem quandam sive sectam in Museo tum fruges consumsisse, quid mirum, quum, vera obmutescente poesi, nugis difficilibus aetas inprimis faveret? Ex ejusmodi Homericis musei Alexandrini poetis fuit fortasse auctor centonis, cujus fragmentum servavit Epiphanius. Singuli versus mere Homerici sunt, pariter atque epigrammata duo Anthol. Pal. IX, 381 s. et nostrum, unde hac ipsa lege, quod nihil in istis aut minima mutare liceret, centones a parodiis Homericis differre videntur, quales sunt ap. Dion. or. 31, Anthol. IX, 212. Ceterum quantum Homerica studia in Museo viguerint, centones quoque documento sunt. Qualibus lusibus quum Virgilius etiam, ex Claudii inde aetate, et Ovidius exercerentur, vocati sunt *Virgiliani poetae*, et *Ovidiani*, in inscriptioni-

bus ap. Grut. p. 64, 5. 446, 8, Maffejo in Art. crit. lap. falso (ut aliae plurimae) suspectis. Haec Letronnius. Musei Alexandrini Octav. Falconierius ait in Inscriptt. athleticis 1668 p. 109 veteres lapides mentionem non facere praeter illum, in quo celebratur, qui Antoninis regnantibus floruit, Marcus Aurelius Asclepiades, Alexandrinus, Pancratiasta et Periodonica, νεωκόρος etiam τοῦ μεγάλου Σαράπιδος καὶ τῶν ἐν τῷ Μουσείῳ σιτουμένων ἀτελῶν φιλοσόφων (de qua ἀτελείᾳ v. p 112 B.) Aliam post edidit Fabrettius Inscr. 1702 p. 479. Ἀρχιερεῖ Ἀλεξανδρείας καὶ Αἰγύπτου πάσης Λευκίῳ Ἰουλίῳ Οὐηστείνῳ καὶ ἐπιστάτῃ τοῦ Μουσείου καὶ ἐπὶ τῶν ἐν Ῥώμῃ βιβλιοθηκῶν Ῥωμαϊκῶν τε καὶ Ἑλληνικῶν καὶ ἐπὶ τῆς παιδείας Ἀδριανοῦ ἐπιστολεῖ τοῦ αὐτοῦ αὐτοκράτορος, Nomen poetae epigrammati appositum v. n. 169. 170. Jacobs. Append. n. 110 et alterum carmen Triopeum. Epigramma obscoenum ex Homericis verbis compositum illustrat Jacobs. in Lectt. Stob. p. 8.

200.

Θῆκέ σε φωνήεντα θεὰ ῥοδοδάκτυλος Ἠώς,
σὴ μήτηρ, κλυτὲ Μέμνον, ἐελδομένῳ μοι ἀκοῦσαι
σῆς φωνῆς λυκάβαντι περικλυτοῦ Ἀντωνίνου
[τῷ δε]κάτῳ κα[ὶ] μηνὶ Παχὼν τρὶς καὶ δέκ' ἔχοντι
[ἤμα]τα. δὶς . . . . . ἔκλυον αὐδήσαντος —

In basi statuae Memnoniae, in latere australi. *Description de l'Egypte.* Antiquit. Descript. T. I cap. 9. p. 106 n. 2. *) Ex ipso Girardi apographo emendavit Boissona-

*) Habes ibi etiam p. 113 n. 27 ep. a Jacobsio in Append. n. 391 editum, cum insigni lectionis varietate. V, 2 enim legitur

dius v. L. Holstenii epistolas p. 445. Addidi ἤματα v. 5. cf. Append. n. 392, 6. Qui sequuntur versus magis et laceri sunt et male descripti, quam qui restitui possint. — V. 2. ΜΗΤΕΙΡ cf. Viscont. ad Herod. Att. inscr. p. 62. ΚΕΛΕΙΡ ap. Walpol. et in titulo Memnoni inscripto ap. Pocock. ubi legitur ΚΕΛΕΙ. Κέλερ est n. 79.

βασιλέος Ἠλίου, v. 3. φωνὴ δὴ ἡδυμος, quae vera sunt sine dubio. Erratum est v. 4 in ΛΕΟΣΣΑΗΝ, pro quo Pocock. habet ΓΟΟΣΣΑΗΝ. V. 5 est ΔΥΣΦΟΓΑ ΓΕ ΝΥΝΙ ΣΟΙ (pro ΣΟΙ Pocock. praebet ΚΑΙ), v. 6. ΛΕΙΛΟΤΑΤΕ, ut ultimi versus ita scribendi sint:

Δύσφορά γέ νυνὶ καθαφῆ τὰ φθέγματα·
ὀλοφύρομαι τῆς πρόσθε, δειλοτάτη, τύχης.

Editores Gallici, lapidem rati mulierem alloqui, plus una re aberrant a vero. Eundem titulum edidit etiam Hamilt. Aegyptiac. p. 173 atque hinc Walpol. *Travels* p. 595, sed de Pocockii libris, nisi fallit opinio, exscriptum. Duo alii tituli Memnonis statuae inscripti, qui ap. Jacobs. leguntur Append. n. 16 et 392, in opere Aegyptiaco p. 106 n. 1 et p. 114 n. 30 ex Pocockii apagrapho prout Dorvillius emendaverat editi sunt; quamvis editor non diserte profiteatur. Sed Coqueberti schedas deperditas esse narrat p. 115. Letronnius autem in Diar. Eruditor. 1822 p. 540 quinque epigrammatum apographa Girardum cum editoribus communicasse refert. Inter haec igitur, vel a Delitio transcriptum fuit id, quod modo vidimus, quod ap. Jac. n. 391. De sequentis n. 392 argumento in diversas viri docti abierunt sententias. Zoega N. A. p. 447 ultimum versum pro imperio delebat. Cum Jacobsio facit Viscontius. Boissonadius l. c. p. 449 et Champollion Figeac in Anal. Lagid. I, 453 ita interpretatur: „cum scripto illo versu, quo diem 24 signabat, comperisset se erravisse, altero versu verum diem nempe 25 restituit.“ Mihi hoc dicere videtur, advenisse se cum Hadriani conjuge die 24, sonantem statuam audivisse die 25. Saepius enim in his titulis memoratur, exspectasse peregrinatores donec Memnoni

201.

Αὐδῆς τὸ πρόσθεν μοῦνον εἰσακούσαντας,
νῦν ὡς συνήθεις καὶ φίλους ἠσπάσατο
Μέμνων ὁ παῖς Ἠοῦς τε καὶ Τειθωνοῖο,
αἴσθησιν ἄρα τῷ λίθῳ καὶ φθέγματα
ἡ φύσις ἔδωκε δημιουργὸς τῶν ὅλων.

In sinistro Memnonis pede. *Descr. de l'Egypte* l. c. p. 113 n. 26. Leich. Carm. sepulcr. p. 82 ex Poçockio. Tractavit etiam Jacobsius de Memnoniis in Actis Acad. Monac. 1809 p. 42. — V. 4. Pocock. *ΑΙCΟΗ ΙΝ*. Correxit Leich. Gallus *ΑΙCΙΟΝ ΙΝΑ ΚΑΤΑΝΟΩ*, ex Pocockio, puto, quod vertit *omine auspicato*. *ΝΟΩ* correxit Jacobsius *ΑΙΘΩ*, collato loco simillimo Callistr. Stat. 9 (p. 156, 8). Idem salutationem Memnonis illustrat ex Lucian. Philops. 33.

202.

Θειοτάτου νύκτωρ ὀμφὴν ἔπι Μέμνονος ἦλθον.

In sinistro statuae vocalis pede. *Description* l. c. p. 115. n. 33.

---

sonum edere libuerit, aut spe frustratos reversos esse, quum tacere illi placuisset. Sic in ea, quam Letronnius l. l. et in opere erudito de Aegypto p. 353 emendat, *μέγων* (pro *μείνας*) *ἀκούω*, et in titulo jambico mutilo *Description* p. 109 n. 10 et plenius ap. Leich. Carm. sep. p. 77.

EX LIBRIS EDITIS.

203.

Ἡρακλέης τεμένισσε Κυθήρᾳ Φερσεφαάσσᾳ,
Γηρυονεῦς ἀγέλην ἠδ' Ἐρύθειαν ἄγων·
τὰς δὲ δάμασσε πόθῳ Πασιφάεσσα θεά.
τῇδε δέ μοι κτεκνοῖ Εὔρυθον υἷα δάμαρ,
Νυμφογένης Ἐρύθη· τῇ τόδ' ἔδωκα πέδον,
μναμόσυνον φιλίας φηγῷ ὑπὸ σκιερῇ.

Arist. de mirab. auscult. 145 p. 294 ed. Beckmann. Fuit apud Aenianes in Thessalia columna ad Hypatam urbem, ut ferebant, reperta, vetustis inscripta litteris. Typum quum illi ignorarent, columnam Athenas deportari curarunt, in clara litterarum sede interpretem quaerentes. Sed dum per Boeotiam iter faciunt legati, ab hospitibus quibusdam, qui in Ismenio Thebanorum simili charactere perscriptum aliud monumentum extare narrarent, illuc se duci patiuntur, ibique voti compotes fiunt et edocentur, quale sit argumentum, qui versus in columna ab Hercule olim perscripti. Haec est fabula, qua luco sacro antiquitas nomenque regioni cuidam ab Hercule ipso impositum vindicabatur, et monumentum tractamus ex genere eorum, quae ex Tacito Annal. IV, 14. 43 novimus, servata ab eo inde aevo, quo conditae a Graecis per Asiam sunt urbes et Peloponnesus inter Herculis posteros divisa. Quorum fidem non parum superant tituli ab Euhemero olim in antiquissimis templis excerpti, qui res gestas deorum continebant, Jovis maxime aurea columna in fano

ejus Triphylio, in qua res suas ipse perscripserat. Lactant. F. R. I, 11. Ex eodem genere sunt tabula aenea ex sepulcro Capyis, Capuae conditoris, eruta, teste Cornelio Balbo, familiarissimo Caesaris (Sueton. Jul. Caes. 81); epitaphium Orphei Thracicum (Alcid. Ulyss. c. Palam. p. 186) et inscriptio in Alcmenes sepulcro inventa ap. Plutarch. de Genio Socr. 7. Quantus fuerit per Bithyniam et Pontum rumor de tabula aenea ab Aesculapio scripta, quam Alexander in Apollinis templo defoderat, Lucianus narrat in istius prophetae vita c. 10. Levior fuit fraus hominis Smyrnaei, qui, ut Homerum patriae suae vindicaret, epitaphium, quod Anthologia etiam servavit Epit. n. 3, in lapidem insculpi curavit, cum verbis infra et supra scriptis *Βοῦλος ἐποίει Σμυρνέου, Βοῦλος ἐποίει Μελίτας.* Boissonad. ad Holsten. Epist. p. 428.

In corrupto epigrammate Sylburgius ait mire consentire editiones, et Latinam item versionem. Niclasius et Heynius pleraque adeo vel depravata vel obscura esse fatentur, ut in toto carmine non minus laboremus quam olim Aenianes, et ut nemo sine codice meliore versus in singulis verbis facile expedire possit. Casaubonus in sua editione versionem plane omisit. A versione Latina vulgari et antiqua in his versibus non discrepat Montesaurus: novam dat Natalis de Comitibus. Interpretes hujus libri codicibus mss. usos esse a nostris compluribus in locis non parum discrepantibus, monet editor p. VII. Salmasii conjecturas et Is. Vossii (ad Scyl. p. 4, ad Melam III, 6), quarum hodie refutatione supersedeas, refellit Bouherius in dissertatione Scip. Maffeji Antiquitatibus Galliae inserta et Beckmanni etiam libro subjuncta p. 403. Bouherius tamen et ipse temeraria non abstinuit emendatione; *δάμαρ* mutato in *δαμέντι*, uxorem Erythen, cui Hercules sub sacra fago accubuit, in Erythes filium Eurytionem ab Hercule trucidatum, cui tum quasi fundamento suam superstruit

explicationem. Bouherii inventa repetit Bonada T. I p. 111. Heynius quaedam annotavit in Appendice p. 419. Ad Apollod p. 166 idem Bouherium docte et subtiliter inscriptionem tractasse judicat, ut tamen parum satisfaciat. Denique Creuzerus de epigraphe nostra diseruit Symbol. et Mythol. T. II p. 90 alt. ed. Omnes in eo mihi videntur errasse, quod quartum versum hexametrum esse crediderunt, a quo novum incipiat epigramma ab altero diversum. De prioris argumento quidem dubitari nequit, quamvis de singulis quibusdam verbis litigetur; alterius, quod ferunt, epigrammatis sensum conjecturis suis critici prorsus depravarunt et exstinxerunt, quem Creuzerus, quum ad suam rem ultima non facerent, breviter hisce verbis exprimit. In den folgenden Versen ist von einem Denk- oder Grabmal die Rede, das an derselben Stelle theuren Personen errichtet worden sey, um davon nicht mehr als das Allgemeinste zu sagen. Heynio etiam videbantur *duo diversa esse epigrammata, alterum Herculis, alterum Erythes.* Antiquiores enim interpretes, quum Εὔρυθος in his memoretur una cum Ἐρύθῃ, de Eurytione, Geryonis bubulco, cogitarunt, et Erythia, Geryonis filia, Erytionis de Marte matre, secundum Hellanicum ap. Schol. Theogon. 295, unde sequebatur, ut matrem filio ab Hercule occiso monumentum posuisse putarent. Secum ipse pugnat Bouherius, qui (p. 404) Aristotelem iis accedere opinetur, quos, cum Hecataeo, Geryonem Epiri regem statuisse ex Arriano Exped. Alex. II, 16, 6, Scylace p. 10 aliisque discimus, et tamen (p. 406) prope Hypatam Geryonem et Eurytionem ab Hercule victos credat, quasi inter Epirum et Aenianum terram nihil intersit: neque hoc fugit Heynium. Tota rei facies mutatur, ubi, qua mente versibus istis scriptor usus fuerit, curiosius examinaveris. Constare enim ex illis ait, Erythum appellatum esse locum aliquem apud Aenianes, ex quo boves Hercules duxerit,

quod eo magis probandum sit, cum quae in fabulis feratur Erythia in Libya vel Hispania sita omnino non exstet. Jam locus ille Erythus ab Erytho heroe, ut quaeque fere urbs et regio suum habere solita est heroem cognominem, traxisse nomen ferebatur; nam Erythum ipsius Herculis et Erythiae, Geryone et Nympha genitae, filium fuisse, quamvis verba quaedam corrupta sunt, clare loquitur epigramma. Versus igitur ab Hercule ipso scriptos tibi finge, qui quum persona tertia de se loqui pro more titulorum incepisset, post in primam transit, de quo v. ad n. 158. In versuum genere fortasse rudioris antiquitatis species quaesita est. Epigrammata ex solis pentametris composita quaedam exstant, Philippi Thessal. quartum, epitaphium Latinum ap. Grut. p. 775, 3, sedecim pentametris, et aliud Anthol. Lat. IV, 395 hexametro et tribus pentametris conceptum. Oden apud Heliodor. [III, 129], pentametros continuos ap. Mart. Capell. l. IX et Ausonii lusum, qui septem sapientum dicta totidem pentametris inclusit, congessit Voss. Inst. poet. III, 11 16. Cf. Hermann. Elem. metr. p. 360. Jam de verbis videamus.

1. Libri *Ἡρακλέους*, pro quo et interpretes veteres et critici uno consensu ponunt *Ἡρακλέης*. Tum *τεμσύστι τὲ*, *τεμνὶς τὸ*, Cod. Vindob, *τεμένισσῳ*. Versio utraque *haec luco posuit* (*τεμένει*). Salmas. *τεμένιζε*. Heyn. *τέμενος τόδε κύδρᾳ*, pro *Κυθήρᾳ*, contra libros. Verbo opus est, a quo pendeat participium *ἄγων*. — V. 2. Libri *τηροδουνῆας ἀγέλην ἐλάων*, Ald. *τηδορυονῆας ἀγέλην ἐλάων*, corruptum ex *ΓΗΡΥΟΝΗΛΑΣ*. Cod. Vindob. *Γερυονεῖας ἀγέλας ἐλάων*. Montes. *Abducta bove Geryonis*. Natal. Com. *Duxit Erythiam Geryonisque boves*. Valeat igitur Salmasii conjectura *τῇδ' ἀγέλην ἐλάων*. Voss. *Γηρυονῆ ἐλάων*, contra fabulam. Heyn. *Γηρυόνεω ἀγέλην*. Bouh. *Γηρυονείας βοῦς*, verbis *ἀγέλην ἐλάων* tanquam glossa ejectis. Sed peccat eo, quod alteram penthemimerin contra libros et versiones ant. mutat in *ἐξ Ἐρύθου ἀνάγων*. Quam senten-

tiam Heynius sequitur, scribens τῇδ' Ἐρύθηθεν ἄγων, ἐξ Ἐρύθης ἐλάων. Poterat Bouh. elegantius nec majore libertate scribere Γηρυόναο βόας. Sed servanda est altera vox, Γηρυόναο ἀγέλην (ut n. 190, 6 Αὐγείαο ἐφόρει), vel Γηρυόνα ἀγέλην, ut ἐλάων solum ejiciatur, a librario ad ἀγέλην iccirco appositum, ut ἄγων cum sola Erythia jungeretur. Genitivum Γηρυονεῦς, a nominativo Γηρυονεύς, ut Ὀδυσσεῦς pro Ὀδυσσέος, et Πενθεῦς in Anthol. Pal. III, 1, ponere suasit Jacobsius. Hinc aberrationes in hoc nomine facile explices. Creuzerus: als er die Heerde, die Rinder des Geryon, nach Erythia oder von daher getrieben hatte. Sed ἠδ' Ἐρύθειαν non ausim vel mutare in εἰς Ἐ. vel ita servare, ut ἐλάων et ἄγων jungantur, quo pentameter perit, nec dubito, quum in sequentibus Ἐρύθη uxor Herculis apertissimis verbis dicatur, ad eandem hic spectare ἄγων, quippe abductam, occiso patre Geryone, una cum armentis, ut Jolen secum ille duxit Oechalia capta. De formis Ἐρύθη et Ἐρύθεια v. Steph. B. h. v. Buttmann. Gramm. I, 207. Meinek. ed Euphor. p. 64. Ita quae apud Schol. Apollon. I, 139 Λαοθόη in libro olim edito scribitur, eadem in Cod. Paris. est Λαοθόεια; nam sic leg. pro Λασθεία, ΛΑϹΘΕΙΑ. — V. 3. Pro δ' Cod. Vind. μὲν. Τὰς Salmas. mutat in τὴν, et Πασιφάεσσα in Φερσεφάεσσα. Hoc etiam Heynius, ut nomen Proserpinae aliunde notum, intrudere volebat, quasi nova ejicienda potius quam addiscenda essent. Non minus ferenda Bouherii audacia in 1, versu Πασιφάεσσαν inferentis. Nihil viderunt interpretes: *Victorem et desiderio dea candida vicit, Nympharum vero de genere una Erythe* (eundem vicit), vel *Ducentem desiderio dea splendida vicit. E Nymphis Erythe sola virum domuit.* — V. 4. Libri omnes τῇδεδέμοι, τῇδε δέ μοι, quod mutare nefas. Tum τέκνῳ τῷδ' Εὐρύθοντι δάμαρ, vel δάμαρτι, in Aldina δαμαρνυτιμφογενὴς, transpositis syllabis, νυμ. et τι, quorum

illud verum, quippe ad sequens nomen Ἐρύθη pertinens: δάμαρτι ortum vel ex praecedente τέκνῳ, quod nec ipsum genuinum, sed prius fortasse subrepserat, vel ad implendum versum, quem ob corrupta media verba hexametrum fuisse crederent. Versu demum sequ. equidem id mihi sumsi, ut de conjectura emendarem; δὴ enim fidenter mutavi in τῇ. Denique v. 6 φιλότας, φιλίας, Cod. Vindob. φιλίτας legitur, unde Vossius fecit φιλότα, quod veterum Dorum more pro φιλότατος positum putabat. Et sunt quaedam heteroclita in ης (Buttm. Gramm. I, 210), sed φιλότης iis non annumerandum. Dubium non admittit φηγῷ, quod in quibusdam in ΦΓΓΑ (Cod. Vind.) et ΦΓΓΑ corruptum est. Restat ulcus in v. 4, quod, reliquis quo fecimus modo constitutis, sponte sequi visum est, ut sanaretur mutato τεκνωιτωι in τεκνώθη, quod per synecphonesin cum Εὔρυθον coalesceret, et τι in υἷα. Pro illo Jacobsius maluit τεκνοῖ, quod pro ἐτέκνωσε usurpari docuit ad Anthol. Pal. p. 237 et 320. Ceterum filii nomen Εὔρυθος non diversum est a nomine matris Ἐρύθη ut Εὔρυτος non differt ab Ἔρυτος, v. n. 147.

Restat, ut de totius carminis argumento, unde praeter Herculis filium novam Veneris religionem cognoscimus, breviter exponam. Geryoni juncti sunt in fabulis boum greges et campi fertiles. Erythia in ultimis terris sita Euphorioni fr. 82 est βουπληθής, et Arrianus Hecataei opinionem de Geryone circa Ambraciam et Argos Amphilochicum regnante eo confirmat, quod illa pascuis et pulcherrimis vaccis abundet. Locorum autem situs saepissime in caussa fuerunt, ut fabulae iis convenientes, quarum a similibus proprietatibus penderent inventio atque ratio, transferrentur, unde factum est, ut de plurimarum natali solo anceps sit judicium: et tum illud maxime fieri solitum, ubi etiam populi migraverant, ut Aenianes et in Thessalia et in Molosside habitasse constat. Quare mini-

me mirandum fuisset, si Aenianes etiam Geryonem sibi vindicassent, in sua Erythia sive Erytho (ap. Aristotelem enim legitur ὁ τόπος ἐκεῖνος Ἔρυθος καλούμενος) boum armenta pavisse narrantes. At hoc, quod Aristoteli personato videbatur, epigrammati non totum inest, quod Geryonis terram omnino non definiat, sed a bovibus illius ab Hercule abactis boum genus praestantissimum prope Hypatam pascentium ortum perhibeat. Atque ita etiam bovibus λάρινοῖς dictis apud Thesprotos et Epirotas eadem nobilitas tributa est, quorum avi de grege Geryoneo Jovi Dodonaeo ab Hercule consecrati, vel a pastore abacti ferrentur (Suid. s. v. Aelian. H. A. XII, 11. Oppian. IV, 109). Erycini juvenci ut ne pejores viderentur, unum ex illo grege evasisse fictum est, quem suis Eryx gregibus immiscuerit; et Junoni etiam Argivae Geryonias boves non sacrificavit fortasse in antiquiore fabula Eurystheus (κατέθυσεν), sed consecravit, ut sacrae in Junonis luco vaccae ab iis ortae dici possent. Apollod. II, 5, 10, 13. Tam generosas igitur pecudes Hercules Aenianibus adduxit, beneficiumque cumulo auxit ipsis pascuis Erythiae, cujus in amplexus illic sub umbrosa fago ivisset, quum eam Erytho sive Eurytho gravidam relinqueret, illorum in memoriam donatis. Ergo a re alienum est, quod Bouhérius putabat, fagum esse sacram et illius gratia solum sacratum. Non major huic arbori sanctitas, quam fago Orph. Argon. 129: Ἄμπυκι νυμφευθεῖσα Χαονίην ὑπὸ φηγὸν Ἀρηγονὶς ἔξελόχευσεν, et aliis multis apud poetas. Ab eadem Geryonis filia et Mercurio Norae, primae in Sardinia urbis, heros Norax ortum duxit. Pausan. X, 17, 4. Steph. B. Boves heros consecravit Veneri, quae eas foecundas reddidit, δάμασσε πόθῳ, quae facillima et aptissima esse videtur explicatio. De eadem dea Hymn. Hom. v. 5: Καί τ' ἐδαμάσσατο φῦλα καταθνητῶν ἀνθρώπων, Οἰωνούς τε ἰππετέας καὶ θηρία πάντα, v. 17 δάμναται ἐν φιλότητι cf.

73, atque ita Amor apud Sophocl. Antig. 785 φοιτᾷ — ἐν ἀγρονόμοις αὐλαῖς. Longe a vero aberravit Heyn. cum Bouherio, fabulam huc trahens prorsus diversam ap. Apollod. II, 5, 10, 12, Herculis iter per Thraciam et ad Bosporum cum bobus Geryoneis et armenta a Junone, oestro percita, dispersa et efferata (αἱ δὲ ἀπολειφθεῖσαι τὸ λοιπὸν ἦσαν ἄγριαι). Nam neque hunc oestrum pro eodem, quem Venus immittat, habitum esse, probabile est, neque si hic unquam fabulae sensus fuisset, confundi deberet oestrus a Venere propicia datus cum eo, quem Juno injecisse dicitur irata. Ita laqueis se ipse implicavit Bouherius, e quibus tum se expedire conatus novo commento dicebat, Herculem, ara sub fago annis veneranda exstructa, a Venere precatum esse, ut oestrum a Junone profectum mitigaret, in quo Creuzerum p. 91. 97 assentientem habuit. Sed hoc cum Veneri contrarium, non reprimenti oestrum, qualem ille in altera fabula intelligit, sed excitanti, tum ipsis verbis δάμασσε πόθῳ repugnat. Missa autem ista fabula omnia expedita sunt et plana, praeter nova Veneris cognomina Φερσεφάασσα et Πασιφάεσσα. Et hoc quidem recte interpretatur Heynius, *quae lucem seu vitam omnibus impertit, ut* παμφαής *et* Ἄρτεμις πασιφαής *in hymno Orph.* XXXV, 3. Quamvis hoc in hymno dubium est, ea vox ad lucem sideris spectet, quo trahas Pasiphaes Cretensis nomen, et Laconicae, cui Plutarchus Agid. et Cleom. 9 dat τὸ φαίνειν πᾶσι, an vitae etiam lucem significet, quum λοχείη et ὠδίνων ἐπαρωγὸς eadem dea statim post dicatur. Est hoc proprium cognominum longe plurimorum, ut plurium deorum communia sint, quum, quae ex cognominibus longo usu singulorum propria essent facta, aliis diis non impertirentur, quod res ipsa ferebat. Quo magis novitate sua memorabilis est theologorum Hypatensium doctrina, non quidem Proserpinam cum Venere confundentium, sed *Proserpinae* nomen sive epitheton περσεφόνη,

quod Cereris filiae, *Κόρη* vulgo dictae, ab Homero et Pampho inde proprium erat (Paus. VIII, 37; 6), Veneri tribuentium. Non tamen magis hoc mirabere quam Corinthiam Bupali Venerem instructam papavere, granato et *πόλῳ*, quae sunt Cereris et Proserpinae (de *πόλῳ* v. Antalth. T. III p. 157 s.) Igitur, quod imperiti male vituperant, nomina explicari, id hic certe ad interpretis officium pertinere non negabunt. Venus *Φερσεφάεσσα* autem alia esse nequit, quam quae greges *φέρει*, *φέρβει* (v. ad n. 120) aeque ac Ceres *μαλοφόρος*. *Φερσὶς* tum transit in *Περσίς*, *Πέρση*, ut *Φάρος* in *Πάρος*. Laconum erat *Πηρεφονεία* pro *Περσεφονεία*. Hesych. Quod simplex nomen *Φερσὶς* sibi adjunxit *φάεσσα*, ex aliis compositis desumtum, eundem sensum habere videtur, quem modo vidimus in *Πασιφάεσσα*, ut totum igitur nomen significet eam, *quae omnia nutriat et producat;* neque differt ab illa forma terminatio magis vulgaris *Φερσεφόνη*, quae Aeolica atque Dorica et vetus est pronunciatio pro *φάνη*, ut in *Θεσμοφάνη*, *Θεοφάνη*. Hic est sensus nominis Veneri Genitrici accomodatissimus. Quod quomodo Graeci de Proserpina Orcina loquentes pro more suo ita commutaverint, ut alteram partem a *πέρθειν*, alteram a morte derivarent, uti accipitur in *ἐλλοφόνος*, *νεβροφόνος*, *Θηραφόνη*, huc non pertinet. Unum addo, *Φερσεφόνην* appellatam esse etiam Minyae filiam Chlorin sive Floram, Nelei uxorem. Pherecyd. ap. Schol. Odyss. XI, 281. Nomen igitur matris congruum filiae: nam de dea tremenda hic non cogitaverim cum Buttmanno in Act. Acad. Berol. 1820 p. 194.

204.

Φράζεο δῖε Καρανέ, νόῳ δ' ἐμὸν ἔνθεο μῦθον·
ἐκπρολιπὼν Ἄργος τε καὶ Ἑλλάδα καλλιγύναικα,

χώρει πρὸς πηγὰς Ἀλιάκμονος, ἔνθα δ' ἂν αἶγας
βοσκομένας ἐσίδῃς πρῶτον, τότε τοι χρεὼν ἐστιν
ζηλωτὸν ναίειν αὐτὸν γενεάν τε πρόπασαν.

Pythiae oraculum in Schol. ad Clem. Alex. Cohort. ad Graec. p. 9. C, quod ex Cod. Paris. n. 451 Osannus edidit in Diar. Erud. Halens. 1824 n. 43 p. 343. Addit Grammaticus, Caranum, Poeantis filium, Argis coloniam duxisse in Macedoniam et Edessae urbi, a Phrygibus tunc et Lydis Midam in Europam sequutis occupatae, novum a capris nomen indidisse, fere ut Justinus VII, 1 et Solin. 9 rem narrant; atque haec (una cum oraculo, puta) ex Euphorionis Vesta (Ἱστίῃ) et Inacho hausta esse. — V. 3 Osannus scribens ἐνθάδ', non ante hoc vocabulum, sed post ἐσίδῃς incidit. Jacobsius monet πρῶτον cum ἐσίδῃς jungi ad Homericum dicendi usum, v. c. ὅτε με πρῶτον τέκε μήτηρ. — V. 4. χρέον. Correxit Jacobs. χρεὼ aut χρεών, μονοσυλλάβως.

205.

Ἔστι κράτος βασίλειον ἀγαυοῖς Τημενίδεσσι
γαίης πλουτοφόρου· δίδωσι γὰρ αἰγίοχος Ζεύς.
ἀλλ' ἴθ' ἐπειγόμενος Βουτηΐδα πρὸς πολύμηλον,
ἔνθα δ' ἂν ἀργικέρωτας ἴδῃς χιονώδεας αἶγας
εὐνηθέντας ὑπ' ἠῶ; κείνης χθονὸς ἐν δαπέδοισι 5
θύε θεοῖς μακάρεσσι καὶ ἄστυ κτίζε πόληος.

Diodor. in Excerptis ab A. Majo editis. V. Scriptorum vet. nov. collect. T. II p. 3. Pythiae oraculum a Perdicca acceptum, Aegarum, regiae urbis, futuro conditore. De qua re alii aliter. V. libellus meus de Colon. Cretensi et Cadmo p. 73. — V. 1. ἀγαυοῖς, quod librario deberi Jacobs. monet. Idem v. 2 legit πλουτοφόροιο. — V. 3. Cod.

ἴθι. Contra v. 5 θεοῖσι, Βουτηῖς γῆ, quae Herodoto VII, 123 aliisque Βοττιαιῖς. — V. 4 Majus ἐνθάδ'. Cod. male χιονόδεας. — V. 5. ἠῶ, una syllaba, v. ad n. 114, 3. Jacobsius: »Non ignoro, fatidicam Apollinis interpretem non semper a peccatis contra artis praecepta cavisse, fortasse ob eam ipsam caussam, qua prophetarum et Apostolorum soloecismos excusabat papa quidam, Spiritum S. se jugo praeceptorum Grammaticae non submittere; neque tamen hujus generis vitia ad oraculorum auctores retulerim. Librarii quantum sibi in oraculis describendis permiserint, sexcentis exemplis constat. Velut h. l. quid impediverit vatem, quominus versum sic efferret: ὑπ' ἠῶ ἔχει, κθονὸς ἐν δαπέδοισιν?«

206.

Μύσκελλε καλάν, ὥστε φιλεῖς, ἐκάεργος Ἀπόλλων
καὶ γενεὰν δώσει, τὸ δὲ πρότερόν σε κελεύει
οἰκίσαι δὲ Κρότωνα μέγαν καλαῖς ἐν ἀρούραις.

Diodor. l. l. p. 8. Haec Myscello Cretensi Pythia respondisse dicitur de liberis gignendis deum consulenti. V. 1 pronunciatur Μύσκελε, nisi vocabula cum Jacobsio transponas καλὰν Μύσκελλ' ὥς γε φιλεῖς. Idem v. 2 corrigit τόδε δὲ. v. 3 οἰκίσαι ὧδε, sic ut est statim.

207.

Αὐτός σοι φράζει ἑκατηβόλος, ἀλλὰ σύ γ' οἶει·
οὕτως μὲν Τάφιός τοι ἀνήροτος, ἥδε δὲ Χαλκίς,
ἥδε δὲ Κουρήτων ἡ ἱερὰ χθών,
αἵδε δ' Ἐχινάδες εἰσί· πολὺς δ' ἐπ' ἀριστερὰ πόντος·
οὕτως δ' οὐκ ἄν φημι Λακινίου ἄκρου ἁμαρτεῖν 5
οὐδ' ἱερᾶς Κρεμίσης, οὐδ' Αἰσάρου ποταμοῖο.

Diodor. l. l. Myscello Crotonis situm ignoranti Pythia respondere pergit, finesque describit, intra quos illa urbs sita fuit. — V. 1. Nota imperativi formam *οἴει*, ab *οἰέω*, Aristoph. Lys. 947, unde *οἰηθείς*, *οἰήσασθαι* Jacobsius *οἴει* vitiosum putat: aliud quid requirit v. c. *ἀλλὰ σύ γ' αἴνει* aut tale quid. — V. 2 *οὕτως* non est *hinc*, sed ponitur ut ap. Aristoph. Vesp. 1221 *οὕτω ποτ' ἦν μῦς καὶ γαλῆ*, ab initio narrationis. Jacobsius dubitat an sit legendum *οὗτος*, pro adverbio loci, ut *ἥδε*. — V. 3. De malis mutilisque, quibus saepe prophetae utebantur versibus, Majus ad Plutarchum ablegat de Pyth. orac. c. 5. Apollinis versus malos taxat etiam Apulej. T. II p. 14 Oudend. Sequitur tertium oraculum Myscello datum, quod exstat etiam ap. Strab. VI p. 262.

208.

Καλόν τοι τὸ μεταξὺ Κορίνθου καὶ Σικυῶνος,
ἀλλ' οὐκ οἰκίσεις, οὐκ εἰ παγχάλκεος εἶης.
Σατύριον φράζου καὶ Τάραντος ἀγλαὸν ὕδωρ,
καὶ λιμένα Σκαιὸν καὶ ὅπου τράγος ἀγλαὸν οἶδμα
ἀμφαγαπᾶ τ' ἀκρόπολιν γενείου, 5
ἔνθα Τάραντα ποιοῦ ἐπὶ Σατύριον βεβαῶτα.

Diodor. l. l. p. 10. Pythia Epeunactis, de quibus v. Strabo et Athenaeus. — V. 2. *οἰκίσεις*, Jacobs. emendat *οἰκήσεις*, *habitabis*. — V. 4. Majus: *et ubi caprificus splendidum aequor complectitur summa barba, ibi Tarentum extrue super Satyrio protensum*. — V. 5 mutilus est: nec sine libris potest restitui. V. 6 autem est integer. Jacobs. Majus verba *ἔνθα Τάραντα* ad v. n. traxit.

209.

Ἔντιμε καὶ Κράτωνος ἀγακλέος υἱὲ δαίφρων,
ἐλθόντες Σικελὴν χθόνα ναίετον ἄμφω,
δεμάμενοι πτολίεθρον ὁμοῦ Κρητῶν Ῥοδίων τε,
παρ προχοὰς ποταμοῖο Γέλα συνομώνυμον ἀγνόν.

Diodor. ibid. p. 11. Antiphemo Rhodio atque Entimo Cretensi, Gelae conditoribus, datum a Pythia oraculum. V. Scalig. ad Euseb. Ol. 23. Wessel ad Herod. VII, 153. Excidit fortasse ab initio versus cum Antiphemi nomine, quem solum plurimi, et ante Entimum Diodorus et Schol. Pind. Olymp. II, 16 ponunt, ut καὶ post Ἔντιμε demto metrum antiquitus steterit. — V. 2 initio excidit epithethon v. c. εὔφορον, πάμφορον, aut simpliciter καλήν. Jacobs. — V. 4. συνώνυμον. Corr. Jacobs.

210.

Βάττ', ἐπὶ φωνὴν ἦλθες· ἄναξ δέ σε Φοῖβος Ἀπόλλων
ἐς Λιβύην πέμπει καλλιστέφανον Κυρήνης
εὐρείης ἄρχειν καὶ ἔχειν βασιληΐδα τιμήν.
ἔνθα σε βάρβαροι ἄνδρες, ἐπὰν Λιβύης ἐπιβαίης,
βαττοφόροι ἐπίουσιν οὐδ' εὐχόμενον ἐράνοιο. 5
Πάλλαδί τ' ἐγρεμάχῳ γλαυκώπιδι καὶ Διὸς υἱῷ
Φοίβῳ ἀκερσεκόμῃ νίκην ὑποχείριον ἕξεις·
καὶ μάκαρος Λιβύης καλλιστεφάνου βασιλεύσεις
αὐτὸς καὶ γένος ἀμόν. ἄγει δέ σε Φοῖβος Ἀπόλλων.

Diodor. ib. p. 13. Brevius dei responsum habet praeter alios Herod. IV, 155 ubi v. Valcken. — V. 2. πέμπει

ἄρχειν v. ad n. 118, 2. — V. 4. Maj. ἐπ' ἄν. — V. 5. Cod. ἐπιοῦσι et ἠρανίοιο. Maj. vertit: *Battophori sequentur, etsi opitulatore non indigentem.* Battophori qui sint, non dicit. Alludi conjicio ad Batti nomen, quod Cyrenes conditori non antea fuisse, sed in Libya inditum esse constat ex Herodoto. Jam is quidem vocem βάττος Libyca lingua regem significare putat. Pythia autem ad omen aliquod spectare videtur, unde Aristoteles sive Aristaeus, quo nomine poetae heroem appellarunt, in ipso ingressu nomen Batti accepturus sit. Quod omen, nimirum βάττον ab incolis advenienti sponte obviam latum, quum statim conjicias *silphium* fuisse, Cyrenes in numis etiam insigne, en fabulam hoc ipsum exhibentem ex Aristotelis Κυρηναίων Πολιτείᾳ ap. Schol. Aristoph. Plut. 926 et Tzetz. Chil. VI, 361 ss. Vocem βάττος silphium non proprie significare, sed sensu magis generali et more prophetico indicare existimo. Variis enim hujus verbi formis variae nominantur plantae, ut βάτος, βατία est rubus, *batis, battis* planta tam marina quam hortensia ap. Plin. XXI, 15, 50. 27, 101. XXVI, 49, 50. Colum. XII, 7, 2, ubi v. Schneid. 13, 2. Corruptum ἠρανίοιο mutavi in ἐράνοιο. Fuit enim silphium oblatum ἔρανος aliquis. Verbo εὔχεσθαι cum genitivo veterum nemo usus est. Haud magis usu recepta est forma ἐπίουσιν, quam propheta fortasse ex patriae suae dialecto hausit. Jacobsius: »Versus plenus spinarum. ἐπιουσιν est barbarum; εὔχεσθαι cum genitivo soloecum; οὐδ' autem ne pessimus quidem versificator corripuerit. Neque sensus in postremis perspicuus. Librarii errores sic fortasse sustuleris: βαττοφόροι τίσουσι δεδευμένοι ἠράνοιο. In ultimo vocabulo $\bar{\alpha}$ producitur littera $\bar{\nu}$ in pronunciatione duplicata. *Incolae Cyrenaicae regem desiderantes s. regis egentes te honorabunt.*« — V. 6. Cod. ἐγριμάχης. — V. 7. Cod. ὑπερχείριον, pro quo ὑποχ. dedit Majus, interpretatus *facilem.* Est potius νίκη ὑποχείριος *in potestate posita*

Apollinis et voluntati ejus parens. — V. 9. γένος ἁμόν, multa cum emphasi videtur dictum, et ad locum quendam juris veterum publici pertinere, qui nondum satis explicatus est. Apollinis enim filii appellari solebant populorum ipsum colentium ἀρχηγέται, ut Delphus, Cyzicus, Jon, Dorus, Lapithes, Curetae aliique. Battum igitur deus civitatem condere jubens simul ad altiorem evehit dignitatem, Apollinei generis ipsum cum tota stirpe declarans, et propiciam voluntatem numenque praesens et auxilium promittens. Fabularum ineptias de Batto et nomine ejus collegit et commentatus est Thrige Hist. Cyrenes p. 46. De silphio v. Sprengel. Hist. rei herb. p. 84. Interprr. ad Plaut. Rud. III, 2, 16.

211.

Τηλεφίης γαίης ἐπιβήσεται Αὐσόνιος θήρ.

Dionis Excerpt. ap. A. Majum l. l. p. 230. Fictum quo tempore Caracalla Pergamum Aesculapii caussa adiret oraculum.

212.

Ὦ τέκος ἁρμελάταο θεοῦ μεδέοντος ἁπάντων.

Eunap. Exc. ap. Maj. ibid. p. 264. Apollo Julianum alloquitur, qui quo sensu Solem parentem suum vocaverit, Eunapius explicat. Prima verbi τέκος littera cum in Cod. obscurata sit, editor pecus, πέκος, posuit interpretatus *stirps*.

213.

Σῆμ' Ἄρεως ἔτυμον βεβοημένον Ἑλλάδι φήμῃ,
οὕνεκ' Ἄρης [ταύτῃ] τέκνον ἔχωσε πόλ[ει].

Etym. M. p. 708. Σαμάρεια, πόλις· εἴρηται ἀπὸ τοῦ σήματος τοῦ Ἄρεως· ὅτι ἐν αὐτῇ Ἄρης Ἀσκαλάφῳ τῷ υἱῷ τύμβον ἔχωσεν, ἐν ᾧ καὶ ἐπέγραψε τοῦτο. Supplevit Sylburgius. A. Meinekius in Biblioth. crit. Hildesh. 1823 I, 159 pro φήμῃ scribit φωνῇ. τέκνον ἔχωσε, ut Epitymb. n. 277 νεκρὸν — χῶσε δε τῷδε τάφῳ. Alias χῶσαι τῦμβον, ibid. n. 267, ἀνέχωσε κόνιν n. 537. Sylburgius similes nugas confert ap. Etym. p. 378, ubi Erythraeum mare nomen traxisse refertur a regis Erythraei injecto in id cadavere et epitaphio ita ex istius viri sentia emendando:

Ἐνθάδε τύμβος ἁλὸς πέλεται μεδέοντος Ἐρυθροῦ.

Tam futilem urbis originationem continet etiam Epitymb. n. 697, 6.

214.

Ἴδας Μάρπησσαν καλλίσφυρον, ἁν οἱ Ἀπόλλων
ἅρπασε, τὰν ἐκ ναοῦ ἄγει πάλιν οὐκ ἀέκουσαν.

Μήδειαν Ἰάσων γαμέει, κέλεται δ' Ἀφροδίτα.

Λατοΐδας οὗτος τάχ' ἄναξ ἑκάεργος Ἀπόλλων,
Μοῦσαι δ' ἀμφ' αὐτόν, χαρίεις χορός, αἷσι κατάρχει. 5

Ἄτλας οὐρανὸν οὗτος ἔχει, τὰ δε μᾶλα μεθήσει.

Τυνδαρίδα Ἑλέναν φέρετον, Αἴθραν τ' Ἀθέναθεν
Ἕλκετον.

Ἰφιδάμας οὗτός τε, Κόων περιμάρναται αὐτοῦ.

Οὗτος μὲν Φόβος ἐστι βροτῶν, ὁ δ' ἕλων Ἀγαμέμνων.

Ἑρμείας ὅδ' Ἀλεξάνδρῳ δείκνυσι διαιτῶν 10
τοῦ εἴδους Ἥραν καὶ Ἀθηνᾶν καὶ Ἀφροδίταν.

Αἴας Κασσάνδραν ἀπ' Ἀθηναίας Λοκρὸς ἕλκει.

Epigrammata in arca Cypseli prisco typo scripta ap. Pausan. V, 18. 19, cf. 17, 3; qui Eumelum Corinthium auctorem esse conjicit, quum ob alia, tum propter ejusdem prosodion in Delum. Quaedam ex his in Anthologiam suam recepit Bonada T. I p. 76. 80. — V. 4. τάχα, pro που, τάχ' ἴσως τάχα που, ἐκ παραλλήλου. Lobeck. ap. Siebel. — V. 7 ex carmine epico decerptus esse videtur, mutata dialecto. Ἑλέναν habuit Vau Aeolicum. Αἴθρα Ἀθέναθεν, ex usu pervulgato, ut Πολυκράτης Ἀγγελῆθεν, Γέρων Ἀγκυλῆθεν. Formam Ἀθέναθεν fuit qui cum vetere scriptura ΑΘΕΝΕΘΕΝ i. e. ΑΘΗΝΗΘΕΝ confunderet. Corripitur potius syllaba secunda per licentiam poeticam, ut eadem vocalis in ξερόν Odyss. V, 402, in λείστη Iliad. IX, 407, post ληϊστοὶ 406, in ἀργέτι δημῷ ib. XI, 817. XXI, 127, ἔπρεσε Theogon. 856, αἴθελα fragm. 61 cf. A. Matthiae Gramm. T. I p. 512, Μελίαι Theogon. 187, quas Μηλίας esse Nymphas mythologica ratio ostendit, γαμεθεῖσα Theocr. VII, 91, quamvis hoc a Buttmanno alia ratione defenditur. — V. 8. οὗτός τε ut ὅς τε, οἷός τε. — V. 9. Ἀγαμέμνονος ἐπὶ τῇ ἀσπίδι, Heynius ad, juxta scutum, quod secus

est. Clypeos versus habuisse emblematis adscriptos discimus ex Aeschyl. descriptione clypeorum Capanei et ceterorum. Quo pertinet etiam Callimachi fr. 226 de Tydei clypeo cum apro et hoc titulo: *Εἰμὶ τέρας Καλυδῶνος, ἄγω δ' Αἰτωλὸν Ἄρηα.*

215.

Τάδ' οὐχὶ Πελοπόννησος, ἀλλ' Ἰωνία.

Τάδ' ἐστὶ Πελοπόννησος, οὐκ Ἰωνία.

Theseum scripsisse ferunt in columna Isthmiaca, ut alter titulus in orientem, alter in occidentem spectaret. Strab. III p. 171. IX p. 392 Cas. Plut. Thes. 25. Cf. supra p. 168.

216.

Ποιμένι μῆλα νέμοντι παρ' ἴχνιον ὀξέος ἵππου
Ἡσιόδῳ Μουσέων ἐσμὸς ὅτ' ἠντίασεν.

Elegans hoc epigrammatis fragmentum Fronto apud magistrum se legisse ait Epist. ad M. Caesar. I, 22 cf. Niebuhr. p. 289. Recitat autem ut comprobet, Hesiodum pastorem *non dormientem poetam esse factum. Τὸ ὅτ' ἠντίασεν vides quale sit: scilicet ambulanti obviam venisse Musas.* Ἐσμὸς igitur hic non proprie apum examen a Musis missum, et mel suum poetae instillans, ut Pindaro dormienti ap. Pausan. IX, 23, 2, sed Musarum agmen totum, quod in epigr. Anthol. Pal. IX, 64 lauri ramum et Hippocrenes latices Hesiodo praebet, ἐρευσάμεναι περὶ πᾶσαι, et in ipsa Theogonia v. 23 oves pascentem carmina docet. Majus in ed. Rom. quod Frontonis versus esse arbitratur, fallitur.

217.

Πυθαγόραν θ' ὃν ἔτικτε Διὶ φίλον Ἀπόλλωνι,
Πυθαΐς, ἣ κάλλος πλεῖστον ἔχεν Σαμίῃν.

Porphyr. Vit. Pythag. c. 2. et Jambl. V. P. c. 2. Samium poetam haec cecinisse ajunt. Menecratem epigrammatum poetam Samium a Smyrnaeo discernit Meinekius in Seebodii Biblioth. crit. 1823 vol. I p. 156. Fictum matris nomen est ex dei cognomine *Πύθιος*, *Πυθαεύς*.

218.

Τοὺς μὲν ἑταίρους ἦγεν ἴσον μακάρεσσι θεοῖσι·
τοὺς δ' ἄλλους ἡγεῖτ' οὔτ' ἐν λόγῳ οὔτ' ἐν ἀριθμῷ.

Optimatium Pythagoreorum Crotone sententia. Apollonius ap. Jambl. de Vit. Pythag. 35 p. 506 Kiesl. Cf. Proleg. ad Theognid. p. XLVI.

219.

Πολλῶν ἀργυρίων ὀλίγην ἠλλάξατο μολπήν,
ἔνθεν ἀφορμηθεὶς τιμαιογραφεῖν ἐπεχείρει.

Anonym. Vit. Plat. in Biblioth. Gotting. litterar. et artis Fasc. V p. 17, de Platone Timaeum Pythagoricum imitante.

220.

Βάπτες μ' ἐν θυμέλῃσιν, ἐγὼ δέ σε κύμασι πόντου
βαπτίζων ὀλέσω νάμασι πικροτάτοις.

Alcibiadem quum Eupolis in Baptis quasi muliebribus Cotyttiorum sacris lotionibus initiatum acriter perstrinxis-

set, comoedum in mare projecisse finxerunt, de qua re post Buttmannum disputat A. Meinek. Quaest. Scenic. Spec. I 1826 p. 42 ss. cf. p. 37. Epigramma servavit Scholiasta Aristidis p. 162, ex quo primus vulgavit Creuzerus ad Plotin. de pulchit. p. 465.

221.

Κυπρίδος εἶδος ἔχεις, Χαρίτων πόδα, μῆτιν Ἀθηνᾶς
πολλῶν δ' ἀντὶ μίη εἷς βροτὸς ἀθανάτων.

Edididit Osann. Syll. Inscr. p. 153 ex bibliotheca Millini, quem ex ipso Anthologiae codice Palatino hoc epigramma exscripsisse refert. Sed aut hic erravit aut ille, teste Jacobsio, qui praeterea hexametro similia esse notat alat. V, 70 et 94. Add. Anthol. Lat. IV, 142, 5.

222.

Ὤφελες ὡς ἀφανὴς οὔπω φανερώτατος εἶναι
Καιρός, ὃς αὐξάνεται πλεῖστον ἀπ' εὐλαβίης.

Stob. Ecl. I, 9, 10 p. 230. Agathonis nomen in margine adscriptum est, dubitante T. II p. 145 editore, an recte, quum Agathonis tragici epigrammata nusquam laudentur. Gaisfordus inter Simonidea hoc dist. recepit fragm. 111, Ursinum secutus, quem Cod. MS. usum existimat. Explicat Heerenius: *iis qui circumspecte agant, occasiones opportunas saepius sese offerre.*

223.

Χιλία βίβατι, πλεῖστα δὴ τῶν πάποκα.

Poll. IV, 102, ubi *βίβασιν*, Laconum saltationem, memorat, haec addit: *καὶ ἀνηριθμεῖτο τὰ πηδήματα, ὅθεν ἐπὶ μιᾶς ἦν καὶ ἐπίγραμμα· Χιλία πόκα βιβάντι πλεῖστα δὴ τῶν πῇ πόκα.* Senarium, a Brunckio ad Aristoph. Lys. 82 et Müllero in Doribus T. II p. 340 tractatum, emendavit A. Meinek. ad Theocr. VIII, 34. *Millies subsaltavit, pluries quam ulla earum, quae unquam subsaltaverunt.* Non temere senario usus est poeta; sed est hic numerus saltationi alicui Laconicae proprius. V. senum, virorum et puerorum carmina ap. Plutarch. Inst. Lac. 15.

224.

Μωμήσεταί τις μᾶλλον ἢ μιμήσεται.

Hunc senarium Plutarchus de gloria Athen. 2 Apollodorum picturis suis adscripsisse tradit. Plinio teste XXXV, 9, 36 Zeuxis athletae suo versum inscripsit, *celebrem ex eo, invisururum aliquem facilius, quam imitaturum.* Idem in Zeuxin Apollodorum versus fecisse refert, *artem ipsi ablatam Zeuxin ferre secum.*

225.

Χθὼν ἡ Πελασγὴ πυρὶ καθηθαλωμένη
κεύθει κελαινὸν αἷμα, Διονύσου θοοῦ
ἔχουσα κλῶνας Ἰσθμικοὺς ἀνὰ στόμα.

Plutarch. Sympos. V, 3, 2, *σκολιὸν* hoc epigramma affert, quo probet testam in ludis Isthmicis in more fuisse apio tectam. De *Πελασγὴ* v. Wyttenbachii conjecturas.

226.

Οὐλύμπου κορυφῆς ἔπι Πυθίου Ἀπόλλωνος
ἱερόν, ὕψος ἔχει — πρὸς τὴν κάθετον δ' ἐμετρήθη —
πλήρη μὲν δεκάδα σταδίων μίαν, αὐτὰρ ἐπ' αὐτῇ
πλέθρον τετραπέδῳ λειπόμενον μεγέθει.
Εὐμήλου δέ μιν υἱὸς ἐθήκατο μέτρα κελεύθου,
Ξειναγόρης. Σὺ δ', ἄναξ, χαῖρε καὶ ἐσθλὰ δίδου.

Plutarch. Paul. Aemil. 15. De Xenagora v. Hier. de Bosch. Anthol. T. V p. 221.

227.

Εὐχίδας Πυθῶδε θρέξας ἦλθε τᾷδ' αὐθημερόν.

Plutarch. Aristid. 28.

228. (p. 4.)

Πινδάρου τοῦ μουσοποιοῦ τὰν στεγὰν μὴ καίετε.

Pindari domui, quam Pausanias memorat, inscriptum hoc ab Alexandro fuisse interdictum referunt Dio Chrysost. or. 2 p. 25 (83 R.), qui vulgarem habet formam τὴν στέγην, et Eustath. ad Iliad. p. 9 extr.

229

Δεῖ με συμπράττειν φίλοισιν, ἀλλὰ μέχρι τῶν θεῶν.

Gell. I, 5. *Pericles — quum amicus eum rogaret, ut pro re causaque ejus falsum dejeraret, his ad eum verbis usus est.* Ex dramate sumtus videtur versus.

230.

Συκάμινον ἔσθ' ὁ Σύλλας ἀλφίτῳ πεπασμένον.

Attici alicujus joculatoris dictum in Sullae faciem. Ἐξήνθει γὰρ τὸ ἐρύθημα τραχύ, καὶ σποράδην καταμεμιγμένον τῇ λευκότητι· πρὸς ὃ καὶ τοὔνομα λέγουσι γενέσθαι. Plutarch. Sull. 2.

231.

Ἐφ' ὅσον ὢν ἄνθρωπος οἶδας, ἐπὶ τοσοῦτον εἶ θεός.

Προσεδοκῶμεν, προσεκυνοῦμεν· εἰδομεν, προπέμπομεν.

Pompejus quum Athenas raptim salutans in aeropoli sacrificaret, haec monosticha statim in portae, per quam rediret, exteriore atque interiore parte insculpta sunt. Plutarch. Pompej. 27.

232.

Αὔριον Κάτων βαδίζει μετὰ τριάκονθ' ἡμέρας.

Πόρκιος καὶ Μαρφαδάτης, δύο φίλοι, ψυχὴ μία.

Εὐγενὴς καὶ λαμπρὸς ὁ Κάτων· βασιλικὴν ψυχὴν ἔχει.

In Catonem Minorem in Cappadocia apud hospitem quondam generis regii (τῶν βασιλικῶν), cujus uxori *Psyche* nomen erat, diutius, quam par esset, commorantem. Plutarch. Cat. Min. c. 73.

233.

Ἔργον ἀπονοίας ναὸν Ὁμονοίας ποιεῖ.

Senarius in templo Concordiae ab Opimio, extirpata nobilitatis studio ex animo humanitate, post immanem civium factam stragem condito, sub dedicationis formula noctu adscriptus. Plutarch. C. Gracch. 17. Crotoniatae cum Sybaritis et Cauloniatis foedere facto conventus ad Jovis *Homonoei* aedem instituerunt. Polyb. II, 39. Homonoeae Graecorum statuam juxta Jovem Eleutherium positam v. ap. Boeckh. n. 1624.

234.

Νέρων, Ὀρέστης, Ἀλκμαίων μητροκτόνοι·
Νεόνυμφον ἰδίαν μητέρ' ἀπέκτεινεν Νέρων.

Sueton. Ner. 39. In altero v. *Νέρων* non suo loco scriptum transposui. In *Ἀλκμαίων* antepenultimam corripiunt etiam Timocles Comicus et Anacreon Od. 31.

235.

Ὁ τοῦ Διὸς παῖς Καλλίνικος Ἡρακλῆς
οὐκ εἰμὶ Λούκιος, ἀλλ' ἀναγκάζουσί με!

In Commodum, qui colossi demto capite suoque eidem imposito, adjuncta clava et leone aeneo, nomen inscripserat Lucius Commodus Hercules. Dion. Excerpt. in A. Maji Scriptt. vet. nova coll. T. II p. 225. cf. Xiphilin. Commod. c. 22. ὁ τοῦ pro ὅτι correxit Niebuhrius.

236.

Εἰς τοὺς ἐννέα λυρικοὺς ποιητὰς ἡρωϊέλεγεῖον.

Ἐννέα τῶν πρώτων λυρικῶν πάτρην γενεήν τε
μάνθανε, καὶ πατέρας καὶ διάλεκτον ἄθρει.
ὧν Μυτιληναῖος μὲν ἦν, γεραρώτερος ἄλλων,
Ἀλκαῖος πρότερος, κηχικὸς Αἰολίδος.
ἡ δ' ἐπὶ τῷ ξυνὴν πάτρην φωνήν τε δαεῖσα 5
Σαπφώ, Κληΐδος καὶ πατρὸς Εὐρυγόρου.
Στησίχορος Σικελός, πάτρη δέ οἱ Ἱμέρα ἐστίν·
Εὐφήμου πατρός, Δωρικὸς ἁρμονίην.
Ἴβυκος Ἰταλὸς αὖ ἐκ Ῥηγίου ἠὲ Μεσήνης,
Ἠελίδα πατρός, Δωρίδα δ' ἡρμόσατο. 10
Παρθενίου δὲ πατρὸς λιγυρὸς πάϊς Ἠετίης τε
ἦν ἄρα μελπόμενος Τήϊος Ἀνακρέων.
Πίνδαρος ἦν Θηβαῖος, ἀτὰρ πατρὸς Σκοπελίνου,
Δῶριον αἰνήσας ἁρμονίην ἐπέων.
ἠδὲ Σιμωνίδεω Κείου Δωριστὶ λαλοῦντος 15
τὸν πατέρ' αἰνήσας ἴσθι Ἀριπρεπέα.
ἶσα δαεὶς καὶ Κεῖος ἔην γενεῇ μελοποιός,
Μείλωνος πατέρος δ' ἔπλετο Βακχυλίδης.
Ἀλκμὰν ἐν Λυδοῖσι μέγα πρέπει· ἀλλ' Ἀδάμαντος
ἐστὶ καὶ ἐκ Σπάρτης, Δωρίδος ἁρμονίης. 20

Ursini Lyric. fragm. p. 62. Pindari Schol. p. 8 ed. Boeckh, ubi videsis annotationem criticam. Duo alia in eosdem poetas epigrammata Anthologiae IX, 184. 571. inserta Pindarum ceteris praeponunt. Nostrum primus edidit Zach. Calliergus, Naekio notante, Collega amicissimo, in nupero Lectionum Indice, quod in Anthologia et in Para-

lipomenis desiderari Friedemannus monet de media syll. pentametri Gr. p. 323. Naekius Marcum Musurum auctorem esse conjicit. Fuerunt tamen etiam inter antiquos pessimi scriptores, et nomina plura his versibus inesse a Graecis Grammaticis excogitata nec aliis veterum memorata, certum est. — V. 4. Pro ἠχικὸς, quum in Lexicis desit ea vox, Schneiderus in Lex. Graeco conjicit ἠχόος, h. e. διαλέκτου. Recte Passovius explicat ἠχετικός. — V. 6. Boeckhius, Heynium secutus, quinque codd. lectioni Εὐρυγόρου praetulit Εὐρυγύρου. In illo posterior vox est ab ἀγορεύω, ut in κακήγορος, πολυήγορος; prior in multis nominibus compositis idem valet atque ἔρι, ut in Εὐρυμέδη, Εὐρυθόη, Εὐρυάνθη, Εὐρυγάνεια, Εὐρυδίκη, Εὐρυκράτης, Εὐρύβατης, Εὐρυλέων, εὐρυφαρέτρης ap. Pind. Pyth. IX. cf. Lexilog. T. I p. 147. Fictum videtur et patris nomen et matris Κληΐδος, ut etiam Stesichori pater ob poetae famam poetice mutatus fortasse fuit in Εὔφημος, ab aliis in Εὐκλεΐδης, a quibus non nisi genere differt Κληΐς. — V. 11. Ἠετίης posui cum Barnesio et Fischero in Anacreonticis p. LXX, quod nomen cum patre Παρθενίῳ junctum, quum verus Anacreontis pater fuerit Scythinus, ad carmina Anacreontis tam pueros formosos quam puellas celebrantia spectare conjeci in Appendice ad Schwenckii Etymol. Mythol. Andeutungen p. 330. Jungi enim solebant haec ipsa verba παρθένος ἠΐθεός τε Iliad. XVIII, 592. 567. XXII, 127. παρθένων τε καὶ ἠϊθέων. Herod. III, 48. Ἠετίη autem, quamvis ejusdem atque Ἠετίων originis est et fortasse ex ἀετὸς formatum, ab hoc tamen genealogo ad ἠΐθεος, ἤθεος referri, non videbitur mirum. Eatenus dissimilis Anacreon erat Alcmanis, cujus θηλυμελεῖς fuerunt ἀηδόνες, et Ibyci, quem παίδων ἄνθος ἀμησάσθαι ait epigramma in novem lyricos n. 184. — V. 16 Codicum lectio non mutanda erat in Λεσποτεπέα; ludit enim in hoc etiam nomine Grammaticus. — V. 18. Μείλων est Μήλων, Μίλων. Ἄδαμας ut Πολύδαμας. Fictum etiam

hoc nomen videtur et ductum a nomine poetae, robur significante. Apud Suidam legitur υἱὸς Δαμάντος ἢ Τιτάρου. Δάμας autem quum genitivum habeat Δάμου sive Δάμα, vides male lectum fuisse in epigrammate ἀλλὰ Δάμαντος.

237.

Βίβλος Ἀριστάρχοιο νεωτέρου ἅδε κέκευθε,
πάντων παντοίους γραμματικῶν κανόνας,
ἦν, φίλος, Ἑλλαδικῆς γνῶναι μυστρήια φωνῆς
πάντα ποθῶν πυκινὰ σὰς μετὰ χεῖρας ἔχε.

Incerti auctoris epigramma in Aristarchi junioris Grammatici librum, cui titulus Κανόνων θησαυρός, ex Cod. Paris. ap. Bekker. Anecd. Gr. T. III p. 1400. Quem Thesaurum prope totum inesse Etymologico M. Bekkerus annotat. Similia epigrammata habet Anthol. IX, 192 in Iliadem et Odysseam, Αἱ βίβλοι, τίνες ἐστέ; n. 200 Βίβλος μηχανική κ. τ. λ. n. 202 Βίβλος Θέωνος, n. 210 in Orbicii Tactica, n. 578 in Conica Apollonii, n. 199 Βίβλος Ὀρειβασίοιο; nam bene ibi Βίβλος pro Λίου dedit vir doctus in Mus. crit. Cantabr. I, 509, qui quidem lemma hujus epigrammatis ait esse εἰς τὴν Ὀρειβασίου βίβλον, diversum ab eo, quod ap. Jacobs. legitur. Epigramma in Apollodori Bibliothecam est Jac. Append. n. 109. Nobiliora sunt illa, quae Antipater Thessal. Aristophanis codici inscripsisse videtur Βίβλοι Ἀριστοφάνους κ. τ. λ. et id, quo Artemidorum collectionem Theocriteorum carminum recens factam designare conjecimus, Βωκολικαὶ Μοῦσαι.

238.

Εἴ σοι ῥητορικῆς φίλος πόθος ἔμπεσε θυμῷ,
μή σε γυμνασίη Ἀφθονίοιο λάθῃ.

In Syntagm. Expos. rhetor. ap. Blochium in Miscell. Hafniens. T. II, .1 p. 154. φίλος, priore longa, ut in Θεόφιλος in hexametris ad n. 239 citatis. Jacobs. φίλιος. A. Meinek. conj. προγυμνασίη.

239.

Βίβλον Ἰουστινιανὸς ἄναξ τεχνήσατο τήνδε·
ἣν ῥα Τριβωνιανὸς μεγάλῳ κάμε παμβασιλῆϊ,
οἷά τις Ἡρακλῆϊ παναίολον ἀσπίδα τεύξας,
ἧς ἔπι μαρμαίρουσιν ἀγάλματα πάντα θεμίστων,
ἄνθρωποι δ' Ἀσίης τε δορυκτήτου τε Λιβύσσης
Εὐρώπης τε πίθονται ὅλου σημάντορι κόσμου.

Pandectis Florentinis praepositi a calligrapho versus, quos primum conspexerunt Marsilius Ficinus et Christophorus Landinus a. 1486. In Latinum vertit et quaedam annotavit J. D. Fuss, Professor Leodiensis, in Epistola ad Hasium in qua Lydi de Magistr. textus et versio emend. 1820 p. 29.

240.

Βαφῆς δοχεῖον τῷ Λέοντι Πάσποροῖς.

Λέων τὸ τερπνὸν θαῦμα τῶν καλλιγράφων.

In argenteo vasculo inaurato, quod seculo XV ex Creta allatum donatumque a Petro Donato Archiepiscopo, Patavii in basilica servatur. Prior versus vas subter operculum circuit, alter in ejusdem basi scriptus est. Operculum Medusae capite ornatum est; in pyxide ipsa circumcirca opere caelato repraesentati sunt Cadmus et Harmonia cum Amoribus duobus lyram et cassidem tenenti-

bus. Quas inter figuras quater iteratum est par draconum connexorum inter se et fere in modum columnae erectorum. Opus ad medium aevum pertinet, sed ita, ut figurae ex antiquiore typo expressae sint. Aeri incisum vas editum est in Diario litter. Patavino T. XXIII 1808 p. 1 — 7. De imaginum argumento editor nihil certi habere fatetur. Δοχεῖα μέλανος memorat Nicetas Choniates p. 514, δοχεῖα Anthol. Pal. VI, 63. Calligraphorum celebriorum nomina in codicibus seculi undecimi adscripta memorat Heerenius Hist. studii litt. antiqu. T. I p. 186. In Codice Stephani Byzantii sub indice litterae E p. 332 Berkel. tribus hexametris nomen suum posteritati commendavit Theophilus.

INDEX EPIGRAMMATUM.

Ἆθλα τὰ τῆς 128.
Αἶδ' εἰσ' Ἀθῆναι 189.
Αἰετοῦ ἐξ 109.
Αἰμιλίης 166.
Ἀλκίδου 159.
Ἀλλ' εἰ μάτην 19.
Ἄμοτον 194.
Ἀμφιτρύων 125.
Ἄνδρα φίλον 88.
Ἀνέρι οὗ 162.
Ἄνθος ἐγὼ 78.
Ἀνθ' ὧν 156.
Ἄνναιος 97.
Ἀντ' εὐεργεσίης 175.
Ἅπαντα πράξεις 184.
Ἀρχὰς 172.
Ἄρτεμι σοὶ 120.
Ἀσκληπίου 149.
Ἀστάρτης βωμὸν 131.
Αὐδῆς τὸ 201.
Αὔριον Κάτων 232.
Αὐτὴ Μνημοσύνη 138.
Αὐτός σοι 207.
Αὐτοῦ γὰρ 110.
Αὐτῷ καὶ 95.
Ἀχιλλέως παῖς 20.

Βαιόν σοι 50.
Βάπτες μ' ἐν 220.
Βάσσος ἀνὴρ 99.
— ἑῆς 94.
Βάστα Κάρας 174.
Βάττ' ἐπὶ φωνὴν 210.
Βαφῆς δοχεῖον 240.
Βίβλον Ἰουσινιανὸς 239.
Βίβλος Ἀριστάρχοιο 237.
Βοΐσκος 182.
Βουλῆς μ' Ἀρείας 150.
Βριθὺς 105.

Γαῖα λάβ' 112.
— μὲν εἰς 13.
Γήρᾳ θανοῦσαν 21.
Γλήνῳ 80.
Γοῦργος 16.

Δαίμοσιν 83.
Δεῖ με 229.
Δμωὰν Δωροθέας 100.
Δμωῖς δρηστοσύνῃσι 14.

Ἔγλυψεν με 137.
Ἔγρεο Παιήων 191.

Εἰ δ' ἐπιτολμήσει 71.
Εἴ σοι 238.
Εἰκόνα τήνδ' ἀνέθηκεν 146.
— — ἀνέθηκε Φορύστας 158.
— τήνδε Ποθεῖνος 147.
— Φοίβῳ 168.
Εἰκοσιὲξ 24.
Εἰπεῖν τίς 67.
Εἰσίν μοι 184.
Εἰσοράᾳς 165.
Ἐν βίῳ 186.
— μέσσῳ 117.
Ἔνθα μὲν 116.
Ἐνθάδε Γαιωνᾶς 77.
— γῆ κατέχει 43.
— κεῖμαι ἄνανδον 72.
— — βρέφος 85.
— κεῖται 98.
— μὲν κεῖμαι 90.
— σοι 91.
— τὴν ἱερὴν 84.
— — πάσης 4.
— — χρηστὴν 15.
— τὸν πάσης 5.
Ἐννέα τῶν 236.
Ἔντιμε 209.
Ἐξ ἀγαθῶν 18.
— οὗ Κέκροπα 141.
Ἔργον ἀπονοίας 233.
Ἑρκόλιον 155.
Ἑρμογένης 38.
Ἔστι κράτος 205.
Ἔστιν τοὔνομα 51.
Ἐτῶν δεκοκτὼ 81.
Εὐσεβέσιν 161. v. Add.
Εὐβουλου 162.
Εὐσεβέων 164.
Εὐσεβίης 98.
[Εὐφρόνιον] πατρίδος 40.
Εὐφρσύνην 26.
Εὐχίδας 227.
Ἐφ' ὅσον ὦν 231.

Ζμύρνης οὗτος 10.

[Ἡ πόλις] ἔστησεν 118.
Ἡ σόρος 92.
Ἥδε πέτρος 30.
Ἡδίστης τόδε 17.
Ἥκει καὶ 139.
Ἦλθε στρατηγὸς 197.
Ἦλθον δέκα 198.
Ἡρακλέης τεμένισσε 203.
Ἡρακλεῖ 132.
Ἦρχεν δ' 148.

Θεῖον Ἀλέξανδρον 143.
Θειοτάτου 202.
Θεὸν Μέλητα 192.
Θεῷ ὑψίστῳ 133.
Θεσσαλονείκη 101.
Θῆκέ σε 200.

Ἰαρὼν δ 124.
Ἴδας Μάρπησσαν 214.
Ἴδριν Ἀθηναίης 35.
Ἱερεὺς 132.
Ἱερὸς οὗτος 55.
Ἰητὴρ μεθόδου 37.
Ἱρεὺς Καλλίμαχος 130.
— τῶν τε 58.
Ἰσόν τοι 31.

Καίσαρι ποντομέδοντι 169.
Καλλίτεκνον 87.
Καλὸν τοι 208.

Κἂν τροχάδην 34.
Κ]άρτιστον Ἑρμῆν 136.
Κεῖμαι Σοαιμὸς 74.
Κεστῖνος 93.
Κηφισοφῶντος 188.
Κρὴς Ἄλκων 173.
Κυζικὸς ἦν μία 52.
Κύπριδος εἶδος 221.

Μή μου παρέλθῃς 59.
— μύρα 60.
— τις τιμάτω 114.
Μητρὶ φίλῃ 70.
Μνῆμα δικαιοσύνης 3.
— φιλοφροσύνης 69.
Μνημόσυνον 134.
Μόψον δίκαιος 104.
Μύσκελλε 206.
Μυστῶν 153.
Μωμήσεται 224.

Νείλου περάσας 196.
Νέρων 234.
Νῆα μέλαιναν 182.
Νῆσον ἐν Αἰγύπτου 195.
Νικαίης προλιπὼν 63.
Νικοστράτους 22.
Νόσσος 121.
Νουσολύτα 135.
Νῦν Βασίλιος 73.
Νώτῳ μὲν 103.

Ὁ κλεινὸς ἶνις 49.
— τοῦ Διὸς π. 235.
Ὀδῖτα, βαιὸν 32.
Οἱ δισσοὶ 45.
Οἳ θάνον 107.
Ὀκτωκαιδεκέτης 82.
Ὄντως δίζηαι 12.
Ὅς πάσας 75.
Οὐ φιλία 33.
Οὐδὲν τὸ πεῖσαν 115.
Οὐκ ἤμην 61.
Οὐλύμπου 226.
Οὔνομα Θεσμοφάνην 9.
[Οὔποτέ σοι] σεμνῆς 145.
Οὗς ποθ' ὑπ' 190.
Οὗτος ὁ γῆς 8.

Παῖ Διὸς 119.
Παῖδα Ξειναγόρα 152.
Παῖς μὲν 151.
Παλλὰς Ἐρεχθειδᾶν 142.
Παρθενὶς 86.
Πατρὶς μὲν 64.
Πέντε καὶ ἑξήκοντα 25.
Πινδάρου 228.
Ποιμένι 216.
Πολλῶν ἀργυρίων 219.
Πρὸς θεῶν 187.
Πρόσθε μὲν 176.
Πυθαγόραν 217.

Ῥουφῖνα 79.

Σανένως 198.
Σατορνῖνος 66.
Σεμνὴν Πηνελόπην 56.
Σῆμ' Ἄρεως 213.
— ἐσορᾷς 46.
Σῆμα τόδ' ἥρως 28.
Σῆς ἀρετῆς ἔστηκεν 2.
— — μνημεῖα 6.
Σισυφίαν 178.
Σοὶ [μὲν μνῆμ'] 160.
Σὸν δέμας 170.

Σοφὴ μὲν 113.
Στέμματ' ἀφ' 54.
Στῆσε Σαβινιανὸν 163.
Συκάμινον 230.
Σχήματα δ' 108.
Σῶμα μὲν 65.
— οὔπω 68.
Σωτήροιν 129.

Τάδ' οὐχὶ 215.
Ταῖσδε ποτ' 154.
Τὰν μορφὰν 91*.
Τἀργεῖοι 123.
Ταυροῦ λίθου 120.
Τηλεφίδαις 183.
Τηλεφίης 211.
Τὴν πάντων 71.
— ὑπάτην 127.
Τίκτε Τέχνα 44.
Τιμόθεος 48.
[Τὸ παιδίου μ]ὲν σῶμα 89.
Τοιῶνδ' ἀνδρῶν 1.
Τὸν θεσμῶν 144.
— θρασὺν 47.
— κλυτὸν 157.
— πᾶσιν ἡλίκεσσι 23.
[— σοφίης] 140.
— Χαρίτων 57.
Τόνδε νέον 181.
Τόνδ' ὁ παλαιστροφύλαξ 36.

Τοὺς δὲ Ἀπόλλων 111.
— μὲν ἑταίρους 218.
Τρινακρίη 53.
Τύμβον καὶ 42.
— μὴ 76.
Τῶν δ' ἱερογλωσσαν 177.

Τιὸς Βίωνος 39.

Φειδίας 171.
[Φεῦ, φεῦ, ὠκυμόρους βίοτον] φίλον ὤλεσα 11.
Φραδαῖσι Νυμφῶν 128* v. Add.
Φράζεο δῖε 204.
Φῶτα θεοῖς 29.

Χαῖρ' Ἑρμῆ 193.
Χαῖρε καλὴ 96.
Χαίροις 27.
Χαλκὺς ἐμῆς 180.
Χθὼν ἡ 225.
Χιλία βίβατι 223.
Χρῆμα τὸ Πανθείας 102.

Ὦ παῖ φυλάσσου 62.
— πόποι ἢ 199.
— τέκος 212.
— τρόφε 179.
[— φίλε παῖ σὺ μὲν] ὠρηὸν 185.
Ὠφελες ὡς 222.

INDEX POETARUM.

Admetus 112.
Aeschylus 105.
Agathon 222.
Alcibiades Byzantius 41.
— Neapolitanus 84.
Argivus 199.
Aristocreon 181.
Arrianus 170.
Boiscus 182.
Catilius Nicanor 169.
Clinias 114.
Eumelus 214.
Euripides 106.
Hipparchus 117.
Melanthius 110.
Poeta Samius, fort. Menecrates 217.
Simonides 173. 176. 222.
Theodorus 116.

INDEX VERBORUM QUAE DESUNT IN LEXICIS.

ἀεξίκερως 165.
ἀκαίριος 54, 11.
ἀνταγωνία 79, 6.
ἀξίθεος 195, 4.
ἀξιθέωρος 195, 5.
ἀργίκερως 204, 4.
ἁρμελάτης 212.
αὐγωπός 32, 7.
βαττοφόρος 210, 5.
βλαψίταφος 71*, 4.
βοητός 50, 7.
διέτηρος 183, 21.
δισκοβολέω 51, 6.
ἐλαιόθηλος 49, 6.
ἐνστηλοῦν 169, 9.
ἐπάλιφα 136, 3.
ἐπενδυτοπάλλιον pag. 61.
ἐπιπλανήτης 32, 11.
ἐπιχόω 59, 13.
ἐρατῶπις 55, 7.
εὐμιόρφιος 85, 2.
εὐπερινόητος 134, 9.
εὐρυθέμιλος 135, 4.
ἐφέκαστος 183, 26.
ἠχικός 236, 4.
ἰχνεύτειρα 32, 9.
κάρτιστος 136, 1.
κατεκτελέω 9, 12.
κλῆθρα 49, 3.
λάφυγμα 54, 13.
μάζω 170, 2.
νηλεόθυμος 82, 3.
νουσολύτης 135, 1.
οἰογένης 81, 6.
πανάξιος 148, 5.
πατρία 5.
παυσίμαχος 142, 4.
περιόλλυμι 51, 4.
πρόμορος 78, 3.
προτιτύσκειν 183, 24.
πυρίς 170, 2.
τρισμάκαρος 75, 3.
φερεσίπονος 135, 5.
χαλκόπτης 3.
ψεῦστις 50, 3.

INDEX RERUM ET VERBORUM.

[Numerus, nisi addita est paginae nota, epigrammatum numerum indicat.

ἄγαλμα 66.
ἁγνή, dearum epitheton 126.
accentuum notae in lapidibus 88.
adjectiva pro abverb. 8. [Add. Theocr. XVIII, 56 ἔπεί κα πρᾶτος ἀοιδὸς κ. τ. λ.] non suo loco posita 50, 5. in ος 85.
ἀείδω, loquor. 39 not.
aenigma 184.*
Aesculapius Pergamenorum 183, Paean 183, 6.
αι correptum ante vocalem 151.
αἰθεροδρομέω 32.
αἴλινος 73.
ἀκάκητα 22.
ἀλάμπετος 45, 9.
αλλο φῶς, mors 194, 9.
Amor primigenius p. 167.
ἄμοτον, perquam 194, 1.
amphitheatra in Graecia nulla p. 63.
anapaesti in paeanibus 124.
ἀνδριάς, dei simulacrum 122.
Ἄνθος, Ἄνθευς al. 78.
ἄνις 50.
ἀνταινύειν, rependere 135, 5.
Apollo Gryneus p. 231. Apollinis filii ἀρχηγέται p. 268.
ara sepulcralis 36.
Ἀριάγνη, Bacchi nutrix 126.
Ἄρνευς, frater Cecropis, est Ἐρνεύς p. 168.
ἄψις 92.
ἄωρος 39, 2.

Bacchus φυσίζωος 183, 5. Ζεὺς Βάκχος ib. v. 22. Bacchi θιασῶται πυρφόροι 9, 11; servus 66.
βαττοφόροι, qui silphium ferunt 210.
Βοναδίη 58.
Βριμώ 119.

γ pro ι p. 121. inter binas vocales assumitur p. 122. [Add. θαργήλια, et Τελεσιγέρων ap. Hesych. ubi male emendant.]
γε 117.
γνώριμος, discipulus 143.
γράμμα, epigramma 169, 6.
γραπτὸς τύπος, ἀνδριάς p. 161.
γράφειν p. 161.

Cabiri 183, 7.
cento 199.
Charon 82.
cippi opificum instrumenta artis habent insculpta 3. distinguendi

ab aris sepulcralibus 36. matris nomen patri adiunctum 73. defunctorum imagines inscriptioni intersitas habent 100. allegoriae genus phoneticum continent, quo nomini defunctorum alluditur p. 135. hestiis positi cum epitaphiis 102.
cognomen puero vel a civibus vel a parentibus impositum 151.

δὲ repetitum per pleonasmum 46, 2.
δείκελον, δίκηλον 165.
δέκα pro δεκάκις 198.
δεύτερος πάλος 47.
Diana προστατηρία, πρόδομος 170.
dialecti ratio in epigr. p. 38. 169. 207.
digamma in ΔΙFΙ, δῖβαν 123.
disticha jambica 184.

ε̄ pro η̄ per licentiam poet. 214, 7.
ἔδος, simulacrum 1.
εῑ pro η̄ι 15.
εἶναι, inter vivos esse 60, 6. 61.
εἰρεσιώνη 9, 9.
εἵσατο 36.
εἴτε alterum omissum 58.
Ἑκάταιον 121.
Ἐκφαντώ, Ilythyia 119.
ἐνεγκάμενος Μοῖραν 10.
εος pro ιος 184, 2.
ἐπὶ παιδύς 28.
Epicureorum epitaphia 59. 61.
Epigrammata ex solis pentametris composita p. 257. bina vel plura in eodem sepulcro 22. sep. jambica Praef. modi eorum ad argumentum accomodati 124. poetae nomen iis appositum 199.
Ἐρινύες, non Ἐρινυῦς 11 [cf. Passov. in Jahn. Philolog. Jahrbüchern 1828. Vol. I p. 45.] Plutonis administrae 11.
Erythia p. 259.
εὐρὺ in compositis pro ἔρι p. 279.
ευς 19. [Add. Friedem. de med. syll. pentam. p. 357.]
εὐσεβὴς pro ἱερός 162.
εὐσεβέων ἄστυ, Catana 164. χῶρος 36.
εὔφηβος pro ἔφηβος 147.

Ζεὺς de aliis diis p. 185. Ἀφέσιος ibid. Pergami natus 183, 9.
Ζμύρνη, 10.
ζωάγρια 135, 4.

h pro Η 68.
Ἡγεμών, Jacchus 58.
Ἠΐθεος, nomen propr. 55.
ἤλιπε pro ἔλλιπε 45, 9.
Ἠλύσιον p. 29.
ηος pro αιος 185.
ἤρῳον, sepulcrum 28.
ἥρως defunctus 28.

θάλαμος de orco 4. 10. ἐν θαλάμοιο τέλει 88.
θεοὶ ἄνακτες, divi fratres, Marcus Aurelius et Lucius Verus 159.
θεοῖς ἴκελος 29.
θῆκε pro ἀνέθηκε 128.

fax nuptialis 39.
funus cum nuptiis comparatum 50.

Geryonis boves generosi p. 260.
gladiatores in Graecia p. 62.

Hercules Eurythum gignit 203.
Hermogenes medicus 38.
Homericus poeta 199.
horae vitae in epitaphiis annis, mensibus et diebus adiunctae 72, 4.

ῑ productum ante vocalem 65. pro γ 93.
immortalitas animae 9. 23. Add.
infinitivus a verbo pendens 11. 118.
IO pro ω 55 not. I pr. EI Praef.
ις et ιν pro ιος, ιον.

K scriptum pro καὶ 40, 3. Ϝ pro τῶν 136.
κίστιβερ 77.
Κοπρία 100.
κρῆπις 68.
Κύδων, urbs. 91.

λ̄ pro λλ 139. M pr. ΛΛ Praef.
Latina verba Graecis immista 57.
Latinismus 75.
λαχών, absol. 161. v. Add.
λιπὼν λύπας 13. Add.
litterae elidendae tamen expressae 32, 16. 52, 4. tenues scriptae pro asp. 32, 16. Latinae atque Graecae confusae 57 fin. semel scriptae quum geminandae fuissent p. 133. 174. non suo ordine scriptae p. 133. litterarum ΣΕΩ characteres alii in versibus quam in lemmatis 37. 51. 68.

μ' pro μοὶ ante vocalem brevem 7. 46, 5. ante diphthongum 9, 9.
μάκαρος 75.
Μελίαι Nymphae ap. Hesiod. sunt Μηλίαι p. 270.
Mercurius Palaestrae pater 136.
κριοφόρος 165.
μμ pro μ̄ 162.
Mnaseas, poeta Corcyraeus 32.
M. Modius Asiaticus, secta Methodicus 37.
μονόλιθος 122.
μέψος, vates p. 141.
Museum Alexandrinum 199.

Nemeses Halicarnassi cultae p. 61
Neptunus Ἀσφάλιος p. 167. φυτάλμιος ib.
νῆσοι μακάρων 55, 10 cf p. 29.
νικᾶσθαι, admiratione confundi 194, 7.
Nicomedes poeta 12.
nomina propria ex substantivis 44. ex gentilibus 88. patronymica pro subst. 103. [Add. συκοτραγίδης, Archil. fr. 170] deorum ex precandi formulis orta 119. deorum ab hominibus gesta p. 166. 300 s. explicata, Ῥητρόπαλος 28. Ἀαρέτα 70. Νόσσος 121. Λᾶγος 139. Ἀθηνόφιλος 151. Χαρείσιος 157. Τήλεμος p. 141. Φέρσις p. 166. Περσεφόνη p. 262. In nominibus ludunt epigrammatarii 56.
νόστος ἔμπαλιν 81.
numerus versuum ad personam accomodatus 58.

Ο pro Θ 46, 6. pro ω 58.
οἷος pro οἷον 8.
οἰκονόμος 25.
Ὁμήρου δόξαις ἐγγελάσας, poeta 12. v. Add.
ὧν omittitur 8.
oracula marmori insculpta p. 237. malis versibus conscripta p. 264. 265.
ου pro ο pronunciatum 28. pro Latinorum ū brevi 57.
ὀφειλόμεθα θανάτῳ 77. [Add. Jac. ad Anal. II, 43, 10.]

παλαιστροφύλαξ 36.
Pallas Προνοΐα p. 184.
οἱ πάντες 8.
Parcarum fila 46, 5.
παῤῥησία in rebus sacris p. 183.
participium praesentis cum aoristo junctum 74.
Pergamenorum dei 183.
περίκειμαι ὕπνον 12.
Πηνελοπεία νέα 157.
Πλουτεύς 19. Pluto ἀκάκητα 22.
ποέω 126.
πόρτος 71.
πρεσβυτέρων συνόδος Chiorum 160.
πρόμοιρος, πρόμορος 78.
prophetae Apollinis 161 v. Add.
προστάτης 37.
πρῶτος πάλος p. 161. p. 65.
pueri mysteriis initiati et sacerdotes 58.
puerperae impurae p. 165.
πυρφόρος 149.

ῥιπιάρις 58, 2. de retiariis p. 59—61.
ῥικνός 54, 15.

σ pro ζ 164. [Ita etiam Σανικέτις et Σανδοτά (ita legendum pro Μανδότα, ut Σέλινα pro Μέλινα ap. eund.) ap. Hesych. pro ζανίκετις, ζανδοτά.] ΣΣ pro Σ Praef.
σάλπιγξ 47.
Σαρδονίη 57.
sceletus 67.
secutor p. 65.
sententiae ad epithaphia tractae 59 not. 61. [Boeckh. p. 854u. 1749.]
sepulcra in triviis 10. καινά 94.
servorum condicio ap. Athenienses 14.
σκῆνος 67.
στ correpta praecedente vocali 175.
statuae privatorum in templis dedicatae 146. in frequentioribus urbis locis positae 160. inauratae ibid. marmoreae aeneis minus frequentes 163. in sepulcris 187.
στήλη ἐνστηλοῦν 169, 9.
substantivum rectionem habens verbi 31.
syllabae male iteratae 57, 5. 183, 17.
synaloephe 76. 134, 3. 171.
σύντροφος εὐδικίης 148, 2.

ταβουλαί, tabulae 57.
ταχείριος pro ταρχευτής 100, 1.
τελέων 119.
Telephidae, Pergameni 183, 1.
terra, de mortuis 60, 6.
τετρώκοντα 32, 5.

tertia persona mutata cum prima 158.
tituli ficti et suppositicii ap. veteres p. 254.
τὸ, propterea 183, 13.
τρέφειν, servos 14.
ὑμήναος 50.
ὑμνογράφοι 134.
ὑός p. 133.
Venus Ζειρήνη, Sirena 164. Φερσεφάασσα et Πασιφάεσσα 203.
verba a lapicida in versus inserta 6. 46, 8.
vocales in elisione scriptae p. 41. p. 233. duae una syllaba proferuntur 114. 183, 13.
φανήσει, formula 9, 15.
Φέρσις deae videtur nomen esse p. 167.
φίλτρα 101.
ὁ πάτρας ὅσιος φώς 48.
χ̄ pro κ̄ 82.
τῶν χορῶν ὁ μέσος 51.
χρῆμα Πανθείας 102.
ψῆφοι, arithmetice 63.

INDEX SCRIPTORUM VEL EMENDATORUM VEL ILLUSTRATORUM.

Athenaeus p. 121 not.
Aristoph. Eccles. p. 209.
Empedocles p. 27.
Epigramma Leonidae n. 15 p. 98
— Epitymb. n. 371 p. 56
— — n. 558 p. 106
— — n. 712 (Erinnes) Epist. ad Jacobs.
— Append. Jacobs. n. 57 p. 62.
— — n. 111 p. 207.
— — n. 208 p. 136.
— — n. 243 p. 182.
— — n. 244 p. 56.
— — n. 252 p. 296.
— — n. 287 p. 16.
— — n. 290 p. 56.
Epigr. Append. n. 335 p. 39.
— — n. 391 s. p. 251.
— — n. 402 p. 296.
— Not. crit. Jacobs. p. XCVI Epist. ad Jac.
— — p. CIII. p. 137.
— ap. Boeckh. n. 170, 6 (in Atheniens. ad Potidaeam occisos) p. 117. cf. Add.
Inscriptio ap. Spon. Misc. Epist. ad Jacobs.
— ap. Walpol. p. 61.
— in gemma. p. 24.
Mimnermus p. 11.
Sophocl. Aj. p. 72.

ARTIS ANTIQUAE MONUMENTA.

Antiqu. Herculan. T. VII tab. 56 p. 215.
Winckelm. Mon. ined. tab. 166. p. 60.

ADDENDA.

Ante omnia inserendum est folium, quod quum typographus amisisset nuper demum repertum est.

161. (16.)

Εὐσεβέσιν κλήροις, Ποσιδώνιε, τρίς σε λαχόντα
δ[έρ]κομαι ἐν Διδύμοις, στέμμασιν ἀθανάτοις
τοῖον, ὃν Ἀπόλλων σε προφήτην ἠσπάσατ' αὐτός,
λῆμα, κρίσιν, μητρός τ' εὐσεβίην δικάσας·
οὔ κλέος οὐδ' αἰὼν ἐπιλήσεται· ἄνδρα γὰρ εἷλεν
[τ]ῶν πρὶν λειτούργων οὐδενὶ λειπόμενον.

In lapide parieti aedificii diruti prope Miletum nunc inserto, quem pro basi olim fuisse oportet statuae prophetae alicujus Apollinis Didymaei, sacra infula ornatae. *Jonian Antiquities* Vol. I p. 40. — V. 1. *Λαχόντα κλήροις*, ut Aesch. Sept. 126 *πάλῳ λαχόντες*, Lex rhet. p. 204 *ὁ ἐκ τῶν προκρίτων Ἀθηναίων κλήρῳ λαχὼν παῖς δημοσίᾳ μυηθείς*. Vulgo absolute *οἱ λαχόντες ταμίαι, ἱεροποιοί, πρόεδροι*. *Εὐσεβὴς* interdum pro *ἱερός*, ut *εὐσεβέεσσιν ἀγάλμασιν* Emped. vs. 308. — V. 3. Nota *τοῖον ὄν*. Apollinis sacerdotes Delphis erant *κληρωτοί*, sorte ducti e primoribus civitatis, Eurip. Jon. 413 ss. Deus autem sortitioni praeest, suos sibi eligit ministros, in quam rem insignis est locus Platonis

Legg. VI p. 759 C. *Τὰ μὲν οὖν τῶν ἱερῶν, τῷ θεῷ ἐπιτρέποντα αὐτῷ τὸ κεχαρισμένον γίγνεσθαι, κληροῦν οὕτω τῇ θείᾳ τύχῃ ἀποδιδόντα.* Posidonio cum in illo quasi certamine palmam deferret Apollo respexerat animum ejus, tum incorruptam in munere judicis fidem, matris denique (nec minus patris) vitam ob omni probro liberam et honestam. Secutus in his sum Jacobsii conjecturam, quae certissima videtur, *λῆμμα* (reditus, facultates amplas) mutantis in *λῆμα*. In hanc liquidae etiam post vocales longas pronunciationem Dores et Aeoles inclinasse ostendunt verbum *θαλλέω* pro *θᾱλέω* v. Buttmann. Gramm. T. II p. 147, Apollinis epitheton *Μαλλόεις* a *μήλοις*, quod vidit Salmas. ad Solin. p. 64 E, formae *Μιμαλλών*, *Φιλάμμων*, *Φιλήμων*, *Πάμμων*, ap. Apollod. *πάμμα* pro *πᾶμα*, *Ἐρινῦς* pro *Ἐρινύς*, *Κυθήρριος* et aliae. Notandae sunt etiam apud Sapphonem formae neglectae *κάλημμι*, *πείθημμι* (Od. I, 16. 18), *φίλημμι* (Athen. XV p. 687 A). Prophetae tamen non semper sorte electi sunt. Inscr. Miles. Jon. Ant. l. c. et ap. Chish. Ant. As p. 93 *προφητης αμα και κριταρχης φλαβιανος λαβων παρα της πατριδος την προφητειαν ανακληρωτει.* Quam etiam ob titulum *κριτάρχης* protuli. Ad idem enim judicis sacri officium in nostro epigrammate spectat *κρίσις* v. sequ. — V. 4. *Δικάζειν*, ut apud Homer. Od. XI, 544. 546, ubi certamen de armis Achillis memoratur; non tamen absolute, ut illic. Plato l. c. pergit: *Δοκιμάζειν δὲ τὸν ἀεὶ λαγχάνοντα, πρῶτον μὲν ὁλόκληρον καὶ γνήσιον, ἔπειτα ὡς ὅτι μάλιστα ἐκ καθαρευουσῶν οἰκήσεων. φόνου δὲ ἄγνὸν καὶ πάντων τῶν περὶ τὰ τοιαῦτα εἰς τὰ θεῖα ἁμαρτανομένων, αὐτόν τε καὶ πατέρα καὶ μητέρα κατὰ ταὐτὰ βεβιωκότας.* — V. 6. *ΛΕΙΤΟΥΡΓΟΝ.* Emendavit Niebuhr. Cf. ad n. 58, 6.

N. 1. Boeckh. in Add. Vol. I p. 905: »Quid *ἔδος* esse docui, antiquo usu intellige: nam Graeci posterioris aetatis non exacte observant vocis proprietatem.«

N. 3. Edidit hoc eprigramma nunc etiam Osannus Inscr. p. 355, qui nomen praeter necessitatem mutat in Σώσιμος. Mihi Σώσιμος potius, quod aliquoties legitur, Ζώσιμος esse videtur. V. p. 213.

N. 8. Boeckh. Add. p. 920. »Quod dedi ἄλλο τι, ita cepi: *Non solum quod mortuus sum lugeor; alium reliqui parentibus dirum luctum* (ex genere necis). Ὀδύρομαι passive accepi; active si accipiatur, dixeris esse: *non lugeo solum, quod mortuus sum, sed quod etc.* At hoc in Graecis τεθνειὼς οὐκ οἶος vix inesse potest; nec defuncti lugere dicuntur vulgo, sed superstites.« Utut acceperis, laborat structura. Ὀδύρομαι enim ut sit passivum, interpretandum videtur, *lugeor quod non solus mortuus sum*, quod nihil est. Illud si posueris, aeque desiderabis οἷον. Ceterum cf. Palat. VII, 334, 15.

N. 11, 6. Cf. Hymn. in Cer. 99: *Παρθενίῳ φρέατι, ὅθεν ὑδρεύοντο πολῖται.*

N. 12, 3. Letronnius legit ἀδῶν, Osannus ἄδων v. Jahn *Jahrbücher der Philolog.* 1828 T. I p. 39. Boeckh. p. 981: »Nicomedes hic anne parodus fuit?«

N. 13, 3. Odyss. I, 242 ἐμοὶ δ' ὀδύνας τε γόους τε κάλλιπεν. Solon ad Mimnermum: *ἀλλὰ φίλοισιν Καλλείποιμι θανὼν ἄλγεα καὶ στοναχάς. Tu secura jaces, nobis reliquisti querelas.* Ap. Ferret. l. III p. 189. *Reliqui fletum gnata genitori meo.* Anthol. L. IV, 335.

N. 23. In recensendis epigrammatum de statu animae post mortem opinionibus non praeterire debueram locum gravissimum Philisci, Milesii, in epitaphio in Lysiam Append. n. 96 (Brunck. Anal. T. I p. 184):

Τῷ γὰρ ἐς ἄλλο σχῆμα μεθαρμοσθέντι, καὶ ἄλλοις
ἐν κόσμοσι βίου σῶμα λάβοντ' ἕτερον,

δεῖ σ' ἀρετῆς κήρυκα τεκεῖν τινα Λυσίᾳ ὕμνον,
δύντα κατὰ φθιμένων, καὶ στέφος ἀθάνατον.

Quod enim Marklandus conjecit, posse haec ad Pythagoricam metempsychosin referri, incertum videtur vel ob adjunctam Orci mentionem, si modo ultimus versus, de quo tamen non dubito, recte emendatus est. Ad vocem σῶμα conferantur loci ad n. 36, 4 allati. Addo ultimos versus Epitaphii serioris aetatis in M. Sempronium Nicocratem, qui μουσικὸς ἀνήρ, poeta et citharista, synodi collega, postea leno fuit, ap. Jacobs. Append. n. 252 (Anal. III, 315, 752; etiam ap. Paciaud. Mon. Pelop. T. I p. 89):

Πνεῦμα λαβὼν δάνος οὐρανόθεν, τελέσας χρόνον αὖτ' ἀπέδωκα
καὶ μετὰ τὸν θάνατον
Μοῦσαι τὸ σῶμα μου κρατοῦσι.

In quibus non tam anima coelo reddita consideratione digna, quam corpus Musis post mortem traditum. Hoc quid sit ex puellis lyrae cubito incumbentibus, in utroque sarcophagi latere exsculptis, apparet. Sunt enim illae Musae, quarum imagines innumeris insculptae sunt sarcophagis, et sarcophagum esse marmor, non cippum, et Fabrettius dicit et qui in Anglia titulum denuo, non sine lectionis varietate, edidit in Diario Classico Fasc. III p. 560. In sarcophago igitur quasi in quodam Musarum sacrario conditum est Nicocratis corpus. Diversa est ratio epigrammatis cippo inscripti in Mimam Basillam Append. n. 402 (Not. crit.)

Ἡ δὴ καὶ νέκυς οὖσα ἴσην βίου ἔλλαχε τιμήν,
Μουσικὸν ἐς δάπεδον σῶμ' ἀναπαυσαμένη.

Quae non dubito recte interpretatum esse Jacobsium, cui etiam accesserunt, dum denuo ex marmore carmen edebat,

Petrettinius *Papiri ed altri Greci Monum. del Museo di Vienna*, et Osannus in Diurnis Halens. 1828 n. 119. Sepulta fuit Basilla in theatri vel ambitu ipso vel vicinia, quae haud minus *μουσικὸν δάπεδον* dici poterat. Vir doctus, qui in Wolfii Anal. litterariis Fasc. II p. 484 conjungit *μουσικὸν σῶμα*, non facile dixerit, quomodo pro magno honore possit haberi *ἐς δάπεδον ἀναπαύσασθαι*. Praeterea *ἴση βίου τιμὴ* est sepultura prope theatrum quatenus illud quasi domicilium vivae fuit. Ipsum autem *μουσικὸν σῶμα* vereor ne minime dici possit »ad omnes venustatis gratiaeque numeros temperatum esse,« quum *γυναικεῖον σῶμα* vel *ἀνδρεῖον* de servis solenne sit, adjectivum autem *μουσικὸν* huic junctum nomini non nihil ambiguitatis habeat.

Ante n. 25 ponendum erat epigramma Argivum n. 33.

N. 26, 2 potest etiam fuisse *σύντροφος ἀ[τρεμί]ας* ut n. 148, 2 *πινυτῆς σύντροφος εὐδικίης*. Sed mutanda tum etiam reliqua.

N. 28. Boeckh. p. 846 n. 1722 alterum distichon ita explet:

Ῥήτρου πᾶ[σι φίλου, κα]λοῦ, πινυτοῖο καὶ ἐσ[θλοῦ,
τοῦ νεα]ροῦ, βιοτῆς τυτθὸν [ἐπαυρομένου.

Nomen *Ῥητρόπαλος* quidem aliunde non magis notum est, quam *Ῥῆτρος*, quod posuit Boeckhius, intutum ratus aliquid mutare. Abjiciendum enim esse ex nostra ratione litteram *τ* putabat, quam tamen non abjecimus, sed male adjectam ob vulgarem pronunciationem esse ostendimus, vocali *ου* haud magis quam in *ταβουλῆς* n. 57 producta. Ceterum tot genitivi ipsi quoque Boeckhio displicent.

N. 47. De tibicine cogitavit etiam, qui nuperrime edidit, Osannus Inscr. p. 366. Unde locorum quorundam

restitutio bene procedere non poterat. — Quod dixi p. 64, per errorem mihi videri Cyriacum pro amphitheatro Delphis habere quod theatrum fuerit, conjecit hoc etiam Boeckh. p. 834 ad n. 1710 extr.

N. 50. Letronnius non diu post impressa nostra edidit hoc epigramma in Diar. Erudit. 1828 p. 183 — 188, ubi quod de tempore carminis monet, observatu dignissimum est. In plurimis enim sepulcralibus Cyrenaicae inscriptionibus, annum regni, sed non nominato imperatore, appositum esse ait; hic Augustum intelligendum, praeter quem nullus Caesarum 29 annos regnaverit. Litteras numerales (ΔΚ pro ΚΔ) ordine inverso positas inveniri in aliis etiam Cyrenaicae et Syriae titulis idem annotat. Argumentum carminis comparat cum Meleagri epigrammate 125 (Epitymb. 182), quod elegantia nostro praestare, sed ingeniosa expositione (*une tournure plus ingénieuse*) ab illo superari judicat. Clearista tamen Meleagri non pridie nuptias constitutas, sed in ipso, in quem cum sponso deducta erat, thalamo mortua est, id quod imitatus videtur esse Philippus n. 186; Capitonis autem non celebratae sunt nuptiae. Praeterea longe diversam a nostra Vir doctissimus excogitavit explicationem vocis βίβλους, quam plurimorum assensum fore laturam non dubito. Quum enim ex βίβλῳ coronas factas esse constet ex Theopompo ap. Athen. XV p. 676 D, Plutarcho Agesil. 36 et Appiano Mithrid. 3, eundem in Cyrenaica ad sponsos coronandos adhibitam esse suspicatus, et πέπλα etiam ad nuptialem cultum trahens, στέμματα, ut »*coronae infulas*« sive λημνίσκους, et βίβλους, *coronam*, jungit. Ad ἀμύριστα igitur supplet *nondum*, simulque vestem nuptialem ad defunctorum ornatum adhibitum esse conjicit. Verba ut minus facile in hunc sensum intelligantur, dissensio facit inter πέπλα et στέμματα καὶ βίβλους, quorum illa pro nuptialibus acci-

piuntur, haec nuptialibus diserte opponuntur. Tum τέφρην non credo esse κόνιν, terram levem, cadaveri injectam. Nec videntur πέπλα et στέμματα de sponsi cultu proprie usurpata fuisse; reprehendendus igitur foret poeta si de hoc tamen illa intelligi voluisset, idque eo magis, quod coronam et nisi fallimur, vestem etiam, unguentis non delibutas ab aliis, quibus praeparata fuerint unguenta, quivis non monitus facile distinguit, atque sponte comparationem instituit. Librum defuncto in ipso rogo honoris caussa et tanquam librorum ab ipso scriptorum tesseram in manus datum non mirarer, si memoratum invenissem, quippe quem imaginibus etiam poetarum additum saepe videamus, ut Stesichori etiam statua, Cicerone teste, eo ornata fuit.

N. 58. Lobeckius de Cotyttiis 1828 p. 4 hunc Βοναδίης ἱερέα fortasse Εἰνοδίης antistiten fuisse putabat cll. Diod. 36 p. 153: Σαλούιον δοκοῦντα τῆς ἱεροσκοπίας ἔμπειρον εἶναι καὶ γυναικείαις θέαις αὐλομανοῦντα, ubi quod emendat θυσίαις προσαυλοῦντα, non est necessarium, quamvis *muliebris dea* (p. 88) singulari fere numero usurpatur. Recte Scaliger αὐλοῦντα.

N. 58. Potest nomen Ἀθήναιος etiam a Minerva ductum esse. Quamvis pro eo in Corp. Inscr. n. 136, 13 legitur Ἀθηναιικός.

N. 104. Boeckhius p. 858 n. 1759 hanc inscriptionem ex schedis Mustoxydis edit, quae in vicinia Lidoricii, quae est Doridis κωμόπολις et sedes episcopalis, in Locris Ozolis sita, inter Amphissam et Naupactum Meletio p. 331, repertam esse tradunt, εἰς χωρίον ὀνομαζόμενον Μετόχι, quum Pouquevillius ponat in muro conventus (μετόχι) monachorum Artotinae. Spuriam illam esse suspicatus etiam Boeckhius, tamen postea defensionem ejus suscepit.

»Lapis, ait, noster in vicinia Doricae Erinei, etsi non in ipsa Doride, repertus fabulam (a Tzetze narratam) transferre ad Erineum Doricam videtur: certe alia causa vix potest excogitari, quare in ea regione talis inscriptio ab ullo confici et collocari potuerit. Titulus tamen ita mirus est, ut de ejus veritate lis moveri possit; mihi omnino genuinus videtur, sed aetate satis recente, fortasse non ante Christi natales, ab antiquario aliquo rerum et verborum priscorum studioso confectus.« *Κάλχαντα Μόψον* Boeckhius, quamvis dubitanter, explicat cum Tzetze *Κάλχαντα τὸν καὶ Μόψον*, ut *Ἀλκαῖος Ἡρακλῆς*; ex Mülleri emendatione: »*δίκαιος* certe vix ferendum.« *Χλεύμενος* eidem est pro *κεχλευασμένος*, quasi a *χλεύω* amissa reduplicatione, ut *δέγμενος*, *βλήμενος*. Pro *ΠΕΡΙ* v. 2 Mustoxydis schedae dant *ΠΕΙ*, unde Boeckhius, adhibito Mülleri *ἐρινεοῦ*, Aeolice scribit *περ' ἐρινεοῦ*, *de fico*. Verum est, terminationem *ῳ* ter scribi *Ω*: at potest non sibi constitisse in simulando scripturae archaismo qui haec scripsit, si vera est nostra hypothesis. Porro *καί τε* ex Boeckhii sententia ex antiquo usu posuit »quisquis confecit hunc titulum.« In fine Mustoxydis apographum habet *ΕΝΕΡΙΝΕΩ*, *ἐν Ἐρινεῷ*.

N. 117. Boeckhius quomodo p. 880 s. inventum suum defendat cognovisse neminem poenitebit. In epigrammate in Athenienses ad Potidaeam occisos, quo usi sumus p. 154, etiam schedae Köhlerianae in v. 7 praebent *ΕΑ-* [*αχεν*]. Ex iisdem enotatur *ΔΑΜΦΙ*, ut in Diario Classico legitur. Boeckh. p. 906.

N. 120. Boeckh. p. 884. »*Ἱεραὶ* fortasse dicuntur, quod caeremoniis adjutus partus. — Eleganter vero *Ἀσφαλίῳ μήτηρ'* praemittitur, quod ob Asphalium offertur donarium.« — Nominibus, quae p. 166 in not. congessimus, addatur *Νηρεύς*, in titulo ap. Boeckh. p 917 n. 710 b. Salmasius

in Epist. ad Menag. p. 65 »*infinita reperiri* ait *nomina hominum apud Graecos ex deorum nominibus composita, sed pauca, immo fere nulla, quae sola solidaque Dei appellatione censeantur.*« Exceptio autem regulam firmat. Lucianum audi. Pro imagg. 27 *Καίτοι τὰ μὲν τῆς μορφῆς ἔτι μετριώτερα, εἴ τις θεῷ ἐοικέναι λέγηται· ἀλλὰ τὰς προσηγορίας αὐτὰς πόσοι ἐμιμήσαντο τὰς τῶν θεῶν, Διονύσιοι καὶ Ἡφαιστίωνες καὶ Ζήνωνες καὶ Ποσειδώνιοι καὶ Ἑρμαῖοι προσαγορευόμενοι; Λητὼ δὲ γυνή τις ἐγένετο Εὐαγόρου τοῦ Κυπρίων βασιλέως, καὶ ὅμως οὐκ ἠγανάκτησεν ἡ θεός, δυναμένη λίθον αὐτὴν ὥσπερ τὴν Νιόβην ἀπεργάσασθαι.* Cuperus in Monum. antiqu. p. 188 vindicasse sibi veteres interdum nomina deorum integra, non aliter flexa, his probat exemplis collectis. Herculem Alexander M. vocavit filium ex Barsine natum, Justin. XI, 10; *Μίθρης* fuit Lysimachi procurator dictus ap. Diog. L. X (alius *Μίθρης* ap. Apulej. Metam. XI, Isidis pastophorus); *Φοίβην* denique citat ex Pauli Ep. ad Rom. XVI, 1. Deorum dearumque nomina in cognomina saepe adscita esse, docent exempla a Reinesio Epist. 69 p. 654 congesta, Hermes, Phoebus, Saturnus, Leto, Luna, Selene al. (quo pertinet etiam Nicagoras *Ἑρμῆς* ap. Euseb. Pr. ev. XV, a Cupero excitatus), et sunt ea pro consuetis derivativis, ut *Mercurialis*, *Helius*, *Herais* etc.

N. 122. Cf. Boeckh. in Praefat. p. XVIII not. de littera *Τ*, quae deesse in marmore dicitur, p. XXVIII de versu, p. XXX not. de aetate; ubi haec addit: »Omnino de illo titulo plures adhuc dubitationes supersunt: illud tamen aegre concedam statuam Apollinis fuisse. Nam licet *ἀνδριὰς* etiam de simulacro dei dictum reperiatur, tamen proprium de hoc est *ἄγαλμα*; quo minus videtur verisimile, et Plutarchum et inscriptionis auctorem hoc monumentum eodem vocabulo *ἀνδριάντα* vocaturos fuisse, si

Apollinem repraesentaret.« Nisi colossus a Naxiis ὁ μέγα-λος ἀνδριὰς vulgo fortuitu appellatus est

N. 123. Argivum titulum aere incisum ex Rosii delineatione dat Boeckhius in Add. p. 885, ubi suam defendit explicationem et contra Knigthianam disputat argumentis satis validis. Quod dixi in Corcyraeo lapide legi ΔΙΕΙ, non oppositurus eram Boeckhio, mutanti in ΔΙΓΙ, quod oblitus eram, sed male ita vel prolatum vel scriptum esse credidi, ut pro πῖθι ap. Athen. IX p. 400 libri habent πείθει.

N. 124. De hoc etiam titulo prolixe denuo disputantem v. Boeckhium p. 882 ss. Quod priora etiam versu concepta esse dixi, quae nihil continent nisi Dinomenis et Syracusanorum nomina, id prae caeteris comparandum erat cum ejusdem temporis epigrammate n. 172.

Φόρμις ἀνέθηκεν
Ἀρκὰς Μαινάλιος, νῦν δὲ Συρακόσιος.

N. 126. De primi versus restitutione v. Boeckh. p. 883. Post n. 128 insere n. 128 ✿:

Ἀρχέδημος ὁ Θηραῖος ὁ νυμφόληπτος
φραδαῖσι Νυμφῶν τἄντρον ἐξηργήσατο.

Athenis, in antro apud veterem Anaphlystum, ubi fere Paneum collocat Strabo. Boeckh. n. 436. De mira forma ἐξηγρήσατο cf. id. n. 162. Legitur ΤΟΑΝΤΡΟΝ.

N. 130. De hoc versu cf. Boeckhius etiam in Praef. p. XXVIII. Apud Osannum est p. 385.

N. 137. Templum τῆς Δίκης fuit Chaeroneae. V. Boeckh. n. 1080.

N. 139. Epigramma de Echembroti victoria tractat Boeckh. p. 883.

N. 142. Edidit Boeckh. Add. p. 916 ex schedis Koehleri vetustioribus duplicibus, in quibus notatur ad templum Poliadis s. Erechtheum in arce inventum esse. De Ἀθηνᾷ ἀρχηγέτιδι cf. Boeckh. ad n. 477; de sacerdote Poliadis ex gente Butadarum v. Müller. de Min. Pol. p. 13. V. 2. Boeckhius ἅδε τοι ἱδρύθη φιλτέρα Ἡρακλέος; nomen enim sacerdotis plintho statuae fuisse inscriptum putat; et construit φιλτέρα τοι, *tibi dilectior*, Hercule, utpote qui Minervae inprimis dilectus fuerit. Ad v. 5 Lycurgum celebrem oratorem intelligendum esse monet. De tribus, si non pluribus ejusdem familiae artificibus nobiscum consentit.

N. 143. Boeckhius edidit p. 912. Carminis compositionem monet praeivisse Critiam ap. Hephaestionem p. 22 ed. Gaisf. (et Plutarch. v. Crit. fragm. ed. Bach. p. 44), sed non eandem quae Critiae excusationem huic carmini convenire.

N. 144. Nunc ap. Boeckh. p. 914 n. 373 b, ubi eundem hunc esse Plutarchum putat, qui n. 1080 (Jacobs. Append. n. 163) memoratur, et Herculium eum, ad quem n. 1081, ap. nos n. 155, pertinet.

N. 145. Boeckh. p. 912. Secundum Fauvelii apographum legendum videtur: ὁ δῆμος [Σωκρά]τη Σωκράτους Θορίκιον. V. 1 Fauvelius ab initio ΑΣΕΛΛΗΛΑΝΛΠΟ, v. 2 ΣΩΤΤΙΙΩΝ, unde Graefius in Act. Acad. Petrop. Vol. VIII, ubi hunc titulum p. 649 — 657 variis modis tentat, legit Ὠγυγίων, quod Boeckhius etiam merito nunc praeferens, prius distichon ita constituit:

Οὐ δοῖεν] σεμνᾶς ἂν ἀπὸ φρενὸς ἄξια Μοισᾶ[ν
δῶρά σοι] Ὠγυγίων υἷες Ἐριχθονιδᾶν.

Conjungit autem Μοισᾶν δῶρα, non ἄξια Μοισᾶν. Dodwelli lectio est . . . Σ . . . Ω . . . . ΤΙΙΩΝ. Videtur

igitur unius Γ lacunam quatuor punctis significare, ut Σ etiam, quod in Fauvelianis schedis litteris ΩΤΤΓΙΩΝ adhaeret, tribus aliis disjungit. Et majores quam pro veritate sunt etiam duae aliae ap. Dodwellum lacunae. V. 3 init. Fauvel. dat ΣΟΝΙΑΣΕΔΟΣΑΝΓΕΡΑΣ cet. ita ut ἔδοσαν γέρας certum sit. V. 4 denique Boeckhii conjectura τοιῷδ' ἀνδρὶ confirmatur Fauvelii litteris ΤΟΙΩΙΔΑΝΔΡΙ. Opponuntur ex Boeckhii ratione Musarum dona, quae satis digna rependere non possint Erechthidae, σεμνᾶς ἀπὸ φρένος, et statua, quam ponunt. Sed carmina quum non sint inter praemia, quibus Athenienses aliaeve Graeciae civitates viros bene meritos ornare soliti sunt, mirum videtur hoc sumtum exordium. Quare ad ipsum Socratem Thoricium (filii enim idem atque patris fuisse nomen opinor) trahere malim σεμνὰν φρένα. Atque novam ut ingrediamur viam hoc etiam suadet, quod verbo τέχνας, in quo summa Boeckhianae explicationis posita est, non addicit Fauvelii lectio. In qua quum prius ΑΣ longum sit oporteat, nec ferri possit ΟΝΙΑΣ, ΣΟΝΙΑΣ, emendare licebit ΤΑΣ τᾶς. Tum ΣΟΝ nihil fere aliud fieri potest quam ἴσον, ἴσον γέρας σεμνᾶς φρενός, *par gravi ingenio* (gravitate, dignitate) *munus*, statua. Jacobs. Append. n. 402, 7. ἣ δὴ νέκυς οὖσα ἴσην βίου ἔλλαχε τιμήν. Potest homo fuisse vel poeta, vel rhetor, vel historicus. Cf. Append. n. 320. 111. Non nimis tamen et haec ratio satisfacit propter optativum minus aptum in praedicatione modum. Supplendum enim, si illa sequimur litterarum vestigia, in hunc fere modum erit:

Σᾶς μὲν ἀεὶ] σεμνᾶς ἂν ἀπὸ φρενὸς ἄξια Μοισᾶ[ν
ἤσθοιντ'] Ὠγυγίων υἷες Ἐριχθονιδᾶν·
οἱ δέ σοι ἶ]σον τᾶς ἔδοσαν γέρας· αἱ γὰρ Ἀθᾶναι
σπεύδουσιν] τοιῷδ' ἀνδρὶ τεκεῖν χάριτα.

CORRIGENDA.

Pag. X l. 17 leg. 35 pro 36.
— XIX — 25 — certo pro certe.
— 11 l. 20 leg. solum
— 44 — 5 del. 183.
— 53 — 14 leg. Markland.
— 58 n. 47 v. 5 non plene interpungendum erat.
— — l. 20 leg. transcripti*um*.
— 138 — 22 — 50 pro 56.
— 139 — 6 post *Κάλχαντα* del. punctum.
— 174 — 17 leg. *Τυδέηνά*.
— 193 n. 141 v. 1 l. *οὗ*.
— 197 n. 149 v. 2 l. *ἡγήτορα*.
— 201 l. 18 leg. 1081 pro 1801.
— 205 n. 160 v. 5 l. [*πρός τ' ἀποχρύσ*]*ωσεν*.
— 217 n. 169 v. 5 l. *ἁγνὸν*.
— 237 l. 13 l. Palat.
— 265 n. 208 v. 5 l. *ἀμφαγαπᾷ*.
— 266 n. 209 v. 1 l. *δαΐφρον*.